НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Y1-8

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

De originibus

Linguae latinae

---

auctore

Chr. Beemann.

Wittebergae

1609.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

AMPLISSIMIS PRUDENTISSIMISQUE VIRIS, DOMINIS CONSULIBUS REIP. NAUMBURGENSIS:

ET CUNCTO EJUSDEM SENATUI HONORANDO:

S. P. D.

CHRISTIANUS BECMANUS.

Duo sunt, nisi fallor, in quibus universim studia nostra occupari solent, aut debent: *Res* & *voces*. Cognitio ambarum sanè utilis & necessaria: *rerum*, ex se: *vocum*, propter aliud: illarũ, ut sis doctus: istarũ ut fias. Sunt quippe instrumentũ, vel *Epicteti* sententiâ, principium. Ἀρχὴ, inquit, παιδεύσεως, ἡ τῶν ὀνομάτων σκέψις. Id est, *Principiũ disciplinæ sive doctrinæ, est contemplatio vocum*. Quid autem principium? Non, unde cætera pendent; sine quo non consistunt; quo subruto vel sublato, et-

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

iam cætera ſubrui vel tolli oportet? Tam igitur vocum cognitio nobis opus, quàm quod maximè. Nec quemquam hîc obluctari poſſe veritati puto, niſi qui prorſus abeat à pudore: niſi qui univerſas diſciplinas juxtà ac linguas in vili habeat. Sed hoc ambigitur potiſſimùm: *Vtrum cognitio vocum plena & accurata requiratur; an ea ſaltim mutila, levis, implexa?* Video, ut in hiſce talibus, non eandem ferri ſententiam. Satis ſibi ducunt aliqui, ſi genere utantur orationis qualiſcumq;, plebejæ, abjectæ, immò pro re ſæpius ineptæ: & clamant, perire tempus, quod accurationi *Philologiæ* datur. Verùm *magnopere à vero longéque erraſſe videntur.* Viris, inquam, magnis & prudentibus videntur, qui contrà pertendunt: Nihil utiliter diſci poſſe, quodcumq; ſit, niſi cum cura & ſolidè priùs cognita ſint, per quæ nihil non diſcitur, id eſt, verba. Bene *Carteromachus*: Ὥϛε τὸν πολλᾶϛα εἰδότα, ἢ εἰδέναι γε προθυμούμενον, πολλῶν δεῖ ὀνομάτων τε καὶ λόγων ἐνδεᾶν. Ταῦτα δὲ ἐξ ὀνομάτων τε καὶ λέξεων συνιϛάμενα, τὴν τούτων ἀκρίβειαν πολὺ πρότερον ἀπαιτεῖ. Hoc eſt, *eum, qui plurima novit, aut noſſe animatus eſt, oportet plurimis & cogitatis animi & verbis inſtructum*

ſtructum eſſe. Illa verò ex nominibus & dictionibus conſtituta, iſtorum ante omnia accuratam poſtulant diligentiam. Neque id ſine cauſsâ. Vocum cognitio principium eſt; quod ajebat modò *Epictetus*, ipſius applauſu veritatis. Quale verò principium; tale etiam, quod inde educitur. Quale fundamentum; tale ædificium, quod ſuperſtruitur. Ubi illud integrum & conſtans; unà item reliqua, i. e. parietes, tectum, ac tota contignatio non poteſt non durabilis eſſe, vel contra ventorum impetus. Pariter, ubi cognitio vocum certa, accurata, perfectâ, quantum fieri poteſt: non ita difficile accidit, quod noſcendum ſuccedit. Quin res interdum ipſæ ultro ſe quaſi offerunt, hoc obice remoto. Tollamus igitur ante omnia. Nam, qui intactum hunc obicem, puta σκέψιν τῶν ὀνομάτων, ſeu politiorem literaturam, volens relinquit, vel etiam ſpernit: *eum* (verbis dicam magni illius JOACHIMI CAMERARII) *in omnibus partibus literatæ ſapientiæ, ſæpè labi & alucinari neceſſe eſt.* Et ſcitiſſimè ARISTOTELES: Ἁμαρτάνουσιν οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις ὀνόμασι τὰ πράγματα προσαγορεύοντες: *peccant, qui res alienis verbis appellant.* Quod fit, Philologiâ contemtim

habitâ. Et talium quidem peccatorum, sive errorum uberrima ceu seges deprehenditur crescere, quocumque oculi nostri incidunt. Ut non opus sit, multas hoc argumento implere paginas. Tantùm obiter mihi video BIBLIA SACRA: quomodo ea superioris ævi barbaries detorsit veriùs, quàm vertit ex Hebræo & Græco idiomate. Quot ibi labes & vitia! Ex illis quot monstra dogmatum! Ex illis quot denique animarum mortes! Adeò verum: ἑνὸς γὰρ ἀτόπου δοθέντος τἄλλα συμβαίνει. Et, utut parvus videatur ab initio error, fit maximus in fine. *Isidorus Clarius Brixianus* in utroq; TESTAMENTO *octo millia* vitia, è neglectu illo linguarum orta, animadvertit. Et credam, his multò plura MARTINUM LUTHERUM sustulisse, æternum illud *Germaniæ* nostræ decus. Vel igitur ex eo satis firmè concludimus: Studium Philologiæ summè necessarium esse, & quidem istud exquisitius. Ubi scilicet origines vocum & causæ indagantur, propria à peregrinis, nativa à spurijs, barbara à mundis discernuntur: ubi autores à manuscriptorum & tabularum fide restituuntur; cum

seipsis

seipsis & alijs, si mendæ suspicio sit, conferuntur.

Sicuti hæc & similia, viri per Europam doctissimi satis jam ostenderunt scriptis omni ævo dignis. Quæ fecerunt inter alia etiam, ut mihi, quanquam inter extremos, pro tempore,

--hoc libeat potiùs decurrere campo:

jamq; in publico sistere hoc quidquid est, de Originibus Latinæ linguæ. In quo illud præcipuè agitur, ut occurrente ὁμωνυμίᾳ ἢ τῷ ποσλοσημῳ (quod nimis solet) πρῶτον δεικνὺον vestigetur, itemque causa, δι' ὃ τὸ πράγμά ἐστιν, ἢ τὸ πάθος ἀποδεικνύμενον; quod est significatio propria. Nam ἀπόδειξις Aristotelica, nec ab hisce segreganda literis; quando aliàs per omnia disciplinarum genera latè spargitur. Atque iste mihi scopus fuit: an rectis ubiq; sagittis tetigerim, judicent Docti, qui judicare de talibus possunt. Quos unâ etiam operâ hîc oratos volo, ut benigni & faciles mihi sint, si plus, quàm par sit, errorum intercurrat. Nuper LIPSIÆ, inter studia maximè seria, horis succisivis, hoc qualecumque exstitit; nec unquam

 edendi

edendi isto fine: & quidem in eâ ætate, quæ facilè per naturam labi solet ac decipi. *Nemo nostrûm non peccat: homines sumus, non dij*, ait *Arbiter*. Quis est,

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit?

Quis vel senum defloccatorum horis omnibus sapit? Quis vel agillimorum quandoq; non vacillat, etiam ubi æquissima via? Quapropter venia jure omnibus comuni parata nobis est. Nam & materia hæc ipsa per se ampla est, intricata est, obscura est. Atq; licèt multi, sive majorum gentium sive minorum hîc sudârint: nemo tamen (liberè dicam) omnia purè ac verè, aut quo voluit, deduxit. Crebriùs ergò, quàm fortasse decebat, opinionibus aliorum sepositis, non spretis, rationem, quæ mihi certior visa, secutus sum. Neq; sic tamen omnia tam aptè, tam plenè isthuc congessi, ut nil deesset. Nefas, si tantum mihi arrogem. Immò multa supereſſe ultro profiteor, vel alijs, vel mihi deinceps addenda aut mutanda: si DEUS ita volet, nec aura Eruditorum me porro deficiet. Juvate me, quæso, operâ vestrâ & consilio bono, quicumq; estis, bonarum literarum vindices ac patroni.

Non

Non tantùm

Inibitis à me solidam & grandem gratiam:

verùm ab alijs etiam hujus lactis sive mulsi cupidissimis; quod optare solent, subinde l quidiùs fluere & sine mixtione. Defendite malevolos, quibus cibus est ac voluptas alios carpere. Equidem jam tum prævideo, non nulla hîc esse, quæ *Capito* aliquis aut *Brutus* sinistrè interpretetur & contra meum sensum. Ut, quòd multa *antiqua* & *inusitata* insperserim. Sed ne judicer priùs, quàm audiar: ne affectus præcurrat rationem, De antiquis & hodie inusitatis: fateor, plurima hîc inseruì, neque leviter & frustra: sed triplici causâ, utque spero, omnibus probabili. Partim scilicet, ut ex illis, tanquam principijs, nota ista atque usitata meliùs explicentur. Partim, ut scripta autorum ex ævo prisco intelligantur, si quid insit, ut certè plurimum, quod nostra intereſt. Partim, ut omnibus æquè appareat, quàm arcana scilicet & insignis illa scientia sit quorumdam adolescentum; qui adeo dictiunculis gaudent exoticis, obsoletis, rancidis, ut in eo totam quasi arcem sapientiæ constituant. Non igitur antiquis temere & citra necessi-

tatem uti hîc jubeo. Tantum abeſt, ut potiùs vetem, & illud Ciceronis pro me citem, ut meum: *Non utendum verbis ijs, quibus jam conſuetudo noſtra non utitur: niſi quando ornandi causâ, parcè.* Quod cum alijs monet etiam Joſ. Scaliger in jambis Gnomicis. Quia verſus planè aurei & vel autoris causâ ψυχαγωγικοί, tranſſcribam:

Sit ſucculenta, non obeſa oratio,
Illuſtris, apta, nobilis, ſeſe efferens
Non mole carnis, ſed toroſis artubus.
Sermonis iſta ſanitas, ut corporis;
Non ſana tantùm membra, verùm alacria.
Sit aureorum luce verborum lita:
Sit comta nativâ indole, & non ſqualidæ
Antiquitatis obſoleta ſordibus.
Sic cuncta variet, conſtet ut ſimilis ſibi:
Similis ſibi ſic conſtet, ut variè juvet.

De alijs, ut quidem poſsim, nihil hîc diſſeram, aut me purgabo. Res ſeipſam tuebitur: & tempus eſt, ut ex hoc quaſi diverticulo ad VOS redeam, Viri ampliſſimi & prudentiſſimi; quos in ipſo aditu hujus meæ diſſertationis poſui. VOBIS huncce fœtum meum, non tam editum, quàm crudæ ætatis vitio protruſum; VOBIS tanquam Patronis

nis aut tutoribus commendo. Et cur ita faciam, cauſas habeo multas: ſed omnes, præter veſtra in me merita. Vos intelligitis ſtudia hæc noſtra: & quia intelligitis, etiam æſtimatis. Vos illorum officinas, ſcholam dico & eccleſiam (ambæ enim & hîc junctiſſimæ ſunt) ope veſtrâ ſedulò conſervatis, promovetis, in divini nominis gloriam & reip. Chriſtianæ ſalutem. Adderem hîc talia plura de vobis ipſis, aut virtute veſtrâ, niſi vobiſcum agerem. Nam vereor, ut moleſtum ſit, in os laudari: & fortaſſe alibi fiet, atque apud alios. Jam hoc quidquid eſt, accipite, quæſo, æquis animis: & in poſterum, quod facitis, Bonos & Bona amate, juvate: ita DEUS, ſupremum illud BONUM vos amet, vos juvet æternùm. Naumburgi 16. Calend. Novemb.

1608.

JOSE-

IOSEPHUS SCALIGER, JUL. CAES. A BURDEN F. CHRISTIANO BECMANO S.

TUAS aliquot hactenus accepi. Jam demum, quia etiam σχεύμα aut πιαγχαφία quadam tui futuri Operis mihi cõtigit, respondeo, eò libentiùs, quo magis insigne ingenij & industriæ tuæ specimen à te in publicum datum mihi placuit: ut meritò lætemur, in Germania quoq; vestra humaniores literas accuratiùs poliri, & semper aliquos succrescere, qui istuc animum

mum appellant. Certè linguarum cognitio & ea quidem non supina aut proletaria, ut sic dicã; sed elegans atq; accurata, est fulcrũ & basis, in qua tum omniũ scriptorũ libri, tum inprimis sacrorum bibliorum & historiarum monumenta nituntur. una saltem vocula ubi ablata fuerit, aut malè luxata, aut disjecta; spissæ eos circum funduntur tenebræ. Quæ causa est, quòd studia illa nemo bonus unquam non magni æstimarit; nemo malus non contempserit: uterq; ob eximiam utilitatem, quæ illum oblectare solet, istum magis irritare & ad furorem adigere. Tu perge, mi BECMANE, in curriculo, quod semel duce Deo & natura comite

mite ingressus es, jamq; spacium non exiguum cum laude confeciſti. Mihi crede, ſi non in ipſo ſtatim limine, olim diligentia tua fructum tibi afferet, bonis omnib. voluptatem, patriæ decus. Habes in viciniâ TAUBMANUM *&* SIBERUM: *utrumq; optimarum artium ſtudiis excultiſſimũ & cum multis comparandum, qui familiam ducunt in hoc Orbe erudito. Neque opera, neque conſilio deeſſe tibi arbitror. Tu fac amuleris, quantũ fieri poteſt: & ut illi* VVitteberga *ſuam, ita tu cum doctiſſimo Calviſio Lipſiam facias illuſtriorem: quod olim à* Camerario, *viro admirabilis doctrinæ, factum meminimus.* Ζήτημα, *quod addis, unde ſignifi-*

ſignificatus vocum primo eruendus eſſet, ſatis eruditè à te ipſo diſſolvitur, neceſt de quo moneam: niſi unum, de autoribus. Hos, & quidem genuinos majorum gentium unâ operâ tibi adducendos puto & laudandos eſſe teſtes priſcæ illius puritatis & proprietatis, quam venaris. Aliter feceris, à recta via ſæpe aberrabis, & tempus inaniter impendes. Quod ne fiat, monere hìc te volui: nõ quòd aliquid ſiniſtrum de te ſuſpicaver, ſed ut petitioni tuæ ſatisfacerem.

Vale Lug. Bat. II. Cal. Sept.

M. DC. IIX.

НБ ОНУ імені І. Мечникова

DE PROPRIA SIGNIFICATIONE VOCUM IN LATINA LINGUA, QUÒD & QUÎ EX ORIGINIBUS ELICIATUR.

VOces, dum & animi noſtri cogitata & res ipſas in Natura, tanquâ Symbola quædam indicant, duûm ſunt generum: PROPRIÆ & TRANSLATÆ. Cicero ait de opt. gen. orat. Et J. C. Scaliger lib. 13. de C. L. L. c. ult. *Vnius vocis una tantùm eſt ſignificatio propria ac princeps: cæteræ aut communes aut acceſſoriæ, aut ſpuriæ.* Propria certis quibuſdam de cauſis κατὰ συνθήκην facta: primò ac principaliter rem aliquam exprimunt. Seu, ut Auguſtinus explicat lib. 2. de doct. Chriſt. c. 10: *Propria ſunt vocabula, cùm his ipſis rebus ſignificandis adhibentur, propter quas ſunt inſtituta.*

Translata, quæ propter naturalem rerum omniũ inter ſe convenientiam ab uno ad aliud, partim neceſſitatis: quia τὰ παράγματα τὸν ὀνομάτων ἄπορα ἐστι: partim ornatus ac delectationis gratiâ, variè traducuntur. Ambo in omni pariter orationis formâ inveniuntur: nec ullus uſpiam autor, qui alterutra ſolùm uſurpat: aut etiam commodè uſurpare poſsit. Interim meliùs ille facit, & majus quid præſtat, qui magè proprijs: minus, qui magè utitur tranſlatis. Præſertim ſi quippiam accuratè, ſolidè & ex intimâ quaſi rei medullâ proponi debeat: non leviter, in gratiam & applauſum plebeculæ. Omnis enim vox, tropica quãdam parit obſcuritatem. Ariſtoteles l. 6. Topic. cap. 2. πᾶν ἀσαφὲς τὸ καθ' μεταφορὰν λεγόμενον. Cur? Quia non ipſam rem, ſed ejus tantùm analogiam & ſimilem cum aliâ affectionem oſtendit. Immò nec unum aliquid, ſed duo, aut plura etiam ſæpè intellectui noſtro repræſentat. Vnum, à quo: alterum, ad quod transfertur. Jam, iterum verbis Philoſophi 3. Metaph. 4. τὸ μὴ ἓν σημαίνειν, οὐδὲν σημαίνειν ἐστί. Et 1. de cœl. 11: πᾶν πολλαχῶς λεγόμενον ἀσαφές. At contrà vox propria orationem efficit perſpicuã,

omniumque intellectui obviam; quia unum modò declarat, & applicatur rei, cui ab initio imposita. Evidentia verò & facilitas significandi quanta virtus in sermone, apud omnes, qui vel modicè sapiunt, in confesso est Idem etiam meliores quiq; magistrorum diligenter inculcant. Aristoteles lib. 3. Rhet, cap. 2. ὡρισθω λέξεως ἀρετὴ, σαφῆ εἶναι· σημεῖον γὰρ ὁ λόγος ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. Augustin l. 4. de doct. Christian. c. 10. *quid prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis? cum loquendi omnino nulla sit causa, si, quod loquimur, non intelligunt ij, propter quos, ut intelligant, loquimur.* Agellius l. 1 c. 10. Quinctilianus lib. 1. Inst cap. 10. *Oratio, cujus summa virtus est perspicuitas, quam sit vitiosa, si egeat interprete.* J. Lipsius Epist. Inst. cap. 8: *Semel hoc imbibe: Summum in sermone vitium esse; non solum non capi, sed etiam aegrè capi.*

Et post: *Clarus sermo erit, praecepto triplici: si verba in eo propria, si usitata, si collocata.* Adamus Siberus in præfation. Gem: *Crebro illud cogitationi vestræ subjicientes ipsi, in proprietate non esse tenuem gloriam & commoditatem orationis.* Nicodemus Frischlinus in Epist. dedicat. Nomenclat. *Nomen quo convenientius est rei, maximeque proprium: eo propius ostendit rei cujusque naturam atque essentiam.* Quid multa? Nemo tam ab omni judicio alienus est, qui asserat contrarium, hoc est, Tropica & obscura potiùs anteponat propriis: cum illorum quoq; ratio non nisi ex his ipsis traduci possit. Itaque illud inprimis jam quæritur: undè & cujus ope, prima ac germana significatio alicujus vocis inquirenda, quomodo invenienda. Scio, illicò obtenditur hîc mihi autoritas eruditæ antiquitatis, & consuetudo, additis Eulogijs: *Publica forma placet sermonis -- Verba valent usu, sicut nummi.* Ciceronis: *Non utendum verbis ijs, quibus consuetudo nostra non utitur.* Quæ, ut & plura, tantum abest, ut rejiciam, ut liquidò & clarâ voce tester: Autoribus majorum gentiũ, Ciceroni, M. Ter. Varroni, J. Cæsari, Salustio, Livio, Virgilio, Plauto, Terentio, Ovidio, Horatio, Catullo, Tibullo, Propertio, Lucretio, alijs hujus notæ ut ævi Latinitatem verè Romanam ex asse deberi: nosque optimè & purissimè loqui, si cum illis.

Addo etiam, Ciceronem sæpè loqui propriè, Virgilium; & inprimis Plautum, qui eo nomine veræ Latinitatis studioso in manibus sit. Sed enim, dum iidem vocem non semper uni rei accommodat, sed pluribus: qui sciam, ubi propriè, ubi secus ista vox fuerit adhibita? Utamur exemplis. *Arduum* quot modis dicitur? Ciceroni, *ascensus arduus: opus arduum: cogitatio ardua.* Ovid. lib. 2. Metam: *ardua prima via* - - lib. 4. Eleg. *gloria ardua.* Horat. 2. Carm. Od. 13: *aquam memento rebus in arduis servare mentem* - -

Ecce res diversas sex! Cui harum primò, cui propriè una vox *ardui* congruet? Ita Ciceroni dicitur *homo imbecillus: accusator imbecillis: valetudine & naturâ imbecillis: animus imbecillus: corporis imbecillitas.* Plinio in Paneg. *ingenium imbecille.* Cæsari 2. Bel. civ. *imbecillitas consilij.* Vbi hîc genuina ἰδιότης? Enimverò ex autoribus ipsis, qui isti, sine alio adminiculo, in tantâ rerum varietate, non extrahes. Ciceroni 3. de Fin: est *subtile differendi genus.* lib. 15, ad Caton. *Subtile judicium.* Eidem, *Subtilis oratio: Subtilis descriptio: Subtilis definitio: Subtilis vir: Subtilis Scriptor.* Horatio: *Subtile palatum.* Columellæ: *Subtilis gula.* Plinio lib. 11. cap. 5. *Succus subtilissimus.*

Vulgo dicitur esse propriè λεπτομερῆς & tenuium partium. Sed falsò. Valla lib. 4. Eleg. cap 14. Ordo est (inquit) digestio, & in suo loco cujusque rei collocatio, velut in acie. Idem cap. 32. Nos poëtas cæterosque operum conditores, *autores* vocamus: & illum, qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, egit pacem, *autorem operis, autorem belli, autorem pacis*, dicimus, nunquam *actorem.* Quæ quidem, & id genus plura alia sparsim ibi video, nec non alibi: sed ratione minùs assequor, quâ istiusmodi significatio elicitur è variis hinc inde Scriptoribus. At hîc tamen observes velim: Si Scriptores, sed Græci & Hebræi potissimùm, Rem aliquam unâ semper voce unanimiter appellent: tùm aliâ latente causâ, usus ille perpetuus, erit causa proprietatis. Vt *hyssopus*, quantum scio, fruticem illum notissimum in hortis apud omnes Autores significat.

Ergo vox erit propria. Quæ causa? Quia illi inter se congruunt concorditer. Sic *erucum*, sic *bdellium*, sic *cinnamomum*, sunt propria: quoniam Hebræis tantùm de unis dicuntur.

At Plautus figuratè utitur, quando anus ita de vino:

Tu mihi flacte, tu cinnamomum, tu rosa,
Tu crocum, & casia es, tu bdelium - - -

Ergò ex convenienti Autorum usu, etiam Proprietas aliqua eruitur: sed ut plurimum in vocibus, ut vocant, primitivis, Hebræorum præcipuè. Nam in deductis & Hebraicis & aliarum inprimis linguarum res se habet aliter. Ibi aliud subsidium esse oportet, si distinctam & unam dictionis, quæ variè usurpatur, proprietatem desideres. Id verò nullum aliud, quàm *Originatio*, ut Fabius nominat: vel, ut vulgus, *Etymologia*: vel metaphoricè, *Derivatio*: vel *Notatio*, ut Cicero: quia rem, de qua prædicatur, notam facit, ut ait Boethius. *Ea est deductio vocis vel à sono ipsius rei proprio: vel è voce alia simpliciori & priori ob certam causam, sive in eodem linguæ alicujus idiomate fiat, sive diverso, ut ita vocis proprietas constet, & præparatio ad Rei cognitionem.* Duplex autem est originatio. Vel à Natura signati, sive rei, quæ indicatur: Vel è voce alia, ut dixi. *Illa*, cum per literas, quæ nunc grâvi, nunc acuto, nunc intermedio efferuntur tono; jam sibilum, jam stridorem, jam alias soni qualitates edunt; affectum alicujus rei exprimimus, ut vox sono respondeat. Talia sunt: σίζω, *grillus*, γρύω, γρυλλίων, γρυλλίζω: κέκραγμαι. *screo*, *screatus*, *Cbremes*, .i. Senior screans: μυκάω, μυκᾶμαι, *mugio*: *scropha*. γρύζω. grunnio. *Hæc è voce* vel simpliciori, vel priori contingit. *Simpliciori*, ut *Cornicen* à cornu & Cano. *Bibliotheca* à βίβλος, βιβλίον: & θήκη, τίθημι. *Effigies* à fingo. *Trapezita*, à τράπεζα, quod à 4. pedibus. τέτταρες quatuor: πέζος, pes. *Priori*, ut *fama* à φήμη. *Deus*, à θεὸς. *Jovis* à *Jova* Hebræorum. *Pater* à πατήρ. *Nemus* à νέμω. *Marsupium* à μαρσύπιον. *Ævum* à αἰών. *Lux* à λύξ.

De cæteris in posterum. Iam hîc sistunt me paululum quorundam sciolorum objectiunculæ & vellicationes: quibus satisfaciam prius: sed breviter; quia εὐώνυμον εἰς δίκην τρία ἐστὶ διαφέρειν. Postea ad propositum redibo. *Ajunt*: universam *Philologiam* & inprimis ejus partem, *Originationem* admodum, nec à paucis despici: homine liberalis ingenij, & rerum potius cognitioni dedito indignam, plane que infrugiferam esse. Tria affe-

afferunt. *Primum* nemo quidem negat. *Secundum* plurimi: ut & *tertium*. Nam quid contemtus? Non rei quoque alteri, immò universæ evenit, ut: *- - - laudetur ab his, culpetur ab illis?*

Cicero: *in natura hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent*: Ita etiam hîc. Tritum est: Nec Jupiter ipse omnibus placet, sive ningat, sive pluat, sive tonet, sive cœlum serenet. Quomodo igitur nos & nostra æquè omnibus? Sed & eadem causâ omnes disciplinæ Humanitatis negligi deberent: quare? quia à plerisq; spernũtur. Pecuniæ primũ quæritur: *Virtus post numos*. Aut ut ille ait: *- - - aurum in summum succesit honorem.*

Mirum itaque non fit, quòd studium philologiæ à nonnullis floccipenditur: quorũ alij nolunt: alij non possunt intelligere, quid & quale illud sit: alij deniq; singularẽ quandam gloriolam sibi captare videntur, dum curiosè quôvis involant, ut muscæ: quòdvis allatrant, ut canes: omnia reprehendũt, ut Momus. Quibus illud nobile par, J.C. Scaligerum, & Isaacum Casaubonum, oppono. Ille sic lib. 1. de plantis: *Qui verborum curam putas indignam viro sapiente; is homines nos esse dedocet. Quî fiet, ut intelligas, si quispiam pro libidine loquatur aliter, aliter pro re sentiat? Est primum Sapientis officium bene sentire, ut sibi vivat: proximum bene loqui, ut patriæ vivat.* Hic ita: *Scribit Arrianus* (inquit) *sapientissimum senem illum Epictetum, impietatis in Deum eos insimulásse, qui in Philosophiæ studiis δεινότητα λόγων, sive sermonis curam aut philologiam tanquam rem levem aspernarentur. Quoniam quidem, ajebat vir divinus, ἀσεβὲς ἐστιν ἀνθρώπου τὰς περὶ θεοῦ χάριτας ἀλισκάζειν. En Germanum Philosophum! En vocem auream!* Hæc Casaubonus. Et quanquam, ut dixi, immò res ipsa loquitur; sunt qui studium illud parvi faciunt: tamen non desunt, contrà quo magni faciunt, sanè maxima & illustrissima ingenia, ab ævo prisco usq; in hunc diem. Adducam aliquot? Ita convenit: sed paucis, atque ex alijs, ut ita major fides sit & autoritas. *Plato* in vocum originatione adeò laboravit, ut totum ei librum consecrârit. Ejusdem diligentiam mirum in modũ laudat Dionysius Halicarnasseus, quâ utebatur in componendis verbis, probatq; stu-

dium ipsius, qui cum pectus haberet refertũ plurimis scientijs, jamque ad octogesimum ætatis annum pervenisset, non cessaret tamen expolire sermones illos suos; præcipuè autem rectâ constructione verborum ipsos ornaret. Nónne *Aristoteles* adeò ad sese pertinere arbitratus est, ut sæpenumero ipsa emendet vocabula, alia explicet, quædam vel investiget, vel etiam pariat? Scripsit ille de Poetica: de Rhetorica scripsit. Amatoria verò atq; alia ejusmodi ut omittam, perpetuo cõmentario id egit, ut sciremus, quot modis quippiam significare possit. Cujus profectò judicio Grammaticam nõ solùm esse Philosophiæ partem, id quod nemo sanus negat: sed ne ab ejus quidem cognitione dissolvi posse intelligeremus. Hinc tam crebræ admonitiones. Vt 2. Top. 6. ἕν τὶ ἐπιχειρεῖν μεταφέροντα τὸ ὄνομα ἐπὶ τὸν λόγον, ὡς μᾶλλον ἀσύνηθον ὑπολαμβάνειν ἢ ὡς κεῖται τὸ ὄνομα. 3 Metaph. 2. πανταχῶς γὰρ ἀνάγκη ἢ πρῶτα ἢ ἐπ' ἐκείνοις εἶναι τὰ ἐπ' ἐκείνοις καὶ ἐξ ἐκείνων. *Galenus* quot locis, quantum producit moræ, unam modò ut explicet vocem? quot miris modis Archigenis dictionem vellicat, ejus quoque minutissimas quasq; rimans portiunculas, in 2. de locis malè affectis? *M. Teren. Varro*, vir Romanorum eruditissimus, judicio Quinctiliani, peritissimus Linguæ Latinæ & omnis antiquitatis; *Sex. Pompejus Festus*, quem J. C. Scaliger autorem gravem, veterumque sententiarum accuratum & narratorem & interpretem vocat: *Isidorus Episcopus Hispalensis*, ex professo (quod ajunt) hoc studium quærendi radices vocum secuti sunt; pari fortè conatu, sed impari ingenio & eventu assecuti: cùm Isidorus quandoque nîl nisi nugas agat, & risum lectori moveat.

Jam *Cicero, ille cæleſtis* (ut ait Fabius) *in dicendo vir, cujus nomen non hominis, sed eloquentiæ habetur*; quantum hîc laborârit, sed & præstiterit, cùm alia docent, tùm inprimis libri duo de natura deorum. *Verborum* (inquit 1. Acad.) *explicatio probatur, i. quâ de causa quæq; essent nominata, quam Etymologiam appellant*. *Messala* orator è clarissima Corvorum gente librum integrum de unica litera S. cõposuit.

Claudius Imperator quantâ curâ & pænè dicam ambitione tres novas literas invexit, vexit, usque Romanam linguam auxit? *Julius Cæsar* de analogia i. e. infimis Grammaticorum observationibus binos libros conscripsit, & triumphales illas epulas variare & interstinguere non erubuit scholicâ hac dape. *Augustus* majestatis suæ usque eò retinens princeps, ut Deorum sibi honores vindicaret adhuc vivus, quàm solicitè, quæ nepotes sui, quid & quo modo scriberent, cavit? Quin & ipse eos & literas, & notare, aliaque rudimenta per se plerumq; docuit, teste Sueconio, ac nihil æquè laboravit, quàm ut imitarẽtur Chirographum suum. *Hadrianus* Imperator usq; adeò Græcorũ literis invigilavit, ut à non nullis vocaretur Græculus.

Mithridates Ponti & Bithyniæ Rex duarum & viginti gentium linguas calluit, nunquam interprete ad eas usus. Satin' hi multi? *Nam si autumem omnes, nimis longo sermo sit.* Satin' hi magni, qui Philologian curârunt? Nemo opinor, repugnat, nisi *Vervecum in patria crassoq; sub aere nati*. Superaddo tamen unum & alterũ ex recentioribus: quorum alij cum priscis componendi, immò alij ijsdem aliquibus anteponendi. *Martin Lutherus* vir magnus & verè θεόπνευστος edidit opusculum, in quo nomina propria Germanorum è nativis fontibus declarantur. Præfixa est ejus hæc adhortatio: *Exemplum dedi vobis, ut plura & meliora faciatis. Julius Cæsar Scaliger* natus in miraculum & gloriam nostri ævi, centum & decem libros de Originibus composuit, ut & tredecim de causis Latinæ linguæ. Illi non sine insigni politioris literaturæ dispendio perierunt: hi eximio cum fructu, addo etiam delectatione, non nisi à veræ sapientiæ candidatis evolvũtur. Hujus operâ, operta quæ fuere, aperta sunt, tane plurima: ut & filij *Josephi Justi Scalig.* Vterq; in amplissimo illo originandi oceano mihi erit instar siderum, quæ ducant, quæ doceant. Alter Helice: alter Cynosura. *Joannes Fungerus Frisius* JCtus superiori tempore opus Etymologicũ ex variis undiq; scriptoribus concinnatũ magnâ cum laude & utilitate evulgavit, & ita suo exẽplo illud Quinctiliani probavit, qui ait *Jurisconsultorum summum circa verborum proprietatem laborem esse*. Cui assentitur Gisanius præfat. in partit. Feud. *CL. Rittershusij*.

Vnde etiam in amplissimo Juris corpore membrũ unum & quidem ingens esse voluerunt *de verborum significatione.* Quem titulum aliâs quoque *aureum* vocare non dubitârũt, nihil moti autoritate Bartoli, qui ait: *De verbibus non curat Jureconsultus*, Lud. Vives lib. 1. de caus. cor. art. Sed quid pluribus opus? Satis inde apparet & alteram adversæ partis calumniam labi: hoc est, studium Philologiæ & inprimis Originatorijs, homine veræ eruditionis avido planè condignam esse. Si fortè tamen ampliùs cosdẽ ipsos, quos modò citavi, quòd ad inferiora hæc literarum subsellia descenderint, nasutuli isti reprehendant: equidem quid aliud faciam, nescio, quàm ut inclamem:

Danda est bellebori multo pars maxima - - -
Quanquam vix potest hæc res bellebori jugere obtinerier;

Vt ad saniorem mentis usum reducti liquidò perspiciant, quod inscitè carpserint multos, qui in hominibus fastigium humanum excesserunt, quorum sapientiam si adhuc vel senes ex imâ semitâ suspicere possent, beati essent. *Vltimum* erat de Philologiæ utilitate: verè ultimum & minimi precij. Nam utilitas nec una est, nec exigua: ut vel hoc nomine adversarios quasi demulcere, suamq; cum alijs dignitatem tueri possit. *Prima*, & quidem Etymologiæ, quâ de hîc potissimùm agitur, est, quam & antè statuimus: quòd sit medium noscẽdi proprietatem vocis deductæ: ne promiscuè una pro altera infarciatur. Vt, *bustum* pro sepulcro apud nos. Vt *Clepsydra* pro quovis horologio aut scioterio, aut eo, quòd arenæ plenum, *abundare flamma*: *baculus imbecillis*: *capillus capitis*: *inculco manibus.* Ita in versu cujusdam:

Sed superis visum secus oppedentibus æquo Judicio - -

Pedo βδέω nónne obscœnum? Ad superos tamen (meliùs deum) & quidem à Christiano transfertur. Ita J. C. Scaliger Ex. 91. taxat H. Cardanum, quòd *atramentum rubrum* dixerit, cum sit ab *atro*. Idem lib. 7. poet. c. 6. Ridere Latinum est: at ridere prata, ita Latinum, ut aliud à proprio significet. *Deinde* servit Etymologia ipsarum rerum cognitioni, quam ante omnia expetimus: ut ita falsò quidam novo nomine *Reales* dicti glorientur, se solos habere rerum nucleos, alios earũdem

dem modò cortices, i. vocabula. Hanc utilitatem alicui fortè incognitam, quod vix est ut credam; satis evidenter confirmat id, quod in omnibus thesibus & scriptis sive theologica sint, sive juridica, sive medica, sive Philosophica; explicationes, distinctiones, Synonymæ, & Etymologiæ vocum, quantum fieri potest, datâ operâ præmittantur: non aliam ob causam, quàm ut aditus ad faciliorem rei cognitionem pateſiat. Vetus est: δεῖ πρῶτον τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον ἐξετάζειν εἰς τ' ὀρθῶς διδάσκειν. Et Galenus lib. 1. de meth. med. c. 5: Principium in omni disputatione & re est nomen. Atq; in hunc finem etiam meliores Philosophi in suis Logicis, quæ instrumenta in cognitione rerum nos ducentia exhibent, de definitione agunt κατ' ἐτυμολογίαν, quæ vocem è suâ origine declarat: itemque quomodo à *Notatione* nominum & *conjugatis* argumẽtari par sit. Quibus adde illud Quinctiliani lib. 1. *hoc studium* (inquit) *habet aliquando usum necessarium, quoties interpretatione res, de quâ quæritur eget. Vt cum M. Cœlius se esse hominem frugi vult probare, non quia abstinens sit* (*nam id ne mentiri quidem poterat*) *sed quia utilis multis, i. fructuosus: unde sit dicta frugalitas. Ideoq; in definitionibus assignatur Etymologiæ locus. Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur discernere. Continet in se multam eruditionem.* Idem antè, *Scrutabitur mille præceptor acer atque subtilis origines nominum.* Plato: primi gradus ad cognitionem rei sunt, ὄνομα καὶ λόγος. Idem nominat ὄνομα ὄργανον διδασκαλικὸν καὶ ἐλεγκτικὸν διδασκαλικὸν καὶ μιμητικὸν πράγματος. Isidorus Junior Episcopus Hispa: *Dum vides, unde ortum est verbum, citiùs vim intelligis ejus rei, quam cupis introspicere.* Agellius refert Labeonem Antistium Latinarum vocum origines rationesq; percalluisse, eaq; scientiâ ad enodandos plerosq; juris laqueos usum fuisse. Cui Valla & Quinctilianus assitipulantur: *Omne jus aut in verborum interpretatione positum est, aut æqui pravique discrimine. Et quantum momenti in verborum interpretatione sit, ipsi Iuriconsultorum libri maximè testantur.* J.C. Scaliger Ex. 1: *Oportet priùs ipsius vocis usum cognoscere, à quo sæpenumero provehimur in rei perceptionem.* Idem lib. 5. comment in lib. Theoph. de c. plan. c. 14. *Est a nominis origine rei natura sæpè*

manifesta. Et cap. 4. de c. L. L. *Antè* (inquit) *quam literam definimus, sicut fit in omni definitione, nomen ipsum est explicandum. Quippe ex cujus interpretatione facilius rei ratio nota fit. Togam enim definiturus, eam si nôrim à tegendo dictam, sanè vestigando ejus genus sic inveniemus: esse lanam textam ad tegendum.*

Oratoribus porrò etymon hoc præstat, ut cognitâ proprietate sciant, quæ vis & efficacia insit voci: quam priori, quam media, quam posteriori statione locari oporteat. *Etenim verborum delectus origo est eloquentiæ*: inquit Cæsar apud Ciceronem in Bruto. Item oratio crescere debet⏑, non decrescere. Et: ἐμφαντικώτερον sequitur, levius antecedit. Ita dicat mihi aliquis, priúsne *dilectio*, an *amor*: *desidero*, an *appeto*, an *cupio*: *opto*, an *voveo*: *peto*, an *oro*: *studium*, an *diligentia*, an *industria*, an *sedulitas*: *vicinum*, an *propinquum*: *valetudo*, an *sanitas*: *fallacia*, an *fraus*: *utile*, an *commodum*: *suave*⏑, an *jucundum*, &c. poni debeat in oratione, & quam ob causam. Immò in carmine etiam. Nam & idē poëtas spectat: inprimis verò hoc, ut nôrint rem suâ veste tegere, suo colore tingere, non alieno. Non pictor ille probus & commendabilis, qui scito quamque rem colore exprimit? Idem poëta, qui verbis Idq; ipsius naturæ exemplo, cujus æmulus.

Ea enim suum cuiq; tribuit. *Consulit etiam* Etymol. communiter omnibus, præcipuè verò poëtis iterū, dum multis in locis indigitat *quātitatem syllabarum*: quam qui negligit, næ ille meritò tanquam barbariem revocatur9, ab eruditis notatur atq; traducitur. Vt factum ab Heinrico Stephano Epig. in Marcum quendam:

Dum laudaretur Marco facundia Galli,
Fraudata est metro vox ea sæpè suo.
Laudibus ac tandem miscens ubi vota precatur,
Vt longùm hæc terras lingua⏑ facunda colat.
Tunc ego: quam terris longùm vis, Maree, morari,
Omine non fausto cur facis esse brevem?

Quanti verò istud? Eadem originatio docet sæpissimè⏑, quî dictio rectiùs exaretur, ne quid omittatur necessarium, vel inseratur ineptum. Ne *cetera* pro *cætera*: *hæmina*⏑ pro *hemina*⏑: *nænia* pro *nenia*: *erumna* pro *ærumna*⏑: *Læneus* pro *Lenæus* exaretur. Ita scribendum *melleus*, quia à melle: *Stramineus*, quia à stramine, *Penitro*, quia à penitus. *Fabricius*, non fabritius: quia dicis fabrico. *Adventitius*, quia adventatum, ventito. *Ædilitius*, quia ædilitas. *Novitius*, quia novitas, noviter. *Reptitius*, quia reptum, reptatum. *Puniceus*, quia punicus. *Patritius*, quia patritus, pater. *Emissitius*, quia mitto, missum misso, missitatum. *Commendatitius*, quia commendatum. *Factitius*, quia factum, factito. *Duritia*, quia duriter, duratū. *Conditio*, quia conditum, condo. *Lætitia*⏑, quia lætatum. *Delitiæ*, quia lacio, delicatus. *Blanditiæ*, quia blanditum⏑. *Exercitium*, quia exercitum⏑, arceo. *Segnitia*, quia segniter, ignitus. *Amicitia*, non amicicia, quia amicatum, inimico, inimiciter. Litera enim originalis, quantum fieri potest, servetur, quæ evidentius sæpè in Deductis exeritur, ut in exemplis videre est.

Vltimò voluptatis sinceræ plenum est, cernere, quam aptè unum ex alio quasi gradatim descendat. Rivulorum & fontium Scaturigines scire cupis & aliorum, quæ extra te: multorum, quæ supra te: multorum, quæ nihil ad te: cur non potiùs vocem⏑, quæ in te est: qua uteris assiduè: sine quâ vita nostra vitalis non esset? Melle dulci dulcius est, propositâ causâ & erutâ cognatione vocum cum rebus, reducere illas à tot millibus, per aliquot millia annorum tritas, partim ad Naturam ipsarum rerum: partim ad antiquissimos mortalium, & sæpe ad Primum, qui maximè ἀγχιστρόφως fuit, & princeps, ut Philosophiæ, ita Philologiæ, omnisque humanæ sapientiæ apex. *Sibi sua habeant regna reges. Sibi divitias divites*; dum mihi detur statio, ubi Deum inprimis piè pureq; venerer, deinde sapientiæ studia & harum literarum tractem, & quidquid ad usum aut cultum animorum.

Sed prìs, quam hinc pergā, audi, quid Melanchthon eam in rem: *Etsi* (inquit) *parum est, quod scimus in linguis: tamen hoc nobis gratius esse debet omni auro, aut imperio Turcico.*

Ego

Ego minimum scio : tamen nolim pro illa cognitione accipere, quidquid auri est in omnibus regnis mundi. Multæ res non possunt intelligi sine linguarum cognitione. Ideo servat Deus scholas mirabiliter, adversantibus tyrannis & venenatis hypocritis, qui nunc plus nocent scholis, quam tyranni.

Nunc ad reliquias reprehensionum. Vrgent amplius: *Valla* inquit lib. 6. Ele. c. 37. & unà alij: *Nihil habet magis ridiculum hæc, de qua loquimur, scientia, quàm Etymologiam.* Ita; tanti non fiat, quasi inde proprietas eximatur. *Responsio* in promtu est per *distinctionem*. *Valla* loquitur non de omni, nec de sanâ & verâ etymologiâ: alioquin esset sibimet ipse contrarius: verùm de facetis allusionibus, itemq; ridiculis & ineptis sæpè alliterationibns, quas ex ignorantiâ inprimis linguarum natas, libenter ipsis autoribus relinquimus, & ubi serij aversamur. Quales apud Varronem, dum omnia è Latinis infeliciter, trahit; Isidorum, P. Lombardum, & similes nonnunquam occurrunt. Vt *Pascha* à πάσχω: *tellus* à tollendo: *locusta*, longa pedibus sicut hasta. Nec valet: Multi abusus & ineptiæ comitantur hoc vel illud; Igitur nullum est, nec tolerabile. Non sequitur, inquam. Immò res quantò corruptior est, & magis contaminata: tantò laborandum magis, ut genuinæ ac debitæ suæ integritati restituatur. Sicut Logici quidam id conati sunt egregiè: dum veras Etymologias ab alludentibus, ineptis & falsis discrevêre.

Sed posito, non tamen concesso: quòd *Valla* & aliquot alij *omnem plane Etymologiam* vocent ridiculam. Quid tum postea? Vna & altera & tertia, immò & quarta hirundo non facit ver: nec totidem dies. Dicant:

-- at non ego credulus illis.

Quid ego? Plurimi, sed non è multis: qui suprà laudatis veræ sapientiæ magistris cõtra putidos nugatores assentiunt. Sed audiatur aliud ἀντιπαπον. Quidquid pugnes (inquiunt) interim manet, quòd infirma satis & imbecillia argumenta ducuntur ab *Etymologijs*. Quid huic respondeam? Par pari: id est, quòd hoc ipsum quoq; argumentũ satis infirmum atq; imbecille sit, ut eo vix moveant nos, nedum à vero dimoveant. Tamen *respondeo* iterum per *distinctionem*. *Primò*, quando ab Etymologijs ad res fit argumentatio, tum quandoque vacillat: non nego. Et tum est μάρτυς ἀλαζών secundum Galenum: vitio hominum, qui abutuntur, non per se. Quandoque etiam, nec rarò, firmè consistit. Cujus rei, *Non ita difficile est rationem reddere*--

Quia minùs necessario nexu copulatur *signum*, & *signatum*, sive *vox & res*: sed tantùm κατὰ συνήθειαν; quæ cum & vulgi pariter sit & sapientum, inde quoque variatur vocis tam significatio quàm Etymologia: si cum re conferatur. Logici ita: ⁂. Cùm Notatio latiùs patet, consequentia tantùm valet negativè. Non est *ingenium*. Ergo nec *ingentum* Non est victus communis, γρανὸς: g. nec *cæna* Non est pars anni *madida*, ὥρα ὑετία g. nec *hiems*. 2. Cùm Notatio est adæquata ipsi Notato, & affirmativè & negativè fit consequentia. *Iesus* est. g. *salvat* populum. *Propheta* est. g. prædicit futura. Hæc domus *integra*. g. *intacta*. Attigit *metam*. g. terminũ, quem antè destinaverat. Poëtica *divina* est. g. à deo orta. Pius *desiderat* ἀπολύτρωσιν. g. vehementissimè & supra modum expetit. Pugno excipiuntur. g. παλάμη cõtrà & aut densa. *Securus* vivit. g. *sine curâ*. *Sedulò* affirmat. g. ἀδόλως, sine fraude. *Auceps* est. g. aves capit. Proin *aucupari* tempus, Tropicè dicitur. Vt & verborum *aucupia*, literarũ tendiculæ, in Ciceron. *Baubatur*. g. canis est. *Cugurrit*. g. gallus. Et eontra. Quid hisce verius, aut firmius? Deinde, cùm ab Etymo ad vocis ipsius significationẽ, proprietatem, aut alium affectum educitur argumentatio: tùm nullum majus, nullum certius in hoc quidem genere dari posse existimo. Vt *imbellis* fit à bello. g. idem qui ineptus ad bellum. *Humilis* est terræ propinquus: quia ab humo. *Iners* est rudis & sine arte: quia ab in & ars. *Vehemens* est idem, quod validæ mentis: ergo propriè flumini aut vento nõ convenit. *Sponte* est voluntariè agentis: quia à spondeo, σπονδή. Pulchrè in hanc mentẽ. J.C.S. 2. de c. L.L. dixerit: *Discere dicimur, cùm ignotum per indicia quædam percipimus animo. Hoc bifariam esse potest. Namquod indicium illud interdum est posterius eo, quod discimus: veluti cùm significatio vocis hujus Gloriosus, intelligitur posse accipi in bonam partem per exempla sumpta de Cicerone. At sanè id priùs significavit, quam sic Cicero utendum sumeret: & tame*

men per Ciceronem ita mihi notum fit. Est alterum indiciorum genus naturâ prius & causa quasi quædam ejusce rei, quam discimus. Vt cùm per gloriæ significatum ac per flexum illius vocis descendo ab origine ad usum eum, quem in Ciceronis libris deprehendi. Ac prior quidem notior ac facilior est: alter ut paulò obscurior, ac minùs sæpè notus nobis, ita excellentior tanto, quanto certius scimus cùm per causam, quam per accidentia cognoscimus.

Et hæc pauca hactenus contra obtrectationes, pro dignitate Philologiæ, ac potissimùm Originationis dicta sint: plura, si opus: plurima dicentur, si fuerit necessarium. Quæritur ulteriùs, an ritè ex Græco & Hebræo fonte Latina deriventur? Joannes Goropius Becanus negat. Alij multi, addam ferè, Omnes, qui sapientiâ & virtute suâ totum hunc orbem illustrarunt; contrà differunt.

De Græco. Quinctilianus lib. 1. instit. *Sive illa ex Græcis tractemus, quæ sunt plurima præcipuè Æolicâ ratione, cui est sermo noster simillimus.* J. C. Scaliger lib. 1. de plant: *Græcis ipsis originem debemus, sicuti pænè universæ linguæ nostræ.* Idem cap. 29. L. L. *aliqui inter quos Varro etiam malignè eruerunt omnia è Latinis, Græcisq; suas origines invidêre. Nos cum sciremus Magnæ Græciæ nomine priscos Ausones atq; Latinos frequentatos, reddidimus suis quamque natalibus vocem.* Josephus Scaliger in Festum: Verum est, quod ait in fine, eandem pænè cum veteri Græcâ veterem Latinam linguam fuisse. Nam & easdem pæne veterum Latinorum cum Jonum literis fuisse, testatur Plinius lib. 7. Quin & linguam Romanam Græcam fuisse, autor *Varro* & *Dionysius* extremo lib. primo. Asscribam loca aliquot autorum, quia & isti non omnibus ad manum, & illa ad rem ipsam faciunt. Plinius libro septimo, capite quinquagesimo octavo:

Veteres Græcas fuisse easdem penè, quæ nunc sunt Latinæ, indicio est Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono Principum Minervæ dicata in Bibliothecâ, cum inscriptione tali: Ναυσικράτης ἱσαμένης Ἀθηναίος κόρα ἐ ἀθλεῦ ἀνέθηκεν:

Dionysius Halicarnasseo Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας *libro primo:*

Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ' ἄκρατον βάρβαρον, οὔτ' ἀπηρτισμένως ἑλλάδα φθεγγόμενοι, μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ τῶν πολλῶν αἰολίς, τοῦτο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμιξέων, τὸ μὴ πάνυ τοῖς φθόγγοις ὀρθοεπεῖν:

Romani linguam neque extremè barbaram, neque exactè Græcam loquuntur, sed mixtam quandam ex utraque: eaq; maximam partem Æolica est. Hoc tantum vitij habentes ex multâ mistione, quòd non omnibus sonis rectè pronuncient.

Sed & verba *Josephi Scaligeri* ad Festum notatu digniss: *Romanos Græcos appellat Ennius: contendum Græcos Graios memorare solent sos.*

Quòd Græcâ lingua longos per tempori tractus

Hos pavi - - -

non Romanos Græcè loqui ait, cùm Romulus urbis conditor Latinè locutus sit: sed quòd olim lingua Græciæ gentis fuerit eadem cum Latina, parum declinatione mutata.

Hieronymus Megiserus in Frontispicio thesauri Polyglotti: Latina lingua in antiquitatis certamine Græcæ postponenda est: propterea quòd Latini à Græcis complures voces mutuêtur. Quoad verò originem gentis, etiam Græci priores. Ex Aboriginibus enim orti sunt Latini: quod testatur *Dionysius Halicarnassens*: Anno à mundo condito 2321. Aborigenes ex Peloponneso profugi fixerũt sedes in Italiâ. Quib. se postmodo adjunxerunt etiam alij populi: è Thessaliâ Pelasgi, ex Arcadiâ comites Evandri, è Peloponneso Phenea-tes & Epij. Vel ex eo æstimetur antiquitas Aboriginũm cùm anno à Mundo condito 2112 jàm culta sit Peloponnesus & in eâ regnum exstiterit, ductu & consilijs Inachi, quod Argivum fuit appellatum, ab Argis, *Eusebius*. Quinã verò Aborigines & unde?

Sane

Sane gens Græca, & ex Oenotrijs itidem Græcis, *Dionys. Halicarnasseus.* Oenotrij descenderunt ab Oenotrio, οἰνοτρίῳ: quem à vino ita nominarunt: sicuti etiam *Janum* ab Heb יין, ut ita origo istarum gentium non iniquè vel ad ipsum Noah deduci possit. quod Chronologis relinquo. *Goltzius* & *Casp. Peucerus* de divinat. Extispicum: A Græcis propagata traditur gens Latina. Horum enim colonijs primò impletam esse scribunt terram, quam à situ Hesperiam vocarunt. Vetustissimi in hac gente celebrantur Oenotrij orti ex Arcadibus & Pelasgis: & Tyrrheni Jonum coloni. Ab Oenotrijs descenderunt Aborigines per vetusti Italiæ cultores. Sed & *Dionysius Halicarnasseus* affirmat ipsos incolas & conditores urbis Romæ fuisse Græcos: adeoq; certum, Servij Tullij leges literis Græcis ad suam usq; memoriam exaratas fuisse. Audiamus quoq; *Virgil.* 1. Æneid.

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse - - -
Ovid. 4. Fast.

Nec tibi sit mirum, Græco ren
nomine dici:
Itala nam tellus Græcia ma
jor erat.

Et *Juvenal.* in Satyra de Romanis:

- - - omnia Græcè:
- - concumbunt deniq; Græcè.

Nihil hic urgeo, quòd & nostram juvet sententiam similitudo literarum in utraque lingua: paritas quandoque terminationum in vocibus, generum, casuum, declinationum, conjugationum, Syntaxeon, regularum, & similium. Vnde concludimus: Latinitatem è Græca oriri: ne illam sine ista, satis percipi posse. Vt ita meritò arguatur Pomponius Lætus Calaber, qui sibi Latina discenda proposuit, ut Græca non ausus fuerit attingere: ne fortè illa contaminarentur. Sed multa (inquis) è Latio pervenerunt etiam ad Græcos, & hinc ad alios. Quâ ergo fide Latina ê Græcis pleraq; eruentur? Non equidem nescio, nõ tantùm Latina à Græcis recipi. Sed etiam Græca & Latina à Syris, à Germanis, alia ab aliis. Verbi causâ, ista non nisi à Latinis sunt: δικτάτωρ, dictator: ἔγεστα, egesta: λίβερτῖνος, Libertinus: κυστωδία, custodia: δέκοκτα, decocta

κάγκελλος, Cancellus: παβελλιών, tabellio: ποιμήριον, pomerium: μῦστον, mustum: σουδάριον, sudarium: κοδράντης, quadrans: μάκελλον, macellum: φλαγέλλιον, flagellum: & similia. Ita etiam Syris multa aliunde, ut: Colonia, κολωνία, קְלוֹנְיָא Kulaunia. Ancora, ἄγκυρα, אַנְקוּרָא ankora. Speculator, σπεκουλάτωρ סְפוּקְלָטוֹרָא Prætorium, πραιτώριον, Lapretorin, לַפְּרֶטוֹרִין. Christianus, χριστιανός כְּרִסְטְיָנָא, asututha אַסּוּטוּתָא, κεφάλαιον, קְפַלְיוֹן Stola, στολή, Estelà אֶסְטֶלָא Cithara, κιθάρα, קִיתָרָא Kithara. Plura nunc nõ accumulo. Et vel inde nostra sententia confirmatur: miscellas invicè esse linguas; & unã ad alterã reduci oportere. Quod à Græcis factum, non certè ab illis priscis, sed à recentibus factum: cum magis populi miscerentur. Etiam à Syris quædam exotica assumta sunt, eo scilicet tempore, quo politia Judaica fatalem illam metam attigerat. Vt gens variè dispersa aut confusa est: ita ejusdem lingua.

Qui igitur è recentibus Græcorum & Hebræorum libris, vel Græcam vel Hebræam æstimat, nondum satis quid res sit intelligit. De Græcâ veterum loquimur: at is de recentium. Et sic quoque de Hebræa. Ea, inquam, prima & vetustissima est, aliorum idiomatum quasi mater, immò sancta. Nam reliquæ linguæ, teste Augustino, signa sunt aut τεκμήρια iræ & justitiæ divinæ, quam in Babylonijs fastu turgidis declaravit. Gen. 2, 11. & alibi. Eusebius lib. 9. c. 4. lib. 10. c. 2. Josephus antiq. lib. 1. cap. 4. Augustinus lib. 18. de civit. Dei cap. 39. Hieronymus Soph. 3. Hæc lingua sola est pura, nihil aliunde mutuata, sancta, & æternæ quoque vitæ (ut præcipui Theologi sentiunt) propria futura, inquit ille. Omnia momenta, quæ à natura possint in explicatione vocis expediri, in hac contineri linguâ jactant Judæi nec temerè: ut censet J. C. Scaliger Exerc. 259. Et illud lumen Theologorum satis illustre nostro ævo, Polycarpus Lyserus in Noachi cap. 11. de Ling. *Omninò* (inquit) *certum est, reliquas linguas omnes maximâ ex parte ex primigenia, tanquam rivulos ex fonte profluere.*

Et docti quovis tempore hoc studio delectari sunt, ut investigarent, quomodo per inversionem, transpositionem, & mixtionem literarum, inter linguas maximè peregrinas summa esset, quoad literas radicales, cognatio. Joan. Fungerus JCtus: *Ne cuiquam mirum videatur, nôrit pleraque nomina Hebræa apud Græcos, vel detractis, vel auctis syllabis inveniri.*

Franciscus Junius Bit. in orat. de Heb. Ling. inter alia: primùm (inquit) proprietatem Hebræis vocibus maximam inesse assero, cùm singularibus & proprijs, tùm κυριολεξ dictis. Et addit causam: Quid enim mirum, tam convenientes aptasq; rebus suis appellationes attributas esse, cùm idem rerum autor appellationũq; sit DEVS, & interpres Adam ex mandato DEI? Et iterum: Lingua Hebræa cùm suis virtutibus, & bonis, tùm aliarum vicijs est omnium linguarum princeps, omnium jucundissima, inp imis utilis & necessaria, omnium judex, omnium maxima: princeps antiquitate, jucundissima simplicitate & gratiâ, utilissima summeq; necessaria argumento, judex constitutione sui æquissimâ & incomparabili, maxima genitura & propagatione, quæ tã numerosos fœtus tam multis locis regionibusq; peperit. Hæc ille. Ex illis non difficile est colligere: Hebræam esse primam & maximè proprijs uti vocibus: utrumque, cùm DEVS illius conditor sit. Etiam ex eâ cæteras fluxisse: & ad eam veluti normam, cæteras exigi oportere. Ergo ratio loquendi vel propria, vel tropica inde pendet. Quod tam est liquidum, ût nemo neget, nisi cui fides sacra um literarũ suspecta sit. Nunc ad Goropium: quid ait?

Ille hîc non modo, non trimodio, sed ipso horreo maximas nugas admittit nobis, indeq; hanc sibi famã apud eruditos conciliavit: Plus ibi vanitatis, quàm veritatis: plus ibi stoliditatis, quàm soliditatis esse. Inter alia enim docere nititur sparsim in lib. 9 Hermathenæ: in lib. 16. Hieroglyph. in Vertumno: in lib. 5. Gallicorum lib. 4. Francorum: lib. 7. Hispanicorum, linguam Belgicam, vel Germanicam & Hebræa & quavis aliâ esse vetustiorem. Quibus rationibus? *probabilibus*, ut ipsemet fateretur, in præf. lib. 5. originAntvverp. Quarum aliquæ risum, vix oppositionem merentur, ut ait Lipsius Ep. 44. Cent. 3. ad Belgas. Et Jos. Scaliger: Nunquã legi majores nugas, nunquam insigniorem temeritatem vidi, neque audivi; ut qui omnes linguas à suâ barbarâ deducere velit, adeò ut ipsam Hebraicam linguam posteriorẽ Cimbricâ asserat. Argumenta ejus duo sunt, alicujus fortè speciei. *Primum*: quia voces multæ sunt Hebræis, Græcis, Latinis, quæ assonant vel consonant. Respondet Lipsius citato in loco: Quid tum? Non magis hoc argumentum sit, à nobis illos, quàm nos ab ijs sumsisse. Fatendum sanè est, & ego observo, ut ratio communis hominum, sic & verba alibi esse: sive traductione & gentium mixtione, sive casu potiùs, an genio administ ante. Sed in quibusdam major convenientia, aut crebrior ut in Persica, quod miremur. Et paulò pòst: immò contrà ego certius dixerim, quædã à Latinis sumta; cum ij imperium in nost as has oras promoverent, & simul ad limites Germaniæ utriusque. Quis abnuet vinum, oleum, situs & talia ab ijs ducta, cùm nec rem ante haberem? Et pòst: Satis docui, & ante me alij, miscellas inter se linguas esse: nec firmum id telum, quo de primatu pugnẽt. Etsi pariationes, aut originationes, quas Becanus affert, quis sæpè sine indignatiunculâ aut risu legat? Vix Heraclitus, si vivat, aut Lucillianus ille Crassus.

Argumentum ejus alterum lib. 2. Hermathenæ: Antiquissima quæ simplicissima. Talis est nostra lingua. Ergò & priùs. Quod simplicissima, ex eo patet: quia tota ferè monosyllaba. Et verum est examinanti. Sunt iterum verba Lipsij. Quid tum autem? antiquissima? Negatur. Si in rerum natura & genitura manes, fateor, simplicia præire: non idem in sermone, si cum altero comparetur. Neq; enim iste talis & talis à natura est, sed ab instituto, arte, casu. Et tamen positioni si annuam, nec sic obtinebit. Nam *SIMENSES* ecce pleraque voces hodie unisyllabas habent, easque variæ significationis (ita ex ijs locis scribunt) nec nisi accentu aut tono in pronunciando discernendas.

Hæc ille.

Major itaq; *syllogismi* hujus alterius vacillat. Non quidquid simplicius, etiam prius. Licèt hæc etiam natura atque universitas inspiciatur: nedum sermo. Certè anima nostra ita simplex est, *ut nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, aut duplex* in se habeat: ánne verò propterea hoc universo prior, vel tantùm suo corpore, si prima origo repetatur? Atomi sunt omnium minima & simplicissima corpuscula: ideóne verò priores toto aliquo corpore & ante hunc mundum? Nemo affirmabit: nisi Leucippi &

---*Epicuri de grege porci.*

Lacones omnium maximè brevitati sermonis studuerunt, inde proverbio notati. Sæpius prolixæ orationi unâ vocula SI, aut simili respondebunt. Ex eo Goropius argumentetur: quia simplicissimè locuti fuerint, etiam primam & antiquissimam esse oportere prosapiam: ejusque sermonem primum. Partium enim & totius par ratio.

Sed ad *Minorem*. Neque hæc πᾶν ὄνος est. Igitur rectè addit Lipsius. *Fere*. Examinet aliquis & quidem primigenia, utique videbit. Quia ubiq; obvia, cur hic addam? In plerisq; autem efficit pronunciatio nimiùm velox & mutila; ut unius syllabæ esse videantur: cùm reapse non ita sint. Vocales ubiq; sunt: inde syllabæ. Vbiq; efferuntur: alibi liquidò: alibi velut præmorsæ, ut fic dicam, præsertim à vulgo. Fieri enim nequit, ut in fine duæ pluréfve Mutæ, sine vocalibus proferantur. Esset contra naturam & potestatem istis propriam: quæ in eo est, ut per se mutæ sint, & alii consonent. At plurima tamen sunt unius syllabæ! Nego. Sed id est huic commune cum omnibus aliis. Fitq; ideò, quod illi, qui invenere & usi sunt, tanquam compendii & brevitatis per naturam studiosi, multa ab initio decurtârunt & corruperunt: uti etiamnunc in usu est. Sicuti de majori quodam silice pars aliqua detenitur, quæ eidem officio, cui antè totus, ad ignem excudendum, adhibetur: Ita et longiori aliquâ voce brevior facta & contracta est, ejusdem cum illâ significatûs, quæ sanè posterior est, ut pars toto silice. Vnum & ultimum ἐκ θείας: *Ea vocabula* (inquit Becanus lib. 2. Hermath.)

math.) *optima sunt, quæ rerum significandarum naturam, quàm optimè imitantur.* Assero jam contra illum: *Longa potiùs, quàm breviuscula id præstant—. Igitur hu potiora sunt.* Quia inter signum & signatum—quo major analogia; eo melior. Jam utra proportio, eáne, quæ inter *syllabam unam & rem*: an illa, quæ inter *plures syllabas, & rem eandem*; major sit, unusquisque, nisi Hypsea cæcior, videt. Plures enim ut lineæ clariùs imaginẽ aliquam exprimunt: Ita plures Literæ & Syllabæ rectiùs ipsam rem significãt, quàm una syllaba: quâ idioma Germanorum magnam partem continetur. Ita vox, *Jehovah*, significantior est, Germ. Gott. Quia eum significat, qui & *est, & fuit & erit*, i. e. infinitum atq; æternum. Quantum denotet συντελίχεια præ formâ, acutissimè explicavit J. Cæsar Scaliger Exer. 307. s. 12. & 39. Ita commodiùs τὸ Balare—, quàm βῆ apud Suidam, voci ovium convenit. Melius signat Græcorum ἐπιχείρησις, quàm Latinorum capere, aut Germanorum. Quia & modum per ἐπί, & organon i. manum indicat. Sed quid opus lucernâ Diogenis, ubi sol meridianus? In viam & lineam redeo, modumque, quo fiat Originatio è VOCE aliâ, per certa themata delineo.

1. Vocem Latinam voco, quæ Romanorum literis pingitur, habet eorundem terminationem, cõparationem, declinationem, conjugationem, genus, numerum, syntaxin, pronunciationem, & similes affectiones, quæ conjunctim sumtæ linguam aliquam constituunt; licèt quoad originem vel Hebræa vel Græca, vel alia sit.

2. Assentitur Cicero 3. de finib. Ea verba, quibus, instituto veterum, utimur pro Latinis; quoniam usu recepta sunt, nostra ducamq, ut Philosophia, Rhetorica, Dialectica.

3. Istius Etymologia, quæ fit per priora & notiora, elicitur variè interdum à variis. Sicut enim λόγοι συνημμένοι multi sunt: Ita Etymologiæ.

4. Interim ea melior, quæ propiùs rem attingit: sicuti signum illud, quod aptè & facilè, rem vel ignaris ostendit; alteri anteferetur, quod difficulter & remotè.

5. Nec tamen omnium

quæratur Etymologia, ut à Stoicis factum: sanè perperam & frustrà. Vt in rebus naturalibus nullum infinitum: Ita nec in vocibus. Divertendum est enim ad unum, quod sit radix & principium, in quo conquiescas; quod aliorum causa sit, ipsius nulla sit causa.

6. Itaque primigeniorum, quæ sunt Græci idiomatis, aut verè solius Hebræi causas cognoscere necesse nō est, nec etiam fieri potest: sed συνήθεια & arbitrium inventoris, ut primi, ita sapientissimi, pro causâ habere satis sit.

7. In Etymologia cùm *materia*, i.e. literæ & sonus: tùm *forma*, id est significatio vocis attendatur: ista tamen magis, quàm illa: quia magis præstat.

8. Interdum & *materia* & *forma* integra manſit. *Materia*, i. e. literæ ut enunciantur. Vt גֵּבֶר, Piger fuit. Cytisus, κύτισος. Discus, δίσκος. Concha, κόγχη. Cothurnus, κόθορνος, Smegma, σμῆγμα: à σμήχω. σμάω. Scomma, σκῶμμα, à σκώπτω. Interdum utriusq; mutatio, nunc major, nunc minor accidit. Quid ante omnia confusionis Babylonicæ admonemur & nostræ labis.

9. Vbi significatio dispar; *materia* autem vocis vel leviter immutata; ibi unum pro altero positum esse conjicimus: idque consuetudine antiquorum & præcipuè vulgi, penes

quod sæpè arbitrium est & vis & norma loquendi.

Vt κάπρος, Caper. *Primi* (inquit J.C. Scalig. c.110. L.L.) *qui sermonem invenêre, agresti animo mortales, ut quæque sese dabant, ita excepêre.*

10. E *formâ* adhuc vel totâ integrâ, vel modicè alienatâ: quamvis *materiâ* nunc magis, nunc minùs corruptâ, sed tamen non penitus sublatâ, fit indicium de origine ex hac vel illâ linguâ. Vt ἄντρον, antrum. Tubal Cain Vulcanus.

11. Ista corruptio è Varrone nota est lib. 4. de Lat. Ling. *Non omnis impositio verborum extat, quòd vetustas quædam delevit: nec quæ extat sine mendo omnis imposita: nec quæ rectè imposita, cuncta manet. Multa enim verba literis commutatis sunt interpolata. Et pòst: Vetustas non pauca depravat, multa tollit. Quem puerum vidisti formosum, nunc vides deformem in senectâ.*

12. Nempe vetustatem facit causam depravationis istius, cùm poëtâ: *damnosa quid non imminuit dies?*

Et:

Tempus edax rerum, tuq; invidiosa vetustas
Omnia destruitis - - - -

13. Non potiùs ad ipsos homines referimus, qui justitiâ divinâ, quæ ad structuram turris Babylonicæ primùm apparuit; etiamnunc proni ad corruptionem, præcipuè vulgus iners. Cui addè defectum tùm aliorum adminiculorum, tùm inprimis typographiæ, cujus ope, per DEI gratiam, plurima jam ab Eruditis restituta & emendata contra nævos & vitia popularia asservantur.

14. Cùm vox sit *signum rei & conceptus*: ubique cum re analogiam & similitudinem aliquam, sive major ea sit, sive minor; habeat necesse est. Oportet enim signum æquari rei, cujus signum est: ait J. C. Scaliger cap. 93. L. L.

15. Inde omnia fiant etyma, appositis semper causis, sine quibus tam stultè credimus, quàm arroganter profitemur. Id est, citetur vel *efficiens*, sericum à σήρ. Vel *materia*, homo ab humo. Vel *forma*, tridens à tribus cuspidibus, quasi quibusdam dentibus. Vel *finis*, focus à foveo. Vel *effectus*, pluo à ὄμβρος. Vel *objectum*, Flora à floribus. Vel *subjectum* ἀνθρώπους à terra. Vel *proprium*, ales ab ala Vel *accidens commune & qualecunque*: ut σκιάρος, sciurus, à σκιὰ & οὐρά: quia sub cauda, tanquā umbra & tegimento latet. Vel petatur etymon à *contrariis*: hinc ἀντιφράσεις, ut συμφορά, à συμφέρω Vel *à parte ad totum* fiat denominatio: ut πέκος, pecus.

16. Nec mirum ulli aut absurdum videri debet, inprimis cui constitutio linguarum, & vulgo & sapientibus debita innotuit: quod sæpè levis solùm ratiuncula in deductione allegetur. Non idem vides in aliis disciplinis? Et ne longè abeas, paulisper conjice oculos in sacraria illa prisca.

17. Ibi אַפְרִיר i. e. accipiter, fit à Radice אָפַר i. e. ubi. Cur? quia ubique locorum volat & circumspicit. Elul, mensis sextus apud Judæos, dicitur, quòd demessis tum frugibus, nihil in arvis appareat.

Talpa, à fodiendo terram. Formica à præcisione aut prærnorsu granulorum. Sinai, à rubis & spinarum frequētia. Juncus, quia in margine aut finibus fluviorum & stagnorum crescat.

18. Talia apud Græcos etiam, sanè plurima habes. Et quidnî aliquot Romanis quoq; indulgeantur? Cùm & Græcis & Hebraicis gaudeant principiis.

19. *Analogia*, quæ est æqualitas quædam, secundum quam similia ducimus à similibus: vel quando ad faciem unius probam alia exiguntur; Originationi sæpè manum porrigit. Vt stragulum à stratum: sicut tegula à tectum, tego. Rostrum à rodo rosum: ut rastrum à rado rastrum. Comissor, ut patrisso.

20. Cautè distingui oportet *literas essentiales à communibus & accidentariis*: & præcipuè caudam .i. terminationem vocis ultimam, cuique linguæ propriam, à principio; ne id quod appendicis loco hæret, pars compositionis esse putetur. Sic in *Cantare*, C. A. N. T. sunt στοιχεῖα κύριοι. A. R. E. communia sunt cum aliis, ut AmARE, parARE. Ita in *Pater* PAT sunt essentialia: ER, RIS, RI, sunt aliena, ut matER, matRIS, matRI.

21. Quæ si diligenter animadvertas, facilior erit originatio: ut PAT ab אָב Ito in *Culex, oratio, calceamentum, nutrix*; L E X, TIO, MENTVM, TRIX sunt terminationes Latio familiares, & alibi obviæ: ut in *pulex, aratio, excrementum, meritrix.*

22. Interdum verò postrema quoq; elementa peculiariter aliquid signāt: quod ὑποχὴ ex *convenientia cum re, ex longitudine vel extentione, ex analogia & cum alijs comparatione* statim patescit. Vt sordes, condo, ædifico, meditullium.

23. In transmutatione vocum ex lingua Hebræa & Græca in Latinam sæpè vertitur masculinum in fœmininum; neutrum in masculinum, & contrà: ut margarita, mecreta.

24. Casus rectus aliquando ab obliquis flectitur: & viceversa: ut canis. J.C. Scaliger. c. 26 L.L.

25. Interdum nomina à nominibus: interdum verba à verbis: interdum nomina à verbis: interdum verba à nominibus proficiscuntur: ut scapha à σκάπτω. νοέω à νόος.

26. Aspiratio Græcorum apud Latinos cūprimis in S migrat: ut ὑπὲρ super. Interdum abjicitur omninò: interdum præter necessitatem adjicitur. Qua de re Agellius & Quinctilianus.

27. Ille sic lib. 2. c. 3. H Literam inserebant veteres nostri plerisque vocibus verborū firmandi roborandiq; ut sonus eorū esset, vividior vegetiorque. Atq; id videntur facile studio & exemplo linguæ Atticæ. Sic lachrymas, sic sepulchrum, sic vehemens, &c. dixerunt. In his enim verbis omnibus literæ seu spiritus istius nulla ratio visa est, nisi ut firmitas & vigor vocis quasi quibusdam nervis additis intenderetur.

28. Hic ita lib. 1. Instit: Rarissimum usum apud veteres fuisse ejus, ut qui ircus, oedus, citra flatum dixerint: demum seculis aliquot observatum, ut consonans omninò non aspiraretur: unde adhuc suo seculo duret Graccus, triumpus. Sed mox irrepsisse immodicum ejus usum, ut & Chorona & Chenturio diceretur.

29. Breviter: Servanda est aspiratio, si *origo*, si *rei significatio*, si *euphonia* jusserit. Vt hippus, lurcho, triumphus. Calpurnius, καλπάζειν: à Calpa Numæ filio, teste Plutarcho & Manutio.

30. Literæ aliquando, præsertim in compositione vertuntur in sequentes primariæ vocis, præcipuè initiales: ut supprimo, nō subprimo: Succurro non subcurro: aspiro, non aspiro: vel adspiro. Ioque ob pronunciationem, quæ S geminat. Neque enim a-spiro dicis. Aliquando eædem integræ manent, ut admiror, non ammiror: obnixè, non onnixè: abnuo, ut sit discrimen inter Annuo.

31. Literæ sæpè transponuntur per μετάθεσιν, ut עִתֵּר unde ἐρωτάω: μορφὴ formaמְצַר i. e. abbreviavit, inde nostrum Kurtz. Sæpe adduntur per αὔξησιν, ut navita. Sæpe omittuntur per ἔλλειψιν: & quidem in principio, in medio, in fine. Idq; pro ratione vocis vel longæ vel brevis, ut ignarus, non ingnarus, aut iggnarus.

32. Non modò literæ Hebrææ & Græcæ in Latinas ejusdem potestatis cum illis

vertuntur, ut א - α in A, κάλαθος, calathus: Scheva vel huic sim: vocalis, & ε & in E, ἐγὼ ego: ל λ in L, ut מֶטְרוֹל, μέτρον, metallum: αι in ae, αἰὼν, ævum, εἰ in E longum ut βραβεῖον, brabeon: vel in Ei secundum aliquos, ut andreia, ἀνδρεία, brabeion: item in I longum, ut Thalia: ni E sit omissum. η in I cœmiterium vulgo κοιμητήριον rectè cœmeterium. De cæteris idem judicium.

33. Verùm etiam aliæ omnes creberrimè permutantur invicem, præsertim ubi major quædam *cognatio*, quæ ex *potestate* facilè deprehenditur. Inde extitit ἀντιστοιχον. Vt σήψ, σηπὸς. Fama Phama. Scilla, squilla. σκίμμα Congrus & conger, γόγγρος. Sic Itali Rafano, Raphanus. Sic Frischlinus, Melissus, alij triumfus, limfa. Ita Cygnus, κύκνος: Deus, θεὸς: quotidie, cotidie: quia Q è C componitur. Reliqua in posterum. Nam si omnia huc conscriberem ceu in tabella: obscurus fierem, & bis facerem, quod semel sufficeret.

34. Consule tamen priùs, si vacat J. C. Scal. lib. 1. L. L. in quo pleræque tam vocalium, quàm consonantium μεταβολαὶ habentur: sed quoad Græcas modò origines. *Satis enim nobis sit* (inquit cap. 69.) *scire multa à Græcis deducta esse, in quorum principiis sam fuerit hominis acquiescere.*

35. Rectè quidem: ubi aliud principium vel nullū, vel obscurius, vel ineptius. Alioquin, si fieri potest, à Græcis transeundum ad Hebræos. Ibi quies: ibi principium, quo nihil priùs, nihil verius, adde nihil sanctius.

36. ἀντιστοιχα verò seu commutationes literarum Hebr: in Græcas & Latinas diversæ potestatis, vel è sequentibus, ut dixi, vel è Lexicis & Grammaticis hauriantur, ac inter alia studiosè *vocales*, quas *puncta* vocant, cum *Radicalibus* trutinentur.

37. Cæterum omnes tàm figuræ, quàm mutationes hucusq; memoratę eveniunt. 1. εὐφωνίας gratiâ, cui inprimis studendum: ut meridies, non medidies. 2. differentiæ causâ, ut lupus, λύκος: quò distinguatur à luco. 3. compendij gratiâ, ut fino, fivi, finivi olim. Nutrix, nutritrix à nutritum. Ita citiùs quoad scriptionem F quam PH absolvitur. 4. ob consuetudinem, quæ licet interdum prava, quoniam semel insedit, tanquam altera natura, legis vim alicubi obtinere solet. Tantum de modo: quantum in præsentia opus. Nunc ad rem cum BONO DEO: si priùs Corollarij loco utilissimam Aristotelis admonitionem subjecero, quòd non ubique, nec in omnibus pariter disciplinis, certè non in Philologia, par ἀκρίβεια & subtilitas cum alijs parari debeat, aut saltim possit. Habetur ea lib. 1. Eth. Nic. cap. 3. atq; ita habet: τὸ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς δημιουργουμένοις: addo, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς κατὰ φιλολογίαν.

A

AB per apocopen, ἀπὸ: quod & patet in OB. Neque enim necesse habeas dicere OBS: sed per apocopen ὀπως. Namque ὀπη fuit simplex: ὀπως compositum, ait J. C. Scaliger cap. 34. de c. L. L.

Ἀπὸ autem fit ab A, quod στερητικὸν, & vim habet auferendi. Vnde etiam Latinorum A, aliàs præpositio.

AC non est ab A: sed decurtatum ex ATQVE Itaq; producitur: & idem significat. Servius Maurus Honoratus putat AC, idem esse quod AM, ἀμφὶ: ex illo Maronis; *Accisis coget dapibus* - - i. e. undique consumtis, aut undique cæsis. Et hoc, Ansancti valles, id est undique sancti. Sed alucinatur. Τὸ ἀμφὶ, AM nusquam migrat in C, ut ita illud, Ansancti valles, fit παρὰ μίλος.

Formatur enim *Accido*, ex *AD* & *cædo*: ut accedo, accio, accedo, accuso. Et infert πλὴν ἐξαιτοῦμαι: quod etiam in illo Virgiliano videre est.

AC igitur idem, quod *atque*: nisi probetur contrarium.

Abarca & *abazca* potiùs, ἀβάζια: festa à Dionysio instituta, cumque silentio peracta, sine strepitu. ἄβαζος est silens: à βάζω, & per iterationem, βαβάζω, id est, loquor, blatero. βάζω à בָּטָה i. blateravit.

Abel, ab אבל, lamentatus est, doluit. Aut rectius *Habel*: quia ita in Hebraicis. Causa est, quòd minoris ab Hevâ factus sit, præ Caino πρωτογόνῳ. הֶבֶל; in Regim. הַבֶל est vanitas, vilitas. A Rad. הָבַל, viluit, vanus fuit.

Abrotonum. Interpres Nicandri scripsit, dici, quòd conspectu tenerum, molle, ac delicatum sit. ἀβρότονον: ἁβρὸν est molle: & sic scribendum ἀβρότονον. Aut potiùs, à gravi illo odore, quem halat, ἄβροτον: ab α & βάζω: ut sit quasi ἄβαζος.

Absis: immò *Apsis*. Ita enim profers, non molliusculè. Vt Græcorum ἁψὶς, i. e. arcus, curvatura rotæ: ab ἅπτω: quod ab Heb. אָפַר i. e. aptavit.

Absinthium. Si ψεύδεσθαι & Græcos presse sequaris *apsinthium*: ἀψίνθιον, quasi ἀπότιον, h. e. impotabile, à πίνω. Est planta maximæ amaritiei, nec ideo gratâ animalibus. Hinc Lucretius: Sed veluti pueris absinthia tetra medentes. Item Ovidius: *Tristia* deformes pariunt absinthia campi.

Abyssus; ἄβυσσος. Ab α & βυσσὸς, quod Jonicum pro βυθὸς, h. e. fundus, pars ima. ut *Abyssus* sit ἄβυθος, i. e. vorago profunda, ubi fundum non contingas. Ita descripsit Mantuanus - - abyssum intrare profundam. βυθὸς, ut & βάθος ab Hebræo fluere, tam liquidum est, ut vix neget aliquis, nisi fortè impos animi. A פַּחַת, fovea aperta, fossa putida: item בָּאֵר est vastitas profunda; τὸ βάθος.

Academia, ab ἄκος & δῆμος: quasi medela publica, sive populi. Aliis ab *Echedemo*, unde quoque ἐχεδημία dicta, ab ἔχω: post ἐκαδήμεια & ἀκαδήμια. Dicimus, ἀκαδημία, & ἀκαδήμεια: quorũ hoc apud Stephanum; ut lib. 2. de Re Met. notavit Micyllus, qui etiam, pro diversitate scriptionis corripi & produci posse ait penultimam. Ciceronem vero produxisse scribunt. Contrà Mantuanus: Sanctaq; nobiscum longos academia soles Claudit - - Nec abs re quis colligat: quia academia à δῆμος, dicendum ἀκαδημία, ut εὐδημία, παιδημία: scilicet lege τῆς ἀκαλογίας. Ad Ciceronem quod attinet: is produxit, ut apud nos solet, philosophia, φιλοσοφία, propter accentum Græcum. Ita anatomia, ἀνατομία: & sic debebamus, historia, ἱστορία: aut unicam viam insistere, ut certitudo aliqua sit.

Achæmenes, ἀχαιμένης. Nomen primi Regis apud Persas, autore Herodoto. Ab eo Persæ nominati sunt *Achæmenii* & *Achæmenidæ*: itemq; regio *Achæmenia*. Jos. Scal. in Catull: πανοπλία quæ vocat, sunt חַמָּנִים, quæ toties Prophetæ populo Dei objiciunt, cum significant illum ἐπιτηδεύμασιν populũ ritus Persicos didicisse. Quod enim *Chammanim* ista sint, docet idem Strabo: Ταῦτα δὲ ἐν τοῖς Ἀναΐτιδος καὶ Ὁμανοῦ ἱεροῖς νενομίσται. Ὁμανὸς enim est חָמָן. Qui Prophetarum linguas didicerunt, mihi assentientur. Herodotus illos ignes, de quibus hîc loquitur πυραία vocat, καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις constitui solita ait. Propterea convicium cœlitus in illum populum, *sacrificare in excelsis*. Quæ ipsi *Bamoth* vocant, h. e. τὰ ὑψηλὰ, quæ vox Hebræa est. At חַמָּנִים Perfica. Licet Rabbini eam à sole derivent. Quæ vox tunc esset Hebraïca. Ab eo *Achæmenii* dicti sunt. Nam addita *aleph* in capite, plane facies *Achaman*. Sed ne fortasse putes, hæc me somniasse, audi interpretem Statij veterẽ in 1. Theb. Nunc (inquit) *Achæmenii* dicuntur, ubi Apollinem solem dicunt, cujus & sacrorum ritus invenisse dicuntur. Hæc Scalig. חַמָּן i. e. solarium, item simulacrum *Hammonis* seu Jovis extructum in excelso loco, calorem solis excipiente. Item templum Hammonis, quod alij *Heliocaminum* vocant. Habet quippe cognationem cum חַמָּה i. e. caluit, æstuavit, unde חַמָּה i. sol, Apollo. Sunt qui dicunt lingua Ægyptiaca *Ammonem* Jovem vocari. Ab Hebræo itaque est *Hammon* aut *Ammon* & *Achæmenes*. *Ammoniacum* est gummi: quia in arenosa Libya ad templum JOVIS Hammonis inveniatur.

Achilles. Nazianzeno ab α & χεῖλος: quod medullâ cervorum altus sit & educatus à Chirone. Alijs à χείλων, quasi sine labio: & hi respiciunt fabulam Argonaut: 4. ab Apollonio descriptam. Alijs ab ἄχος λαῶν. Idq;

Idque ob medicinam, quam à Chirone didicit. Ἀχιλλεὺς: itaque etiam *Achilleus* legitur, cujus obliquum secundum posuit Horatius: Heu pervicacis ad pedes *Achillei*. Ab Achille, tanquam inventore, discipulo Chironis, nominata est herba, *Achillea*. Cæterùm ab ἄχος est etiam *Acheron* & ἦεν: quòd fluat luctuosis undis. Platoni in Phœd. ab α & χαίρειν: quòd sit illætabilis unda. Prius tamen melius.

Achores, sunt manantia capitis ulcera, à diversis humoribus orta: quæ nomen inde traxisse Galenus prodidit, quòd non amplum locũ occupent, sed angustis spatijs includantur, tenuemque humorem contineant: ἀπὸ τοῦ χάρης.

Aeribes, ἀκριβὲς. J.C. Scal. in The. de plant. quòd tam subtiliter perpensum est, ut vix egeat ampliatione, ἀπὸ κρίσεως. Itaq; Latini dicunt *exactum*. Quod non est amplius repetendum. Idem lib. 3. Poët. c. 33. Est ἀκριβὲς, τὸ ἐπὶ τὸ ἄκρον βαῖνον. *Exactum* Latini dicunt, i. e. *absolutum*. Sicuti Terent. *defunctũ*, quod operâ nostrâ non amplius eget: sed est ei suprema manus imposita. Ἀκρίβεια est *acrimonia*: sicut & *acre* τῷ ἄκρῳ respondet. Ab Heb. חָרַר i. e. acris fuit, acutus est. Item *alacre* fortè quasi *adacre*, i. e. quod viget sensibus universis (ut inquit Asconius) erectum & sublime. Glossarium, *alacer*, γενναῖος, δυνατὸς, εὐθυμος.

Alacris, ἀδάκρυς Jos. Scaligero. *Acrostichis* dicitur, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, ait Cic. 2. de div. Ab ἄκρον. Ex quo pendet etiam *Ocris*, ὄκρις, ἄκρις, i. e. cacumen, summitas montis. Crèticè ὄθρυς idem signat. *Ocrea* est calceamentum militare, & quidem aliquantò longius, ex eodem: ut Festo placet, quòd inæqualiter tuberata esset. ὀκρώδης est longas prominentias habens: qualis *ocrea*, quæ præcalceo, ad superiora membra extenditur.

Acus, *aceris*, differt ab *acus*, *acu*. *Illud* à J. C. Scalig. cap. 26. L. L. ducitur ab ἄχυρον, i. e. arista excussa, palea, acus. Et alibi: ἄχυρον, aristæ & glumi, qui sunt in spicâ frumenti condito iâ. Inde apud Nonium *panis aceroſus*, i. e.

i. e. è farro minus purgato. ἄχυρον non iniquè duxeris ab עָכַר: quia variè excutiendum dispellitur.

Acerbus ab asperitate *acerum*: ut *acervus*, *acerum* congeries. Valla lib. 4. Ele. cap. 49. *acervus* (inquit) minutarum propriè rerum congeries est, ut frumenti, & leguminis, ut salis. *Hoc* i. *acus*, *acicula* est ab ἀκὶς, ἀκὴ, i. e. cuspis, acies ferri. Ex quo fœcunda suboles: ut *aculeus*, *acies*, ἀκωκὴ: κατὰ μεταφορὰν pro cohorte militari: idque ob figuram pyramidalem seu acuminatam. Item *aceo*, *aceſco*, *acido*. *Dulcacidum* in Glos. sar. ὀξυγλυκὸν. *Cos*, quasi *acos*: ab acuendi officio: ἀκόη enim verbum peperit Latinũ ab ἀκὴ: Scal. Ex 108. *Acumen*, *acutum*. Idem Scalig in Theo de plant. *acutum*, ὀξὺ Græcis: hoc sonat Latinis vox: ut apud Jctos & agricultorũ œconomicos libros vinum *acuere*, quod alibi acescere, & ὀξὺ acetũ. Barbari tamen nostri hoc Ponticum dicunt. *Acer* autem acutum. Idem in eodem: *Acerbum* nos communib. cum acido, acuto, acri, vocis rationibus. *Acus* enim sutorium instrumẽtum movet admodũ sensum.

Græcum integrum vocabulũ ἀκὶς. *Acetum* quoque non aliunde. Est enim sapor valdè penitrabilis & acutus. Idque imitatione Græcorum, quibus ὄξος acetum: ὀξὶς acetabulum: ὀξίζω aceo: ab ὀξὺς. Apud Varron: *aceta* in plurali. *Acetarium*: antiqui frugalitatis studiosi, olera hortẽsia *acetaria* dixerunt, ὀξύβαφα: quia cum aceto edebant.

Acetum quandoq; pro acumine & prudentiâ capitur. Plaut. Pœ. 2. 2. s. 4. Ecquid habet is homo *aceti* in pectore? Persius dicit aurem Stoici acri *aceto* lotam: quòd ejus auris exercita in dialecticis conclusionibus statim perciperet fallacias, & mens polleret acumine. *Acinus* ab acie, ut & *acinaces* ἀκινάκης: Latinis *Harpe*, ensis falcatus, item gladius persicus vocatur. *Aconitum*, veneni genus celebratissimũ ab ἀκόη: quia in cautibus oriatur. Ovid. 8. Met: *Quæ quia nascuntur dura vivaria cautes*

Agrestes aconita *vocant*. . . . Plin. lib. 27. c. 3. nascitur in nudis cautibus, quas *aconas* vocant. Et ideò *aconitum* aliqui dixêre, nullo juxtà, ne pulverem quidem nutriente. κόνις enim pulvis est:

Alijs

Alijs *aconitum* est ab ἄκων seu ἄκη: i. e jaculum quanquam & hoc ab ἀκή: propterea quòd olim barbari sua tela illinebant veneno. Similiter enim *toxicum* explicatur. Etsi enim Plinius lib. 16. c. 10. quasi *taxicum* à *taxo* arbore venenatâ, quæ & proverbium peperit, deducit: tamen rectius J. C. Scalig. παρὰ τὸ τόξον i. arcus, telum. Ejus enim succo tela tingebant barbari. Quod hodie quoq; faciunt Alpini latrones, & Pyrenæi. Virg. 9. Æn.

- - - *quo non felicitèr alter*
Ungere tela manu ferrumq; armare veneno.

Lucanus:

- - - *Tinxêre sagittas*
Errantes Scythiæ populi - -

Dioscorides lib. 6. cap. 20. & Paulus Æginet: lib. 5. τὸ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὀνομάζεσθαι, ἐπεὶ δὲ τὰ τραύματα ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐν αὐτοῖς χρίεσθαι. Τόξον ab Heb. קֶשֶׁת si paululum elementa trajicias. i. e. arcus. Aliâs quoque animal est ejus nominis: *Taxo*, *Taxus* ab Heb. תֶּחָשׁ Germ. Tachs. De *veneno* J. C. Scalig mallem ego (inquit) si Græcis receptum esset, βελεῖον vocabulum (scribunt enim ἐλέν-

av, quod sanè tantùm abest venenum ut sit, ut illi potiùs resistat) nostrum Latinũ inde deducere, quàm quod *venas* petat, dictum putare. βέλος autem telum est.

Adeps, è Græcis nunquam eruetur hæc vox, quantum intelligo. Facilè ex Hebræo טָחַשׁ i. adipatus fuit, crasso fuit adipe aut pinguedine.

Adytum à δύω i. e. locus inaccessus. Lucretius adytum cordis.

Adiantum nominatur, quòd foliũ istius herbæ aquâ perfusum non madefiat, sicco semper simile. διαίνω est irrigo, humecto. διερὸς, humidum.

Adulor. Valla lib. 5 El. cap. 66. *adulari* est inservire & captare, ut favorem emereamur, quoquo modo, vel voce, vel gestu: etiq; tractum ἀπὸ δούλου, quod est servus. Et sanè adulari servile est, servisq; proprium. Meritò igitur media producit. Lucret. lib. 5. Ovid. 14. Met. Nostraque adulantes comitant vestigia. Alijs quasi *adaulari* ab aula. Sed prius verius. Eodem sensu capitur *assentari*. *Assentator* qui assentit ubiq;, & consentit omnibus. Gnatho Terentianus Eun. act. 2. sc. 2. Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoq;: negat quis? nego. ait? ajo. Postremò imperavi egomet mihi omnia *assentari*. Alij ita volunt: *assentari* duplex est: unum à *sensu* dictum, quod Græcis est κολακεύειν. Alterum à *semita*, quasi *assemitari*, vel *assemtari*, dixeris, Græcis συναπάγεσθαι.

Aer, ἀὴρ: quoniam ἀεὶ ῥεῖ, i.e. in perpetuo motu est. Seu ab ἄω. ἄημι, i. e. spiro. Cicero alludit 3. de nat. De. Principio terra sita in mediâ parte mundi, circumfusa undiq; est hac animabili spirabiliq; natura, cui nomen est Aër. *Arduum*, i. e. celsum, ab aëre. Item *ardea*. Et ab hujus volatu vagabundo, *Ardelio*, i. e. ἀλλοδαπολάτης. J. C. Scaliger Ex. 233. Ardearum duo faciunt genera venatores. *Aeronum* Italus utrunque vocat, quasi *aërium*, à volatu arduo. Vnde nomen Latinum Græcâ origine, ἀέρια δύεν. Virg. 1. Georg. exprimit:

- - *Supra altam volat* ardea *nubem.*

Qui scribit *aërius*, *ætherius* originem spectat, ἀέριος, αἰθέριος: qui *aëreus*, *æthereus*, is sequitur analogiam Latinã, *igneus*, *flammeus*, *melleus*, &c. licet originis sint Græcæ. Igitur utrunq; ἀναμάρτητον.

Ædes, Servio ab *edendo*. Varroni lib. 4. ab *aditu*. Festo ab *edito*: alijs, quòd inibi ævum agatur. Alijs alia placent: ad quæ aliquis nauseet, & cum Poëta secum musitet:

- - *hic nigræ succus loliginis, hæc est*
Ærugo mera - - -

Ipse etiam amplio, usq; dum melius detur: interim hoc pono, loco παραφθορᾶς.

Ædes, ab ἀΐδης, quod primo suo significatu domum opacam exprimit, ab α & ἰδεῖν. Omnis enim domus, si ad campestria, ad prata, aliaq; patentia conferas, opaca est, fine luce: utpote quâ defendit nimiam. Sed & primâ mortalium ætate ædes fuerunt antra, spelæa, in silvis latibula, è frondibus & gramine congesta: ut ita cõjectura nostra aliquo loco habeatur. Post ἀΐδης est orcus: quia putabatur locus subterraneus vel antrum ingens sine sole & lumine. Alius conjecit ædes fieri ab ἔδω. mutatâ quantitate. Nec significatus abludit. Sedes

non rarò est domus. Cic: pro Cluent: Sceleratorum sedes atque regio. Tibull: Est visus nostrâ ponere sede pedem. Ab ædes fit *ædituus* i. e. ædem servans, Carisius: non *æditus*: ut Agellius l. 12 c. 10. docet: æditimus verbum Latinum est & vetus, eâ formâ dictum, quâ *finitimus* & *legitimus*: sed pro eo à pleri sque nunc æditimus dicitur novâ & commentitiâ usurpatione, quasi à *tuendis ædibus*.

Aegis, αἰγὶς: clypeus aut scutum Palladis. Horatius, Contra sonantem Palladis ægida. Et Lucanus, Palladi â stimulet turbatos ægide currus. Proprie illud, quod è pelle caprinâ, sicut *galea*, quod è felina. αἴξ est capra, ab Heb. עֵז quod idem.

Ægrum quibusdam ab ἀῖ ἀῖ, voce doloris. J. C Scal in Theoph. de pl: περὶ ἀργὸν activâ & passivâ significatione capitur. De agro inculto, ut diximus in historijs, passivè in quo nullum fit opus. γαῖρες δρεπάνῃ. Privat hîc actionem Est enim ἀεργὸς Vnde nomen *æger*. Malim tamen cum P. Festo derivare ab ἀντιγερῶ i. e. contristans, mœstum, extrito N: ab ἀντία, quod ab ἰῶ quod tamen non in usu, i. e sano, ἰάσιμος, unde & *Jason* item ἴασ: præfixoque à cum N. Nisi arrideat potius alicui Heb: יָנָה i. e. afflixit, contristavit. Cicero: *ægritudo* est in animo, tanquam *ægrotatio* in corpore.

Ægyptus. Jos. Scal in Festum: Hîc (inquit) Æthiopas accipiendum pro nigris hominibus, non tantùm pro natione. Nam Ægyptium vocabant, nigrum seu fuscum Glossarium *Ægyptium*, φαιὸν. In quo secuti sunt Græcos, qui αἰγύπλιον μέλαν vocabant, ut & ἐγυπλιῶσας, μελανῶσας Unde Plautus colorem fuscum dixit *vulturinum*. Nam αἰγυπιὸς vultur Græci cum scirent ab ipsis Ægyptiis. Nilum שִׁיחוֹר (à rad: שָׁחַר i. e. obscurus, fuscus fuit) vocari hoc est, μέλαν, ἰσοδυνάμῳ verbo suo Αἰγύπλιον reddiderunt Nam ἀιγυπλιῶν, ut jam monuimus, μέλας. Sic cum scirent *Edom* (à rad: אָדַם rubuit) ἐρυθρὸν Græcè reddi, ab eo τὸν θάλασσαν τὸν ἐρυθραῖον appellarunt sinum Arabicum. Quòd autem Nilum αἰγύπλιον vocârint, satis patet testimonio Homeri, qui αἰγύπλιον fluvium illum vocat.

Æneas. J. C. Scal. p. lib. 3. c. 12. Non est Homerus audiendus, qui à Venere *Æneam*, quasi αἰνὸν, tristiore auspicio scribit appellatum: Sed quòd ab omni, ut inquit ille, parte laudandus erat. Hoc enim est αἰνεῖν.

Ænigma, αἴνιγμα, ὁ αἰνιγμός. αἰνίσσομαι & αἰνίττομαι i. e. obscurè loquor, significo. Hebræis est חִידָה i. e. σκοβλημα, vel ænus: à חוּר proposuit ænigma, aut movit quæstionem. Inde, sed abstrusius, αἰνίττομαι: clarius, φάω, ὑφημι αἶνος est fabula, obscurè dictum. J. C. Scal: l. 3. poët: c. 84: Est sanè αἶνος ignota multis vox, & maximâ autorum parte præterita, ac prò laude quidem vulgatissima est: at pro eo, quod hîc statuimus, rara. Significavit igitur dictum non qualecumque, sed id tantum, quod propter obscuritatem solis sapientibus notum esset. Vnde apertius ac vulgatius vocabulum Ænigma, à verbo inde ducto, αἴνιττεσθαι vel αἰνίττειν. Iccircò αἰνὸν quoque gravè significavit. Et ajunt autem idem esse aliquando αἶνος, quod αἴνιγμα. Est ænigma, oratio obscura, rem notam, quam significat, ambagibus tegens. Agellius lib: 12. c. 6: quæ Græci *ænigmata*, hoc genus quidam ex nostris veteribus *scirpos* appellaverunt. Vbi *scrupos* legi oportere Cœl. Rhodig. lib. 12. antiq. c. 43. existimat. Siquidem ænigmata quasi injiciunt scrupulum. Jos. Scalig. mavult *sirpos*. Adjiciam verba ex conject. *Cirpare* est à sirpo, χόιρῳ, ex quo omne σκέγμα fiebat. Vnde quæstiones obscuræ *sirpi* olim Latinis, Græcis verò γρῖφοι dicebantur; quod ut *griphi* γρῖφοι erant σκέγματα ἁλιεύτικα ex sirpo; ita etiam ex sirpo nassæ piscatoriæ, quæ dicebantur *sirpiculæ*. Itaque improbè fecerunt qui apud Agellium ex *sirpis* fecerunt *scrupos*. Hæc ille. Vt verò γρῖφος & γρῖφος ex γρᾶω est sententiâ veterum Grammaticorum quia ἁλιευτικῶς ξύει τὰ ὦτα αὐτῶν; ita *sirpus* à σύρω i. e. traho; συρτὶς, συρτίς. A σύρω est *syrma* σύρμα i. e. quod trahitur. Ità *syrtis*, ὁ ἑλκυσμός. Mato; In brevia & *Syrtes*.

Æquor propriè est ubi omnia *æqua*, plana nihil eminens; aut salebrosum. Cicero 2. de Acad. quæst quod tam planum, quàm mare!

E quo & *æquor* illud Poëtæ vocant. Virg. Sterneret *æquor* aquis. Idem - - vastum maris *æquor* arandum. Lucretio, *æquor* campi, i. e. æqualitas, planities. *Æquor* speculorum, ob levitatem. *Æquor* mundi; quia ejus σῶμα σφαιροειδὲς. Jos. Scaliger: *æquor* ab *æquus*. ἴκης, Doricè αἴκης: unde *æquum*, *Iniquum*, i. e. non æquum, ἀνωμαλές. *Nequam*, à ne & æquũ, quod de isto negatur.

Ærumna. Carisius *Erumna* scribit, ab eruendo. Ennius per OE, à mœrore: Vtriq; & analogia & consensus eruditorum & verius etymon contradicit. Significant verò *ærumnæ* labores onerosos, ut ait Festus: item furcillas. Cicero 2. de fin. Majores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo, *ærumnas* etiam, ut video, nominârunt. Et 4. Tusc. *ærumna* est *ægritudo laboriosa*. Plauto *ærumnatus*, i. e. ærumnis expositus. Lucretio, *ærumnabile*. i. ærumnosum. ἄεθλα, ἄεθλημα: ἀεθλήσω: *ærumina*, & pòst *ærumna*. Sicut ἐλαμὸν aut ἠλαμὸν, *lamina* & *lamna*. Igitur malè duplici M. scribitur, ex traditione Gifanij. Nobis origo certior: nec

nulla Chirographa, quæ assonant. Quanquam & aliqua, quibus ille nititur, *lamma* habent. Sed quàm facile .n. in .m. scribendo vertitur! ἔλπτμα, ἐλασμὸς, id est, lamina, quæ ducitur. ἐλαύνω, ἐλάω, ago, incito, item ductile opus facio. Apud Hebræos est הָלַם i. conquassavit aliquid diducendo, velut in laminam, multis ictibus mallei aliquid contudit. Habetq; affinitatem cum הָלַם i. percussit laminâ.

Æstus, Servius in 11. Æn: *æstus propriè est maris incerta commotio crescentis & decrescentis*. At nihil probat. Exempla è Plauto & Virgilio testantur æstum generaliter capi, pro calore aut fervore, sive maris, sive aëris, sive alterius. Idem firmat Etymon.

Æstus enim, ut & *æstas* & Græcorum ἀΐσσω, fit ab Hebræo אִשׁ.

Item *Asia* ab eodem, אֲשֵׁרָה quasi tu dicas, *Ignis domini*, quem in Persiâ, alijsque oris sacrum coluerunt.

Herodotus in Melpom: ad uxorem Promethei transfert: ἡ δὲ Ἀσίη, ἀπὸ τῆς Προμη-

θηίης γυναικὸς τῆς ἐπωνυμίης. Verùm res eodem redit: si paulùm expendatur fabula de igniculo, quem cœlo Prometheus surripuisse traditur ab Hesiodo & alijs.

Æs, plerunque faciunt ab Heb. אֶרֶץ. Et rectè. In terrâ enim latet & inde eruitur. Effodiuntur opes, inquit ille. Antiqui primitus utebantur numis ex *ære*: inde adhuc nobis promiscuè pro monetâ quavis, *æs*, *alieno ære obstringi*, *ærarium* locus, ubi repositum fuit æs, *æruscare*, i. e. æs undiq; conficere aut colligere. J. C. Scalig. c. 31. L. L. Ab ære non fit *æneus*, ut mutetur R in N, cujus rei argumentum est, quod etiam *æsneus* dixêre. Itaq; fuit *æreneus*. *Æneatores* i. e. cornicines.

Æneolum, ex ære factum: item *ænulum*, vas ex ære parvum.

Ære diruti, i. milites, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur, Festus.

Æreficium, quod fit ex ære. Varro. Virgil. Fixerit *æripedem* cervam. Jos. Scalig. in Auson. l. 1. Dixit ex Græcorum fabulis, qui eam cervam vocât χαλκοπόδα: quia talem reverâ eam cervam fingunt fuisse Poëtæ. Perperàm igitur nonnullos Grammaticos, etiam veteres, interpretatos esse *aëripedem* ἀερσίποδα aut ἀεροπόδα. Et pòst: omnes cervos Poëtæ χαλκόποδας dicunt: neque tantùm cervos, sed omnia, quibus celeritas attribuitur. Hæc ille. Quia verò Græcis est & ἀεροπόδες, ἀερσίπους & χαλκόπους: utrumq; Latinis etiam concedi posse existimo: & *aëripes*, pòst contractè *æripes*: & *æripes* ab ære: scilicet quando de animalibus loquimur. χαλκόπους quidem ob soliditatem ungularum, & quoniam pedes aliquorum ære, ac ferro muniuntur: ut apud Ovidium: & Homer. ἵππους χαλκόπους: quem Virg. cornipedem *ferratâ calce* appellat. Quanquam & hæc ipsa vox de operibus artis industriâ factis legatur, ut in Euripide, πέπλους ψαλκόπους. Vt ita *aëripes* usu melius, videatur, quando de nimio cursu sermocinamur. Ductâ metaphorâ ab aëre, qui in continua motione. Et Poëtæ, quidquid celeriter fit, & procurrit, cum vento, aura, euro, aëre comparant.

Æther, αἰθὴρ. Arist. lib. 1.

de cœl. cap. 3. αἰθέρα καλοῦσιν τὸν ἀνωτάτω τόπον λάβοι δ' ἂν εἰκότως τοῦτο, τὸν ἀίδιον χρόνον θεῖναι τῇ ἐπωνυμίᾳ αὐτοῦ, ἀναξαγόρας δὲ καταχρήσεται τῷ ὀνόματι τούτῳ καλῶς. ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ πυρός. Nisi respiciat fontem cœlestem Hebræorum. Siquidem אָרַר est, illustris fuit, & clarus instar æteris splendidi. Nomen אֲרִיר i. e. illustris, splendidus, clarus. *Æthra*, αἰθρα: propriè est cœlum illustre, vel coruscans. Etiam interdum idem, quod aër: quomodo οὐρανὸς, cœlum, æther solet usurpari. Scilicet propter vicinitatem & similitudinem. Nam & aëra διαυγῆ φασὶ τὸν αἰθέρα. Qui ita distinguunt: *Ætherem esse elementum ipsum; æthram verò splendorem æteris: item αἰθρίαν esse propriè aëris serenitatem, vel aërem sudum*; qui inquam ita distinguunt, sive majorum, sive minorum gentium Grammatici; videant, ne ubi istâ opinionem tueri jubentur, vel ex autoribus, vel aliunde, turpiter deficiant & populo differantur. De *Urano* & *Olympo* idem Philosophus 1 de cœl. & c. 6. de mundo: quod sic interpretatur Budæus: Deus in excelso situs est,

purus ipse in puro loco. Quê locum cùm οὐρανὸν ab origine vocis dicimus, quasi terminum extimum supremorum corporum, ὄρον τῶν ἄνω: tum etiam olympum, ut usquequaq; lucidum, ab omni caligine secretum, motuq; omni incondito sunt, qui apud nos fiunt venti & tempestates. οἷον ἀλολαμπῆ. Acutius J. C. Scal. cap. 26. L.L. quod ajunt α in υ apud Græcos verti eo exemplo, ἄλυπος, quasi ὅλως λάμπων, falsi sunt. Est enim ἀπ' ἀλύων πόδας, montis nomen ob altitudinem: quem cum ascenderent, interrogati quò irent, dicebant in cœlum: unde *cœlo* communicata vox. Ab *æther* est *æternus*, quasi *ætherinus*: quia cœlum sit ἀίδιον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀγένητον, in schola Peripateticorum. *Sempiternus* quasi *sempæternus*, à *semper* & *æternus*. Igitur secundam producit, quod vult Scaliger. Discrimen: *æternitas* finem tollit: *perpetuitas* interruptionem. Illa extrema: hæc medium designat, h. e. perpetuitas est continuitas, cum non intermittitur aliquid. Qui loquuntur aliter (inquit J. C. Scaliger lib. de plant.) eos neque pro Latinis haberem, neque inj numero

Philosophorum. *Æviternus* ab ævo: plus est quàm æternus.

Æthon, αἴθων: ab αἴθω; quod ab Hebr. אוּר, to ris, adustio. Ex eadem origine fit αἴνα, *Ætna*. Ardet enim; & *atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo & candente favillâ*: ut Virgilius elegantissimè describit, Lucretio est *ignis Ætnæus*. Senecæ, Ætna *fervens*: Lucano *ardens*: Statio *ignifera*. Aristoteles: ἐν αἰτναίοις δὲ καὶ πολλαχοῦ ὑγρὸν αὐλῶνα διαθέοντες ὕδατος ἔστιν πυρὸς καὶ πυρὸς ὕδατος πηγάς. Nominat πηγὰς. Sic apud Pindarum: πυρὸς ἀγνότατον παγάν. De eodem monte.

Ævum, αἰὼν, quasi αἰὲν ὤν vel ἀεὶ ὤν: ficuti Philos. lib. 1. de cœl. docet. Et de mundo: ἐν αἰῶνι δ' ὅτε παρελήλυθεν οὐδέν, ὅτε μέλλει, ἀλλὰ μόνον ὑφέστηκεν. *Maurus*: *ævum propriæ æternitatis est*. Inde Arnobio *longævus* est immortalis, Ævum enim est longum illud, sine fine, Et per longum, οὐ κατὰ θάτερα, exprimitur tam duratio ipsa, quàm collatio cum hoc nostro sive seculo, sive vitâ, sive tempore. Omnia ista perbrevia. Horatius:

Vive memor quam sis ævi brevis - -.

Et Silius:

- - *currit mortalibus ævum*

Scilicet ævum pro tempore, aut vitâ: Vti solent Poëtæ. Similiter Herodotus, τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, finire vitam. Non propriè ut diximus. Et superaddâ Damascenus illud: ἔστιν τοῖς μὲν χρόνοις ὁ χρόνος, τὸ δὲ τοῖς ἀϊδίοις ὁ αἰών: quod ajis, quæ tempori subjecta sunt est tempus, id æternis illis est ævum. *Ævitas*, contracte *ætas*. Antiquè *Etas*, ut videatur fieri ab ἔτος, quod ab עָנָה.

Vetus ab ætatis magnitudine, quam refert, apud Agell. l. 16. c. 5. Aut potiùs dictante Jos. Scal. vetus quasi βιότης. βέ intendit. Ab ἔτος. *Veteratores* callidi dicti à multâ rerum gerendarum vetustate. *Senex*, (verbum est *seneo*, quo & Catullus usus est, à quo *ætas senecta*:) dicitur quasi *seminex*, i. senescis, seu morti propinquus. Aut rectius ab Heb. יָקַן i. senex fuit, senuit. A senex est *senatus*. Cic. Cat. Maj. asserit à senibus appellatum majores *Senatum*. Isidorus *Senatui* nomen ætas dedit, quòd seniores essent. Idem ait Festus, Plutarch. alij. Itaq; Priscian. non rectè: q *Senatus* sit à *natus*. Ovid 4. Fast. Nomen & ætatis mite *Senatus* habet. *Senaculum* i. locus Senatorũ, Festo. aut ubi senatores consisterent, Varroni. Se-

Senecam Cassiodorus dici putat, quòd canus, quasi *senior* natus sit; cui primitus id nomen inditum. Vt de Ergino Argonaute à Pindari Scholiaste traditur: de Tarcone Tyrrheno & Cygno Trojano ab Eustat. & Cœlio lib. 3. cap. 27.

Ager, ἀγρὸς: quod est ab ἄγω & ἀρῶ. Vt ita alludat Varro: *Ager* dictus est, in quam terram quid *agebant*, & unde quid *agebatur*, fructus causa. Hebræis אִכָּר est agricola. Varro: *agrosus*, ἀγρώδης, ἀγρικός. *Agellus* deminutum. Vnde *Agellius* approbante Lipsio. Talia enim nomina Romanis consueta olim fuerunt; ut notavimus. Aliàs est A. Gellius. Sed Priscianus & Gifanius improbant, è priscis codicibus, & monumentis. *Ager novalis* (inquit Paulus) est terra proscissa, quæ anno cessat, & quæ à Græcis, ὁ νῦν ἢ νέος νῦν νέωμα vocatur. In quo autoritatem Varronis secutus videtur, dicentis: *Ager restibilis*, qui restituitur ac referitur quotannis. Contrà qui intermittitur, à novando *novalis ager*. Aut *restibilis*, à restando, qui restat: sicut *prostabile* & *prostibulum* à

prostando. Jul. C. Scal. in Theoph. de plant. *restibilis* ager is est, qui tulit segetem ac rursus seritur. Plin. lib. 18. cap. 19. *Novale* est, quod alternis seritur annis. Idem quoque sentire videtur Fest. Pomp. qui dicit: *Novalis* ager novæ relictus sementi. Sunt, qui volunt novalem esse arvum, tunc primùm ad sementem proscissum. Quorum est Servius, qui inquit: dicimus & has *novales* & hæc *novalia*. Propriè novales tunc primùm arva proscissa. Quod ita sensisse Virgilium palam est illo versu: Tàm culta *novalia* miles habebit: Valla lib 6. cap. 42. *Vervactum* dicitur, à ver & actum: quòd vere agitatum sit, quo tempore in alijs sit seges: J. C. Scal. in Theoph. Ab ager fit *peragro*, *peregrè*: ab antiquo *peregris*. Vlpianus Tit. de Caduc. *pereger* (inquit) factus sit. *Peregrinus*, qui multos *agros* pererrat. Idem *Hostis* olim nominabatur apud Var. & Cic. 1. offic. qui proprio nomine *perduellis* esset, is hostis vocabatur. *Hostis* apud majores nostros dicebatur, quem nunc *peregrinum* dicimus. Id nomen durius jam effecit vetustas. Exempla è Plau-

Plauto petuntur. Rud. act. 2. sc. 4. Cur tu aquam gravare amabo, quē *hostis hosti* commodat. Trin. act. 1. sce. 2. Hostisne an civis comedis? sed & origo idem innuit, ὅστις, i. e. quicunque, peregrinus, qui è varijs nationibus. Ab eodem est etiam *Hostes*, flexu Æolico. ὅστις ὅστις: ut κάλλιον κάλλιον. *Hostilitatem* an quis dicat, non meminit J. C. Scaliger cap. 70. L. L. Vsus verò Seneca: an alius veterum, nescio.

Agger ab *aggerendo*, Græcè χῶμα. Heb. אָגַר i. congessit, aggregavit; idq; de frumentis potissimum: ut ita agrum quodammodo spectet. Servius in 10. Æn. *agger* propriè terra illa, quæ vallo facto propiùs ponitur.

Gerulus, à Gero. Jos. Scal. *gerulus* apud veteres non ὁ βαστάζων, ut postea. sed πράκτων, ἢ πρακτῆρ dictus est, ut Plautus, *Geruli figulos* dixit, gerulos & figulos, i. πράκτορας καὶ πλάστας. *Congerones*, qui aliena ad se congerunt. *Eggero*, non egero: Nempe ut *Aggero*: ut sit discrimen ab *Egero*, *egeris*, *egerit*; ut satisfiat libris veteribus, qui habent *Eggero*, teste Manutio. *Gestio* à

gero, gestum, i. à nimio corporis motu. Hoc est exulto. *Suggestus* & *suggestum* à suggero. Significat quidquid suggeritur: locus editior. *Suggrandia*, quasi *suggerundia*, *gerundia*: *Suggrunda* extrito I. pars in recto. *Grande* quasi *gerande*: quando multa *aggeruntur*. Plaut. Cas. a. 2 sc. 2. ubi illum saltum video obseptum, rogo, ut altero sinat ire, ita quidquid erat, *grande* erat. Ad id J. Douza: *Grande* illud, nescio quid opinione grandius in se habet. Peculiariter enim frugum ac olerum fœtibus convenit: quod & Maronis *grandia* frumenta & *vegrandia* farra apud Ovidium: tùm verba illa solennia in sacris rusticis ritè pronunciari solita confirmant apud Catonem: Mars pater te precor quæsoque, uti tu fruges, vineta, virgulta *grandiri*, beneque evenire sinas. Pacuvius: Nec *grandiri* frugum fœtum posse, nec mitescere.

Aggos, ἄγγος: ab Hebræo אַגַן, vas latum, & profundum. *Aggeum*, ἀγγεῖον.

Agnes, ἁγνὴ. A castitate aut puritate morum, ἁγνὸς. ἁγιος ab Hebræo קָדַשׁ, i. sanctifi-

cavit, sanctus & purus extitit. Ita *Catharis, catharus*, καθαρὸς, à טָהֵר, mundus aut purus fuit. טָהוֹר mundus. Item ὅσιος à חָסַד sacravit. Ita etiam *Agatha*, ab ἀγαθὸς, ἀγαθὴν, nunc bonum significat; per initia pulchrum designabat: quod dignum esset spectatione: ἄγαν θεατήν.

Agnus, ab ἁγνὸς: quod sit hostia pura, immolationi apta. Aut ab ἀμνὸς, quod est agnus, apud Festum: Mutârunt literam discriminis causâ ἀμνὸς à μὴ præfixo στερητικῷ: ut sit quasi ἄμειλιχος, vel à μυκ signficante molle, seu teneram lanam. *Ambegnus* ab agno. *Ambegni* bos & vervex appellabantur, cum ad eorum utraq; latera agni in sacrificium ducebatur. Apud Hebræos טָלֶה est agnus: unde Græcorum παλάσιον, lana, quam agnus suppeditat. Horat.

dulce pellitis ovibus - -

Ovid:

- lanigeræ comes bidet ovis.

Qui à παλάω faciunt, vix morsum effugiunt.

Ago ἄγω, Heb. יָרַד, i. duxit, egit, abegit. Sicut δοῦναι, à נוּר. inversum. *Agon, ἀγών*. simpliciter ab ἄγω.

Vt ἀγωνὴ ἀγωγὴς. Itaque Grammatici hîc malè ambages quæsivere. *Agonius*, quasi deus, qui præest rebus agendis, Festus. *Agona* sive *agonalia*, ἀπὸ τῶν ἀγώνων, i.e. à ludis sive certaminibus Græcorum dicta. Ovid. 1. Fast:

Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen Agonalem *creditur habere diem.*

Pars putat hoc festum priscis Agnalia *dictum*:
Vna sit ut proprio littera demta loco

Aut quia prævisos in qua timet hostia cultros,
A pecoris luce est ipsa notata metu.

Eas etiam fieri solitis ætate priorum
Nomina de ludis Græca tulisse diem.

Et prius antiquis dicebat Agonia *Jermo.*
Vera fides judicio est ultima causa meo.

Ab ἄγω faciunt etiam Græci, ἀγέλη: sed potius ab Hebræo עֵגֶל, i. e. vitulus, bos, qui gregem faciunt. *Actiosa* suspicatrix ad agendo, apud Varronem: sicut factiosus. *Age*, ἄγε: militare verbum fuit. Item, *apage*, ἄπαγε. *Agolum*

golum, i. e. baculus pastoris, Festus. *Agmen* quasi *agimen*: aut à supino actum *agmen*: ut à straum stramen, à motum momen. Caut & G sunt literæ cognatissimæ Græcis est ἄγμα: Hebræis אַגָּף i agmen copia, militaris cohors. Lucretius:

- - fluit agmine dulci.

Virgil *- leni fluit agmine Fibris.*

Idem *- - agmen aquarum.*

Agmen igitur vox generalis. Et vanus, quod Servius restringit: agmen (inquit) propriè dicitur ordinata multitudo, ut est exercitus. Neque enim in uno loco stans, agmen vocatur: aut si in-entum fuerit, usurpativum est. Hisce Servij nemo facilè credet, nisi servus fortè alienæ opinionis. Ab *abigo* est *abactor*; ἀπελάτης vox itidem generalis. Ob eminentiam, Isidoro est pecorum fur: vulgo *abigeus*. *Ambigo*, i. e. circumago, ab ἀμφὶ Cicer. quod *ambigitur* inter peritissimos, non est difficile. Et Lucret: *ambigitur status* - i. circùmagitur, variè agitatur. *Ambages* ab illo circulo aut circuitu. Arist vocat περίκυκλα, quæ Latini. *Ambages*. Ab *ambigo* fit & *ambiguum*, id est, dubium. Qui enim dubitat, in partes non unas distrahitur. Igitur, quando Comicus ait: *ambiguus* de finibus: subintelligatur casus accusativus. Id est, alter agit alterum, seu trudit, & quidem variè: hoc innuit AM. Ad hanc faciem etiam formatur *exiguum*, i. quod facilè expelli, aut extra agi potest. Vsitatè est parvum, leve, tenue. Talia enim exiguntur. Ab *exigo*. *Adigo*: *adagium* à Varrone dictum ex usu veterum interpretemur; quòd è suâ prima ac propriâ significatione *agatur* ad aliud indicandum. Non autem quasi *circumagium*, utpote quòd in ore omnium circumferatur, quemadmodum malè scripsere: J.C.Scal. lib. 3. Poet. c. 84. Dictum quoq; idem *abagio*. *Prodigo*, apud Plautum, i. projicio, aut ago: e. g. patrimonium quasi nihil curem. Hoc enim infert P R O. *Prodigus*, *prodigalis*, à prodigendo. *Satago* i. Solicitè ac diligenter *ago*, quantum *sat*. Quinctil. J. 6. l. 4. vim verbi ita declarat; Afer venustè Manlium suum multùm in agendo discursantem, salientem, manus jactantem, togam dejicientem & imponentem, non agere dixit, sed *satagere*: Græcis, περιεργάζεσθαι.

Dego

Dego à *de* & *ago* semper habet vim ἐλαττωτικὸν. Vt apud Plautum: *degitur* corium de tergo meo. Ita degimus vitam, ævum. Quia κατ' ὀλίγον minus fit, & nos unà. Glossar. *Degentes*, διάγοντες. J. C. Scal. lib. 1. de L. L. c. 32. A breve transit in longum, ut *indago*. Et ratio est evidens: concreverunt enim vocales duæ. Mihi sic videtur: *Indago* per concisionem dicitur, pro *indagito*, indagitare. Hinc indagavi, indagare: non indigere. Ita ex *salito* factum est *salto*. Cæterum & *Vagor* pari formulâ explanetur. *Vago*, quasi *ve-agito*, i. valde: nunc *vagor*, i. ve agitor. Passionem enim manifestò ostendit. Festus: *Supervaganea* avis vocatur ab auguribus, quia quasi in altissimis superq; omnia vagatur. *Cogito*, i. coagito vel simul agito. Notat frietatem: quia est frequentativum. Terent. in animo cogitat irata. Aliàs nudè cogitare est νοεῖν, aut συνοεῖν. Propter enim crebram ejus usurpationē Mens omittitur: interim necessariò subintelligatur. Alioquin cogitare erit σωφρονεῖν, aut aliquanto plus. *Fatigo*, i. fatim agito. *Fatim*, i. plurimum, nimis. Inde *fatigo* est lasso. Vbi enim actio nimia aut justo crebrior, lassitudo consequitur. *Negito*, quasi *ne agito*: postmodum *Nego*, ut indago, pro indagito. *Cogo*, i. coago. Cic. pro A. Cecinna: coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt unum in locum congregati: quia plerunque ubi multitudine opus est, homines cogi solent. *Coquo*, i. *cogo aquam*. In coctione enim humiditas expellitur per calorem. Ex Aristotele videre est: qui ponit τὸ ὑγρὸν ἀδύνατον εἶναι, quod terminatur posteà ac perficitur coctione: hæc quippe τελείωσις est. Hebræ. עוג, i. coxit panes. Et עֻגָה, i. coxit placentas. *Coculæ* sunt vasa coctioni apta, aut ligna arida. Festus: *Præcox*, & *præcoquum* apud Lucil. Varron. Non. Nævium. Vt poma *præcocia*, quæ maturè coquuntur à calore solis. *Recoctus*: Horat.

— *sæpè recoctus*
Scriba ex Quinque viro corvum deluſi hiantem.

Ibi Helenius Acro: *Recocti* dicuntur scribæ, qui sæpiùs, cum pro-consulibus ad provincias missi exercitatiores facti sunt usu ipso & frequentia. Solent autē mitti Quinqueviri, qui, cum redijssent, vendebant decurias suas, & Quinqueviri dicebantur. Quod si voluissent iterum magistratibus apparere, & & fructus priores percipere, cocti dicebantur. Cumq; sæpius hoc factitabant, *Recocti*: Jos. Scaliger. *Actutum*, i. ἀυτίκα, per ἀναδιπλωσιν pro actum: ut *cinctutum*, pro cinctum. Terent. dictum actum: Ita & *actutum*. *Strategema*, στρατήγημα: ab ἄγω & στρατὰ vel στρατός. Hoc ab Hebræo שִׁרְתָּ, i. ministra it servus fuit: à quo, si à sinistrâ versus dextrā legas, etiam δεξιοτέχνια. Græci στρατιὰν peculiariter ad servitutem militarē traduxere. Hinc στρατιώτης *Stratiotes & Stratiota*. Inde Syrus suū fecit אִסְטְרַטְיָא וְסַטְרַטְיָא Astratjute. Si apud Græcos subsistas, *strategema* στρατήγημα propriè erit militiæ. Cicero vocat consilium imperatorum 3. de Nat. Deor.

Axis, ἄξων. *Ambaxi*, qui circum eunt, & catervatim. *Ambaxes* sive *ambaxi* componitur ex *Am* & *axis*, i. glomerati. *Asseres*: nostrum (inquit J. C. Scal. in Theoph.) vocabulum *asseres* Græcam habet originem ἄξονες. Fortassè indidem deminutivum, ἀξάριον, & alterum porrò ἀξαρίσκος. Idem lib. 1. L. L. c. 28. ξ falsò negârunt mutari. Namque ἄξονες, *asseres*, non ab assidendo, ut dixere. Et Filius Scal. in Festum, *Axis*, *axeris*, ut sus sueris Jovis, Joveris, bovis boveris, nucis nuceris: χ in S: unde veteres indifferenter *coassare* & *coaxare* dicunt. Hujus imitatione factum est & *Ascia*, quasi *Axia*, ab ἀξίνη; quod ab ἄγω, ut scribunt. Ni placeat Heb. חָצַב i. e. excidit, polivit ascia. Aut עָצַר quod simile.

Aiax Αἴας. Ipse enim apud Sophoclem fatetur, se rectè nominatum à luctu & lamentatione. Ab αἰάζω; quod est ab αἴ; aut ab Heb. אַח: quod nota παθήματος: à quo etiam ἀχέω, ἄχος. Cæterum Virgilius innuit nomen illud Aiacis:

Dic quibus in terris inscripti nomine regum
Nascantur flores - - - -

Flos inquam, qui vulgo dicitur *consolida regalis*, præsertim purpureus non obscurè ostendit literas A I A I, si folium corniculo adhærens, paulùm

HEOM Virtual Library

paulùm explicetur. Ovidius;

Ipse suos gemitus foliis inscribit & Ai Ai.

- Flos habet inscriptum funestaq; littera ducta est.

Cæsalpino est *Hyacinthus poëtarum.* Iterum testis Ovidius;

Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros.

Addet in hunc florem folioq; legetur eodem.

Et Theocritus.

Νῦν ὑακίνθε λάλει τὸ τὶ γράμμα τὸ πρῶτον καὶ τελέον Αἰ Αἰ.

Λάβανε τῆς πτώλοισι - - -

Alabastrum est vasculum è levi ac lubricâ materie factum; quod quia propter levorem non facilè potest manibus teneri, sed elabitur illicò; inde nomen accepit: ab α privante & λαβεῖν.

Alastor, ἀλάστωρ, qui facit τὰ ἄλαστα quæ non latent & quorum non facilè obliviscimur. ἄλαστα, Doricè pro ἄλητα; à λήθω, λάθω.

Albis J. C. Scalig. in Hypercrit. Albim mediam secare Germaniam & scriptum est ab autoribus, & nomen ipsum id indicat. Quippè ea vox medium significat. Facessant igitur nugæ plebejorum, qui ab *undecim* ridiculè trahunt, quasi in illum tot flumina exonerentur. Id enim *undecim* Germanicâ linguâ assonat quodammodo.

Album ἄλφον. Sabini *alpum* dixere. Et adhuc *Alpes* à candore nivium, quibus operiuntur Glossar. *Alpes* ἄρη ὑψηλά. Et quia montes alti, nix facilè ibi durat. Hebr. est לָבָן i.e. λάϐνος. Inde *Albanus albus*, ἄλφος; si vocalis initialis primùm longatur. Rad. est לָבַן id est, latere fecit subalbos.

Alcides. Vt à Priamo Priamides: ab Anchise Anchisiades; ab Æneâ Æneadæ; Sic ab *Alceo Alcides*; Scilicet ἀπὸ τῆς ἀλκῆς; à robore utriusque. Hic propterea Virgilio est magnus; Lucano magnanimus Ἀλκὴ, & ἄλξ ab Heb. יָכַל viribus valuit, potuit. Apud eosdem est *Alkum*, אַלְקוֹם; ex אֵל id est non; & קוֹם Notat heroem; cui nemo ἀνθιστάναι, aut resistere possit. Aliud verò est *Alce*, ἄλκη; nom n animalis. Ab אַקּוֹ Græci imposuerunt liquidam; ne fit *Acca*. Interpres vertit tragelaphum.

Algeo ἀλγέω; doleo, patior frigus. Festus; *frigus* dolorem

lorem concitat, adeoque vitalium instrumentorum hostis est ac primus. *Algus algu* pro algor in Accio Nonius. Plaut. Nam & Græcum est ἄλγος. *Alsior* aurula λ. frigidio, ab *alsus a. um Alga*, quia in frigidis locis proveniat.

Alius ἄλλος. Alterum λ migrat in l. ut in alijs. *Alid* pro aliud habet Catullus; ut & alis pro alius. *Aliuta* pro aliter. Festus. *Alter* est *alius uter*: item *alterius* fuit receptum, ἄλλοθεν ἕτερος. Itaque in fœminis etiam dixit *altera, alteræ*. *Alteruter*, alterutrius & alterius utrius. Nam M. Tullium & in Protagora, & in epistolis, ipsumque Catonem in Oratione de Ambitu, *alterius utrius* scripsisse constat. Itaque cum dicimus, *Alterutrius*; vox illa *alter*, hoc loco non est *Rectus*, sed *Genitivus* casus, & prisco modo amputatâ vocali cum sibilo. Ab *alter* est *alteratio*, ἀλλοίωσις. Vox nova, sed elegantissima, & maximè necessaria. Pro ea *Ciceroniani* quidam delicatiores malunt *commutationem*. At hæc multò generalior, quàm ut ad angustias ἀλλοιώσεως torqueri debeat. Ab *alter* est etiam *adulterium*, quasi ad *alterum*, aut *alterius torum*, quanquam TERIVM non à *Toro* sed *altero* producitur. J. C. Scalig. de caus. Lat. Linguæ. Notacionidis loco, *Alioqui* tertiam esse longam contra vulgi pronunciationem. Ita enim & *Cæteroqui* effertur. Horat. lib. 1. serm.

Quod mœchus ferat aut sicarius aut *alioqui* Idem: Mendosa est natura, *alioqui* recta - - -

1. *Allodium*, apud Jurisconsultos. Quibus bonum allodiale est, cujus possessor est sine lode i nemini servit. Ita enim exponunt. Alciatus in pareg. ostendit à verbo *laudo* esse. At verò qui elegantiorem literaturam cum Jurisprudentiâ conjungit, non negabit, esse Græcæ stirpis, quasi ἄλλο ἴδιον, ita ut opponatur feudo. Hotomanus tamen ut barbarum à Gothis invectum existimat.

Almus. Apud Carisium *almities*, id est, habitus rerum almarum; sicut à canus canities. Ab *alo* ἀλδῶ ἄλμα. Inde terra alma, mater: Venus: alma dulcedo alma dicitur à Lucretio.

Glos

Gloſſar. *almities*, ἄυξησις δρόχου. *Alma*, κλυτὴ, ὡραία, θρέπτειρα. *Almitus*, ἀναπτροφὴ, ἀναγωγὴ. *Altellus* eſt ὑποθρεπτικὸν. *Altus*, *altulus*, *altellus* Significat θρεπτὸν, τρόφιμον, alumnum. Ita vocabant, qui expoſiti erant, & inveniebãtur, qui eos tollerent; Joſ. Scal. in Feſtum. *Alumnus* & qui ab aliquo alitus eſt, & qui aliquem aluit, ſecundum Non. Marcel. quem carpit Valla lib. 6 Eleg. cap. 1. ſed audaciter, ut aliàs ſæpe. Et quidem formatur *alumnus*, ab *altum*: ut autumnus ab auctum. Omitto exempla, quæ pro Nonio faciunt, ſatis luculenta. Gloſſar. *Alumnus*, οἰνοζοφὴς, τρόφιμος. Ab *alo* eſt *aleſco*, antiquũ in Varrone de re ruſt. *Coaleſco*, *coaleo*, *coalui*. Olim enim *aleo*, nunc alo. Alijs *coaleo*, quaſi *cooleo*; ſed prius magè approbãt. *Uleo* enim in compoſitis nunquam mutat O, in aliam.

Alnus, ab אַלּוֹן, quod idem; vel quercus, ſecundum Hieronymum. Virgil.

- proceras erigit alnos.

Et Ovidius: *longâ procerior alno.*

Alpha, ἄλφα, ab Hebræorum *Aleph*. Inde fecerunt τὸ

ἀλφεῖν, ἀλφαίνειν, i. invenire, excogitare, diſcere. Aut ab אָלַף i. didicit, ἔμαθε, ordiens à primis elementis. ἄλφη & ἀλφὰ eſt ſtudium, inventio. Sic etiam Δέλτος, à literâ Δ: aut à דֶּלֶת, tabula, tabella.

Alſine, ἀλσῶδες, quod delectatur opacis: & gaudet nemoribus. ἀλσηΐδες νύμφαι, i. nemorum nymphæ. Talis ea herba, *Alſine*, ἀλσίνη. ἄλσος, i. lucus, locus nemoroſus. ἄλσος ab Hebræo אֲשֵׁל i. nemus.

Altum παρὰ τὸ ἄλλεσθαι. Æoles enim, quos Latini ſecuti ſunt, multas detraxerunt aſpirationes. *Altè ligatus*, i. e. ſuſpenſus, apud Nonium. Aut ab Heb. עָלָה quod idem. A Rad. עָרַךְ i. aſcendit, ſurſum evectus eſt. Item עֶלֶץ eſt ſalijt. *Altum* ponitur pro mari profundo, Plaut. Mil. ubi ſumus provecti ad altum. Virgil.

- terris jactatus & alto.

Etiam in ſacris: ἐπανάγαγε εἰς τὸ βαθος. Verterunt in altum, i. e. ubi maxima maris profunditas. Vt altum: ita etiam ab Hebræo eſt ſalire; vel

vel ſi Græcanicis mage delectaris, ab ἅλλεσθαι i. e. *ſalire*, quod eſt moveri in ſublime, vel tanquam medium, vel tãquam metam. Ejus frequentativum *Salitare*, à ſalitum: unde conciſum *Saltare* à ſaltum. *Salij* fuerunt ſacerdotes Martis: dicti à *ſaliendo*, quòd ancylia circumgeſtantes, ſalire ſoliti ſunt. *Ancyle* autem fuit ſcutum breve, quod Numa Pompilio regnante, de cœlo cecidiſſe fertur. Ovid: 3. Faſt: Jam dederat *Salijs* à *ſaltu* nomina dicta &c. Ancyle δίπτυχος ἀσπὶς ἀσπιδίσκος ἀέτιον Gloſſarium. *Salax*, qui ſalit: ut fugax à fugio: rapax à rapio. Non à *ſale*. Etſi hoc Venerem ſtimulat: tamen analogia repugnat & autoritas. Tribuitur enim animalibus, quæ nunquam veſcuntur ſale. Ovid: erucæ *ſalaces* non quæ ſalſos, ſed quæ *ſalire* faciant. *Salacio* i. e. libidinoſus & impuræ vitæ: ut à *ſenex ſenecio*: ita à *ſalax ſalacio*. *Salix*, quia ſaliendo veluti creſcit; ob humiditatem, quâ gaudet: ut ἰτέα, ab ἰένω. Apud Ovid: amnicolæ *ſalices*. *Salicetum*, concisè *ſalictum*. *Lupulus ſalictarius* quia *ſaliendo* quaſi in altitudinem vergit. *Saltus* in quo feræ ſaliant, à ſaltum.

Salebræ, ubi crebrius ſaliendum. *Saltuatim*, quaſi per ſaltum. *Saltim*, ſicuti paſsim, cæſim, punctim; vulgo *ſaltemè* cujus ſignificatio eſt ἐλάττωσις i. eſt deminutiva; ſumta ratio à ſaltu. Agell. l. 12. c. 14. *Conſilium* A *con* & *ſalio*: cùm plures, ut ſic dicam, *conſiliunt*, aut concurrunt & congregantur, ſententiasq; conjungunt. *Conſultum* ſicut aſſultum, exultum. Lucret: *Conſulta reſultant. Conſualia* à *conſo*, quem conſilij DEVM fecerunt. *Conſul*, *Proconſul*; conſuetudine extortum hoc fuit: erat enim per initia *proconſule*; ſcribit J. C. Scalig. c. 32. L. L. Janus Guliel. l. 2. c. 8. fulloniam (ait) mihi hoc capite demereri lubet, eodemque elegantem locum Plautĩ illuſtrare, primore Pœnul. a. 1. ſ. 1. placet *Conſilium*. MI: immò etiam ubi *expolivero*, magis hoc tum demum dices; nunc etiam rude eſt. Duo olim fullonum officia erant: veſtem eluere & cogere, unum: alterum eandem cretâ candefacere. Illud *conſiliare* dicebant, & ipſam actionem —, quòd *inſultu* multo pedum fieret *Conſilium*; hoc *expolire*. Varro de L. L. lib. 5. cogitatione *concilium*, unde

 conſi-

consilium, quod ut vestimentum apud fullonem cum cogitur, *consiliari* dicitur: sic reminiscì, cum ea, quæ tenuit mens ac memoria, cogitantur, & cogitando repetuntur. Quem locum ut obiter explicem, à paucis perceptum: *cogitare* (inquit) est *crebrò cogere*, unde *concilium*, quia cogitur: & hinc *consilium* in re fullonia, quod vestimentum cogat: in animo humano, quod cogitet, i.e. multum diúque cogat ea quæ memoriâ tenuit. Hæc ille.

Amaracus, ἀμάρακος. Latinissima vox; originis Hebrææ, à מוֹר. Lege Dioscoridem l. 3. c. 74. Plinium l. 12 c. 24. Pari ratione *Ebenus* Græcè ἔβενος formatur ab הֹבֶן. Ergò meliùs propter ן *Hebenus* scribitur. Dioscor. l. 1. c. 160. Cognationem habet cum אֶבֶן lapis propter gravitatem.

Amarantus, ἀμάραντος: flos, qui nunquam marcescit; dictus inde immortalis. Ab ἀ & μαραίνω: unde Lat. Marceo, aut à ναρκάω. Nisi omnia ista malis ab Heb. מָקַק, marcuit, tabuit. מַק marcor, μάρανσις: item κατάμυξις.

Ambo ἄμφω. Apud Festum *Campo* genus est lusus, Nimirum, κατ' ἄμφω. Videntur verba *duorum*, qui eum ludum exercebant.

Ambulo propriè est circumeo, hinc inde vagor, aut incedo. ἀμφὶ i. e. circum. ἀμβολέω: Sicut ἀνθιβολέω. In usu est ἀμβάλλω sicut ἐμβάλλω. Nisi malit quis τὸ ἀμφὶ & οδὸς: ut Δ migret in L. apud Latinos: quod alibi sæpe accidit. Significatus tamen idem. Quamvis ὁδὸς apud Græcos non memini cum τῷ ἀμφὶ solere jungi. Glossarium: ambulat, περιπατεῖ.

Amen ἀμήν.] Totum Heb. est אֱמֶן i. e. certè, verè. Ra. אֱמֶן id est, verax, & fidelis fuit.

Amethystus, quia temulentiæ, aut ebrietati resistat. ἀμέθυστος ἢ ἀμέθυτος est, non ebrius, arcens ebrietatem, τὸ μέθυ est vinum.

Amnis ab ἀμφὶ καὶ νέειν: quia circumfluit: aut circumnatat. *Antemnæ* dictæ sunt, quòd inter *amnes* sint positæ: vel ante se habeant *amnes*, Festus. Glossar. *Antemna*, κέρας πλοίου.

Amo est ab ἄμα id est, Simul; unà quod ab Hebr. עִמָּם

עִמָּם quod significat conjunctionem. *Amor* enim est affectus *unionis*, vel quo cum re amatâ, aut unimur, aut perpetuamus unionem. Ejus causa est species sive repræsentatio, ac forma illa, quæ accidit animo, ut in eo creet dispositionem unionis. Ni allubescat Heb. חָמַם id est, arsit, incaluit. Virg.

Est mollis flamma medullas.

Idem.

- ardescitq; tuendo.

Oculi enim sunt fenestræ illæ, per quas amor illabitur.

Et iterum:

- Cæco carpitur igni.

Horat. quid tibi flagrans amor & libido. Xenophon l. 5. de Instit. Cyri: ὡς τὸ μὲν πῦρ τὰς ἀπτομένας καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τὰς ἀποθεωμένας ὑφάπτουσιν, ὥστε αἴθεσθαι πῦρ ἔρωτι. Nec in alium sensum illud Propertij acceperim: Aridus argutum sternuit omen amor. *Aridus amor*, utpote qui igneus, sive calidus affectus est, qui aridos & siccos facit nimiùm indulgentes. Quod autem nonnulli, aut forte an pauci, existimant, *aridum* vocari propter sonum, quem sternutans edit; nolunt attendere, ita fieri τῶν πολλῶν, cum eo referatur argutum: quod Nonius interpretatur sonans. Et ubi aridum idem quod sonans? Lucretij istud nil juvat:

Aridus unde aures terget sonus. -

quid esset sonorus sonus? Neque Virgilij:

-- aridus altis
Montibus audiri fragor --

Servius enim: aridus fragor est sonitus, qualis solet fieri ex aridis, cùm franguntur, arboribus. Omne enim quod aridum est, cùm frangi cœperit, nimium efficit sonum. Quod dictum etiam aliquà de Lucretio putetur. Cæterum ut Lat. sic etiam Græcanicum ἀγαπάω commodè ab עָנַב i. e. flagravit amore, etiam insano. Ab amo est *amita* J. C. Scalig. c. 29. L. L. Cic: in Lælio: *Amor*, ex quo *amicitia* nominata est, princeps est ad benevolentiam conjungendam. Idem Part. amicitiæ charitate & amore cernuntur. Nam cùm deorum tùm parentum patriæque cultus, eorumque hominum, qui aut sapientiâ aut opibus excellunt, ad *Charitatem* referri solet.

Consuges autem & liberi & fratres atque alij, quos usus familiaritasque conjunxit, quanquam etiam charitate ipsâ, tamen *amore* maximè continentur. *Amor* Græcis ἔρως *Eros*, ἐρᾶν Platoni ab εἴσερειν. Alijs ab ὁρᾶν: ex illo:

- *Oculi sunt in amore duces.*

Item: ut vidi, ut perij. Quod verum esse nemo dubitat. Origo tamen Heb. à רוּץ dilexit, coluit amicitiam. Ab ἐράω, ἐρατὸς, ἱερὸς, *Erastus*; sicut & *Erasmus*. *Zelotypiam* Græci vocant hoc, cum metuimus, ne de amatæ rei exturbemur possessione. Propterea M. Tullius interpretatur *obtrectationem*. Vbi nos in metu ponit suspicio alienæ *tractationis*. Hoc neque est amor neq; amoris pars; neque ex amore oritur; sed ex suspectâ amicæ fide. Iccircò Græci scito cõsilio, duplici voce indicârunt. Æmulationẽ significat ζῆλος, non amorem: τύπος autem figuram potiùs, quàm rem notat. J. C. Scal. Ex. 317. s. 1. & Ex. 310. s. 2. Amans cum amatâ re unum esse, quoad licet, appetit. Quocirca & hærent, & corpora conserunt: & spiritus duos osculorum conjunctione, unus ut sit, faciunt. Id quod amoris fundamentum cum putarent esse veteres sapientes, *Basium*, Græcâ voce nominarunt, βάσις *Basis*: à βαίνω βῶμι.

Amplus J. C. Scal. in Theoph. de plantis: Amplum significat magnum quidem, sed capax. Dicimus porticum, navim, utrem, dolium ampla. Amplum saxum non dicam, neque saporem amplũ. Tractum à maris spatio, ἀνάπλοος: contractè ἀνάπλους. πλόος, πλοῦς, πλέω πλόα. Hinc *amplius*, *ampliare*, *ampliter*, *amplificare* qualia sint facilè noscitur. Glossar. *amplitus* ὑψηλός, *amplificus*, μεγαλοφυὴς. *Exemplum*, cum ex amplâ materiâ addimus in unum similia, inquit J. C. Scalig. in poët. Ad istam originem pertinet etiam *Aplustre*. Festus ita. *Aplustria* navium ornamenta: quæ quia erant *amplius*, quàm essent necessaria usu, etiam *amplustria* dicebantur. Glossarium: ἄπλουστρα πλοίου πλοῖα.

Amurca, ἀμόργη: sordes olei.

Virgil.

- - *nigrâ perfundere amurcâ.*

ἀμέργω est propriè exugo oleas, & amurcam exprimo, inquit Græcus. Quod si edictum prætorium esset, nemo repugnaret fortè. At quia mera conjectatio: etiam mihi & tibi liberum aut licitũ, quod alijs. Sic igitur primũ est μέργω, postea ἀμέργω, & ἀμεργὴ: item μέργνυμι, ὀμόργνυμι. Ab Heb. מָרַק i. purgavit, detersit, expressit. מֶרֶק liquor, vel quidquid abstergitur, aut expurgatur: uno verbo, amurca. Erit itaque μέργω & ἀμέργω generatim purgo, vel abstergo. Quomodo etiam exempla docent: quæ conferre huc non libet, ne cistellas aliorũ expilare videar. Amurcâ, quod detergitur, ut ζωμὸς. item κατ' ἐξοχὴν, sordes olei.

Anas, *anatis*, mediâ brevi: quia avis undis amicâ, à νάω, *nato*: sicut νῆσος, ἀπὸ τοῦ νέω: unde & *nare*, *natare*. Petrus Arbiter: Et pictis *anas* enovata pennis: ex quo discis quantitatem mediæ.

Anathema, ἀνάθημα. id est, donarium, ornamentũ, quod adjicitur. Plato conjungit δῶρα καὶ ἀναθήματα. *Anathema* ἀνάθεμα, i. e. homo execrandus, rejectus. Quia vero ab eodem verbo τίθημι ista ambo, videntur conciliari posse, ut una & quidem princeps significatio exstet. Scilicet ut ἐπίθημα & ἐπήθημα: σύνθημα & σύνηθημα; sic ἀνάθημα & ἀνάθημα. Vt fit, quod sursum ponitur vel additur, vel dicatur, ut ita ἀνάθημα sit homo summo Christi judicio addictus aut relictus.

Anculare apud Festum, i. ministrare. Inde *anculi* tanquam ministri quidam, *ancillæ*, i. e. ministræ: postmodùm flexu deminutivo *Ancillæ*; ut teneræ tenellæ; osculum, oscillum. *Anclare* pro *anculare*; estque *antlare* diversum. Ducitur ab ἀγκὼν, i. e. manus, cubitus; ἀγκύλος. Sicut *amanuensis*; ita *anculus*. Nam operâ manũ administrâ tanquam organi organorum omnia opera fiunt, ac servitia peraguntur. Jos. Scalig. *anculare*, ἀπὸ τῆς ἀγκύλης, à ministratorio vase. Turnebus; multi censent dicendum esse *antlare* & *exantlare*. A quibus dissentio, & *anclare* puto esse *anculare*, i. e. ministrare. Vnde & *ancillarum* nomen lib. 30 adverss. c. 10. Livius Andronicus apud Festum: Florem *anculabant* Liberi ex carchesijs. Quod si ab ἀνύλαξ deducitur,

ut Festo videtur, certè litera mutatur. Jovianus Pontanus ab *anno, annioulo, anoülo*, facit; tam ineptè, tam remotè, ut verba assèribere pigeat: præsertim cum vera jam origo data sit.

Androsæmum est è genere Hyperici, ita dictum, quod ejus folia attrita simile humano sanguini liquorē fundant: ἀνδρὸς αἷμα. Ab eodem ἀνὴρ fit etiam *Androsaces*, quasi ἀνδρὶ ἄκος φέρουσα, i. e. homini remedium ferens: quod & Germani suâ nomenclatione indicant.

Anemone, ἀνεμώνη, herba cujus flos admodum caducus, etiam quovis ventulo. Aut quia ab hoc iste peculiariter aperiendus. Ab ἄνεμος, κατ' ἐξοχὴν. ἄνεμος ab אָנַף spiravit, flatum edidit. Græcis ab ἄω. A sono spirandi. Ab ἄνεμος fit *Animus*. Ab hoc anima, ut ab herus, hera: à dominus, domina: à rex regina. Primo suo significatu animus, aut anima, est flatus, halitus πνοή. Plaut. fœtet anima uxoris, .i. halitus. Lucr:

Ex igni, terrâ, atq; anima, procrescere & imbri.

Cato: *Si DEVS est animus nobis ut carmina dicunt.*

Animus, i.e. πνεῦμα, Spiritus. Cicero 1. Tus: *Et agere animam & efflare dicimus.* Virg: *quantum ignes animæq; valent* - - Et: - - *Sanguisq; animusq; sequuntur.* Et clariùs adhuc de Æol. qui *ἀνέμοις ἀγάστῃ - - mollitque animos & temperat iras.* Horatius: *Impellunt animæ lintea Thraciæ*, id est, venti vel auræ. Perfius Satyr. 1o - - *pulmo animæ prælargus anhelet.* Animæ, i. e. Spiritus, aut aëris, ἢ ἀνέμου. *Pulmo* est instrumentum πνοῆς; unde & nomen πνεύμων more Attico πλεύμων: apud Galenum πλεῦμος, pulmonis vitium. Ex eo Latinum *pulmo*, πλεύμων. Familiaris est illa literarum trajectio. Deinde ψυχὴ ἐντελέχεια πρώτη ζώου, dicta est Anima. Quomodo Hebræis anima est נֶפֶשׁ, Anhelitus, vita. A נָפַשׁ respiravit, animatus est respirando, ἐψύχθη. Item רוּחַ est anima, spiritus, ventus. A רוּחַ, spiritum emisit, spiravit. Et נְשָׁמָה anhelitus, flatus: à נָשַׁם anhelavit. Inde opinio philosophorum extitit: quòd anima sit ventus quidam aut halitus. Propterea etiam vitales

tales auras dixere: & divinæ particulam auræ. Varro: anima est aër conceptus ore, defervefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffusus in corpus. Seneca: quid est aliud animus, quàm quod ā modo se habens spiritus? Enimverò non incommodè dictum. Nam passim anima etiam à Nostris finitur, spiritus, πνεῦμα. Vita, quæ ab anima, conservatur per flatum & spiritus vitales. Etiā in Sacris est anima נְשָׁמַת ſ. e. πνοὴ ζωῆς. Nazianzenus: ψυχὴ θεοῦ κραταιὸς ἄημα. Etiam DEVS ipse spiritus est: cujus anima nostra imago. Proba igitur animæ nomenclatiō. Proinde Tertullianus: Stoicos (inquit) allego, qui spiritum dicunt animam, pænè nobiscum: quia proxima sunt flatus & spiritus. Ab anima est *animal*. Pro quo usurpant & *Animans*. Melius si legatur *Animas*, atis: ut prægnas, primas, optimas, nostras. J C. Scalig. Ex. 216. ſ. 1. usus tyrannide corrupta est vocabuli ratio. Est enim animans activo flexu. Quid igitur? Animántne animália, an potiùs animantur?

Angelus, ἄγγελος, i.e. nuncius, ἀγγέλλω, nuncio. Spiritus illi ætherij, sive πνεύματα λειτουργικὰ, dicuntur Angeli: à fine, vel saltim officij parte. August in Ps. 104. Quæris nomen hujus naturæ? Spiritus est. Quæris officiū? angelus est. Apud Hebræ. est לְאַךְ, i. e. legavit, nunciavit: si invertas, habes תַּלְאָךְ. Ab eo fit etiam *Evangelium*, quia bona, aut grata nunciat. Suidas εὐαγγέλιον τὸ κήρυγμα ἀγαθῶν. Apud Græcos invenio vocem, ἄγγαρος: & ἀγγαρεύω, à quo recens Latin. *angario*, i.e. cogo ad operas, vel ministerium. A Persis esse volunt. Immò à Græcis, ad Persas. Nempe οἱ ἄγγαροι, pro ἄγγελοι. Nam L & R in omnibus linguis sæpe invicem commutantur. ἄγγαροι, i.e. nuncij, ministri. Hesych: exponit βασιλικοὺς γραμματοφόρους.

Anus & *Annus*, idem cum circulo. Prisci duplicabant sæpè literas discriminis causâ: sicuti hoc nomen variè accipitur. Deminutivum est *anulus* & *annulus*: *anellus* & *annellus*. Ab AM ἀμφι, id est, circum. Aut ab Hebræo, ut dicetur. Sic apud Plaut. act. 1. sc. 1 Menæch. *anus*, ut vetus scriptura habet, nihil aliud fuerit, quàm compes.

Quo etiam significatu *annulum* capit Martialis lib. 3. 29. Item lib. 11. 38. & alij. *Annum* item podicem, ejusdem videri originis dico: præsertim cum & Græcis δακτύλιος dicatur: & plerisq; alijs populis utrunque significet & annulum & podicem: neque aliter esse in Syriaca lingua, monuit in Var. conject. Jos. Scaliger. Sed & *anus*, i. e. vetula, ab *annis*; alijs antiquitatum paulo rudioribus ab ἀν & νέος. Festus: *Anatem* morbum anuum dicebant, i. e. vetularum. *Anas*, γρῆυς; *anitas*, γραῶτης, in Glossario. Varro: Tempus à bruma ad brumam dum sol redit, vocatur *annus*; quòd ut parvuli circuli, *annuli*; sic magni dicebantur *anni*. Macrob. lib. 1. Sat. c. 14. Atteius Capito *annum* à circuitu temporis putat dictum; quia vetères *AN*, *AM* pro circum ponere solebant, ut Cato in orig. orat. Pari ratione Heb. שָׁנָה annus vocatur à mutatione seu revolutione. Radix est שָׁנָה i.e. mutavit, iteravit. Sic Græcis quoq; ἔτος & ἔτος, nec non ἔννος & ἐνιαυτός, & ἐνιαύσιος, ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἴέναι, i. quòd in se redeat, more circuli. Ab anno est *annare*, *perennare*; *annotinus*. *Annales* ἐνιαύσιοι, sicut à die *Ephemeris*, ἐφημερὶς: ἡμέρα. *Annona*, i. e. res frumentaria, quæ anno provenit. Hesiodo, βίος, ἐπιετειὸς. Quid *annus vertens* sit docet Cic. in somn. Scip. cùm ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint eandemq; totius cœli descriptionem longis intervallis retulerint, tùm ille verè *vertens annus* appellari potest. *Anniculus* (inquit J. C. Scal. lib. 4. de c. L. L. c. 95.) non deminuit annum; sed notat parvitatem substantiæ, cujus motum anni quantitas metitur. ἐνιαυσιαῖος. Idem c. 98. *Bimus*, *Trimus*, *quadrimus*, ab anno ducta, non facile est dicere, salva verecundiâ ineptiendi, quare producant primam, nisi propter concisionem. *Quotannis*, *quoto anno*. *Perenne* est, quod toto anno minimè desit. Vox pastorum, qui cum torrentes æstibus deficere viderent, perpetuarum beneficium aquarũ hoc nominis per universum anni tractũ traduxere; ait J. C. S. in Theoph. de plantis. Aliud est *Peremne*, quod M jure retinet; quia fit ab *amnis*, & diversi significatus ab illo. Festus: *Peremne* dicitur auspicari, qui *amnem* aut aquam, quæ ex sacro oritur, auspicatò transit. Ad illud Jos. Scaliger: *Peremne* auspicium duplex, universum populi, cum Idibus Martijs amnem auspicatò transiret, & *Annæ Perennæ* rem divinam faceret, ut *annare*, *perannare*q; commodè liceret, alterum magistratus: cum scilicet magistratus amnem auspicatò transirent, quotiescunque quid in campo agere vellent. Cicero lib. 2. de div. Bellicam rem administrare majores nostri nisi auspicatò noluerunt. Quàm multi anni sunt, cum bella à proprætoribus administrantur, qui auspicia non habent? Itaque nec amnes transeunt auspicatò, nec tripudio auspicantur. *Solemne*, si tale etiam notet, i. e. sacrificium apud antiquos, quòd solùm ad *amnem* fuerit peractum, sanè *M* meritò retineatur. Si verò, sicut in primis olim ac hodieque de annuâ & celebri quadam festivitate, aut sacro usurpetur; quid ni *solenne* amplexemur? Animi causâ aliquantulùm excurrere lubido est. Et quidem *solenne* ducitur à *solum* & *Annus*: quia cum pompâ quapiam & ritibus peculiaribus *solùm* in anno fiat. Itaq; hanc scriptionem magnopere suadet nobis & originatio, & ἀνφωνία, & analogia, pariaq; exempla. Dicimus quippe *annus*; *annuus*; *quotannis*, *biennè*, *triennè*, *sexennè*, *decennè*, ita quoque *solenne*. Nihil hîc urgeo consensum eruditorum, qui ὁμοζυμαδὸν τοῖς *NN* delectantur. Alij tamen magni nominis contrà *solemne* invehunt: quia in vetustis codicibus, ac monumentis reperiatur. Et fatetur Manutius libros habere *sollemne* cum *LL* & *M* ante *N* contra analogiam, sicq; scribendum ait, propter antiquitatem. At verò hæc ratio non efficaciter agit. Quot enim à sequenti ætate nitidiora & correctiora facta? si sit opus, exempla plurima in propatulo versantur. Instar multorum unus esto Virgilius, qui paulo agrestem aut asperam Ennij scribendi rationem, ad summam usque divinitatem perduxit. Igitur inculta illa antiquitas nobis legem non figit. Sed nec in omnibus monumentis, libris, ac lapidibus *solemne* habetur: loquor autem de sacro anniversario, non de eo, quod ju-

xta amnem celebratum sit; tunc enim *solemne* respectu originis prævalet. Vnde enim extitisset *solenne*, si nullius planè autoritas subsidio sit, vel manuscripti, vel saxi, vel statuæ, vel alterius? sed quia causam istius χαρᾶς altiùs venantur, age, quantum roboris insit, paululùm attendamus. Ajunt: *sollemne* fieri oportere: quia sit ab Oscorum *Sollon* Atqui nos non Oscorum, sed Romanorum idioma addiscimus. Nec ignoramus, quòd posterius, i. politius seculum ex Oscorũ, Vmbrorum, & similium sermone aurium & facilitatis gratiâ multa detraxerit, & immutârit. Scimus etiam, quòd Osci acceperint ab Æolensibus; puta ab ἔλον: ut ita *solenne* priorem, i. e. Græcam originem melius præ se ferat. Atq; ea causa est, quòd sæpissimè unico L. legatur: quòd ipsi Osci *solum* pro *sollum* crebrò protulerint. Taceo, quòd antiquissimi consonantes nõ geminârint, ut fatentur illi contrà sentientes. Quod si ita est; non intelligo, cur de sententia *Manutij sollenne* propter antiquitatem præferatur. Quia antiquissimi consonantes non geminârunt.

Quòd autem *M* imponunt, causam afferunt variè. Nonnulli, quia fit ab *Amnis*. Sed jam antè monuimus, quòd hîc spectemus *solenne*, non tanquam sacrum juxta amnẽ institui solitum; tum enim malumus, *solemne*; verùm intelligimus ex usu eruditæ antiquitatis festivitatem annuam. Virgil: solennes dapes. Ovid. 2 Fast. solennia dona. Ibidem: Festum solenne i. e. annuum. Festus evidenter: *solennia*, (inquit) sunt sacra, quæ certis temporibus *annis* fieri solent. Ergo hujus respectu, non ab *amnis*, sed *annus* est, Instant: etiamsi ab *anno* deducatur, nihil tamen obstare videtur, quo minus cum *M N* scribi possit. *Annus* enim, inquit Pontanus, olim non duobus *N N* scriptum fuit, sed cũ *M*, ante N *Amnus*. Ex AM enim est, i. e. circũ, quòd in circulum rediret. Et hoc patet ex *binus*, & *trimus*, quæ sunt quasi biamnus & triamnus, &c. Et licèt annus, ut quidam volunt, à Græco ἐνιαυτὸς ducatur: hoc ipsum tamẽ ab ἀμφὶ & νέω esse nullus dubito: ut prius fuerit ἄμνος, deinde ad differẽtiam factum sit ἄννος tandem ἐνιαυτὸς. Hæc ille. Vbi sanè responsio

sponsio facilis est: Falsum esse, quòd olim *Amnus* scripserint. Nã semper & ubiq; *Annus* differentiæ causâ exarârunt. Quod & libri & tabulæ antiquæ satis confirmant; adde & composita, ac derivata: ut sexenne, bienne, annuum, annona, annare, perannare. Vbi aliquis hic unquam M ante N conspexit? Parũ itaque fidei hoc loco habemus Pontano alioquin doctissimo, nisi ὀφθαλμοφανῶς illud probaverit. Nec quicquam efficitur, licèt ab AM, ἀμφὶ derivetur, quod γόητον esse libenter concedimus: quoties enim ex M fit N in derivatis & compositis? Ecce dicimus, *Aneeps*, *Ancisus*, *anquiro*, *anhelo*, *anfractus*; quæ non aliunde sunt, quàm ex Græco ἀμφὶ. Similiter *Annus*, non *amnus*, ut sit discrimen ab *amnis*. Ita CVM, IN, & similia, quoties in alia elementa vertuntur? Vt comedo, comitium, concio, connitor, corrugo colligo. Item immortalis, imbuo, imprimo, immoror. Eadem lege M in N mutatur in ἀμφὶ. De Hebreis certum est, sicut & Græcis, ut ante consignavimus, quòd N ambo retineant, & manifestò Rom. *Annus* re-

spondet Græc. ἐνιαυτὸς: quod ab ἐν, sicut ὁμαυλος. *NVS* autem minimè fit à νέω: sed est terminatio ultima, qualis linguæ cuivis propria velut, & peculiaris. Vbi verò uspiam etiam ἀπολύσας aut ἀπελύσας deprehendit, ἄνυσε, vel ἄνυσεν: licèt interim ab ἀμφὶ aliquis liberè permittat fieri? Illud quoq; quod adjicitur, de *Bimus* & *Trimus*, merum χρησφύγιον est. Nam per concisionem *Trimus* factũ est è *Triennis*; Poterant *Trinus*, ut elementum radicale maneret; sed impedimento erat *Trinus* à *Ter*; ut *Binus* à *Bis*. Ita nihil sine causâ castissima & venerabilis introduxit antiquitas. Ultimò, quia fundamẽto isti seu præcipuo, puta scriptionem Amnus pro annus, diffidunt; aliud quærunt latibulum, & malunt fieri ab ἐμὸν, pro σεμνὸν. E. quo trepidationem animi facilè quis colligit; quando ab orbita veritatis exceditur. Estq; illud argutius dictum, quàm verius, ut ipsi prævident. Id oque tàm facilè rejicimus, quàm facilè asserunt; & concludimus, quòd *solenne* scribendum pro *sacro ad amnem*; *solenne* pro *sacro annuo*, aut *festo*: Idq;

Idque propter originem, & Euphonian, & analogiam, & antiquitatem, & usum, & denique quia rationes imbecillæ sunt omnes, quibus aliam scriptionem nobis obtrudere satagunt. Nunc ad alia. Ab anno fit etiam *Bidens* pro ove, quasi *Biennis*, Nonio. *Duidens* pro *Bidens*, apud Festum. Ita *ambidens* apud eundem, quæ in utraq; mandibulâ dentes habeat. Ita & διόδων, apud Græcos, eadem causâ. Et quidem rectè. Eminentiores enim duos habet dentes ovis anniculæ: vel opilionum testimonio. Glos. sar: *Bidentes ἀπὸ τῶν βοῶν δύο*, ἀφ' ὧν διόδοντα αὐτὰ εἶναι.

Quidam tamen apud Agellium lib. 16. cap. 6. *Bidentes* nominantur, quia duos tantum dentes habeant. At ubi terrarum quæso te (inquit Agellius) duos solos per naturam dentes habere ovem vidisti? P. Nigidius in libro, quem de extis composuit, *bidentes* appellari ait, non oves solas; sed omnes bimas hostias. neq; tamen dixit apertiùs cur bidentes. In commentarijs quibusdã ad jus pontificium pertinentibus extat; *Bidentes* primò dictas literâ immissâ, quasi *Biennes*: tùm longo usu

loquendi corruptam esse vocem, & ex *biennibus bidentes* factum, quoniam id videbatur esse dictu facilius. Hyginus Julius appellari *bidentes* scripsit hostias, quæ per ætatem *duos dentes* altiores haberent. Contra Jos. Scaliger in concertè (inquit) *bidentes* erant hostiæ, quæ & *cornigeræ* & *duos dentes eminulos* haberent; in quâ sententiâ est Festus: etiamsi aliter disputetur apud Agellium. Hesych: κεραϊδες, τῶν προβάτων τὰ ἡλίκια τὰ ἔνδον ὀδόντας ἔχοντα. Aliter, ut puto, si carerent illis, ἀτελεῖς erant, & ad sacrificia ineptæ. Nam si *bidens* dicta est, quasi *Biens*, cur *bidentis*, non *bidennis*, aut *biennis* dicitur? Atqui magis aperit etymon, quod & *ambidentes* apud veteres vocarentur. Sed id requirebatur in hostia, ut dentes duos haberet cæteris longiores: quemadmodum & in tauro τελείῳ, ut diversa cornua haberet & patentia. Ab eo dicebantur *patales* boves. Plautus in Truc: Ego ruri hamaxani me mavelim *patalem* Bovem.

Anticum ab ante: ut *postícum* à post; & ἄϊκος, secundum nonnullos; mediâ utrobique productâ. *Postícâ*, lego in

in versu Catonis: Fronte capillata est, *postícâ* occasio calva. Non enim posthac, aut posthæc commodum. Et postica opponitur fronti, vel antico. Jos. Scaliger legit

- - *post est occasio calvæ.*

Hinc *anticum* rectè pro januâ usurparunt. *Antes* item ab ante. Hoc ab ἄρξι, quasi ἀμφιτοιχον; vel simpliciter ab ἀντὶ antique ἄντα. Glossar. *Antes*. οἱ τῶν ἀμπέλων τοῖχοι. P. Festus; *antipagmenta*, i. e. valvarum ornamenta. Idem: *antiæ*, muliebres capilli demissi in frontem, appellati ex Græco videntur. Quod enim nos contrà: illi dicunt ἀντὶ. Glossarium: *antiæ*. κόμαι ἀφ' ὧν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι. *Antiquum*, i. e. quod jam ante fuerit, pro *anticum*; aut mavis, quasi, *ante ævum*.

Antiquius est melius, Lucil. Cicero: alijs. Ita *sequius* est deterius: ut alibi diximus.

Antrum, ἄντρον. ὑπαντικῶς, i. e. sub antro, aut in antro versans. *Antruare*, i. e. σπηλεύειν; sicuti corrigit Jos. Scaliger Festum, qui *antroare*, pro gratias agere.

Aptus verbale est, quod plerique nesciunt. *Apiscor*, *aptus* pro adeptus Accio, Nonio, Plauto act. 4. sc. 1, Cap.

hereditatem *sum aptus* efferatissimam, i. e. adeptus. *Indipiscor* idem asin. act. 2. scen. 2. nunquam edepol quadrigis albis *indipiscet* postea. Festus: Comprehendere antiqui vinculo, *apere* dicebant. Unde *aptus* is, qui convenienter alicui junctus est. Ita Cic. facilius est *apta* dissolvere, quàm dissipata connectere. Virgil. axem stellis ardentibus *aptũ*. Lucret. quibus è fumus uniter *apti*. Idem: signisque ingentibus *apta*, i. e. connexa, ἠμοσμένα. J. C. Scali. apertè differit de origine lib. 4. de L. L. cap. 94. *Adipiscor* suum primigenium amisit. Dicebant enim *apere*, περὶ τὸ ἅπτεσθαι: unde *apex* & *Apes* & *examen*: cujus simplex non invenitur. Sic voce primariâ sed in *amento*: quod ab ἅμμα M. extrito. ἅπτω est ab Heb. אָפַר. *Aptus* procreat verbũ *aptare*, ceu frequentativum. *Ineptus*, i. non aptus: de quo idem Scaliger integram orationem subtiliter, & eruditè texuit, quæ Philologis commendata sit. Nam & Cicero præijt 3. de Orat. Ex omnibus (inquit) Latinis verbis, hujus verbi vim, vel maximam semper putavi. Quem enim *non ineptum*, is mihi videtur

detur ab hoc nomen habere ductum, quòd *non sit aptus*. Idque in sermonis nostri consuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid postulet, non videt: aut plura loquitur; aut se ostentat; aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet; aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus est, is *ineptus* dicitur. Muretus lib. 18. cap. 9. Var. Lect. Grammaticos habeo nauci, qui ineptè *ineptiam* dici vetant, ineptias jubent. Magis Terentius me movet: Ita me dij ament, ut video ego tuam *ineptiam*.

Apium, ἄπιον, Doricè pro ἤπιον. Alijs ab apibus, quæ ei plantæ maximè insuescant. *Apiastrum* non esse deminutivum ab apio (censet J. C. Scaliger cap. 95. L L) sed ab *apibus* ductum. Vnde etiam μελισσόφυλλον, i. e. apifolium dicitur à Græcis. Citraria enim est: quin ea *apium* neq; imitatur, neq; similis ejus est. At quod apiastrum est ab apio deminutum, sanè eò longè minus est. Verba Plinij sunt 20. libro. Nasci in Sardinia herbam silvestrem, Apij similem, quòd fit apiastrum, apio minorem.

E Salustij historia sumtum videtur. In Sardinia (inquit) herba nascitur, quæ *Sardonia* dicitur, Apiastri similis.

Apologus, *Apologia*, quid sit propriè, ex ἀπολέγω mediocriter constat. ἀπὸ, λέγω. Notum, quid τὸ ἀπὸ inferat. Superaddo tamē paucula è Scaligeri lib. 3. Poët. Est apologo narratio ficta de re quapiam cum attributione πάθους aut ἤθους, vel cum oratione, vel sine; ut ex eâ aliquid ad humana commoda designetur. Et pòst: ἀπολογεῖν est vero primoq; significatu refellere. Vnde defensiones, ἀπολογίαι dictæ, non quòd id designet verbum; Sed quia non potest defensio consistere sine refutatione. Non est igitur ἀπολογία sola, quæ etiam Philosophorum competit disceptationibus, quoties contradicitur. Factum tamen est alio usu, uti ἀπόλογος diceretur ea oratio, à quâ primus & verus sensus alij sententiæ accommodaretur, quòd ergo ab illo in hanc proficisceretur, iccirco ἀπὸ & λεγειν simul conjunxere.

Apollo, appellatur Platoni in Crat: ἀπὸ τοῦ βάλλειν πᾶς

ἀκίνας. Chrysippo, ὡς ἀχὶ τῶν πολλῶν. Cleanth. ὡς ἀπ' ἄλλων. Cornific. ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν. Vide lib. 1. Macrob. c. 17. Sat. Alijs verò non incommodè ab ἀπλᾶς; quia sit simplicissimæ naturæ. Idem dicitur *Læmius*, λοιμιῶ; à peste, quam sustulerit. *Jetius* ἰήτιος, ab ἰᾶσθαι, à sanando. *Pæan*, παιὰν ὁ παιών; aut παιᾶνα πάντας ἀνίας; J. C. Scalig. lib. 1 Poë. c. 13. acclamatio fuit *ἰὴ παιᾶν, ἰὴ παιᾶν*. Vnde nomen ei factum ajunt certis syllabis additis, παιὰν, παιάων, παιήων. *Delius* à δῆλος: quòd omnia illustrat. *Phœbus* φοῖβος; quasi φᾶος βίος; à calore vitali & lumine. *Phanes* à φαίνειν. *Lycius* à λύκη. *Thymbræus* quasi θεὸς ὄμβρου, i. e. ponens imbres. Plura apud Macrobium & Rhodig. 1. Antiq. *Pythius*, πύθιος: à *Python*, serpente quam jugulavit; πύθω, est σήπω.

Ovid. 1. Met:

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia *perdomitæ serpentis nomine dictos.*

Python ab Hebræo פִּתָּן i. e. Python, genus serpentis venenatissimi.

Aprilis, quasi *Aphrilis*, à spuma, quam Græci vocant ἀφρὸν, unde orta Venus creditur. Hunc mensem secundum voluit esse Romulus; cujus hanc afferunt fuisse rationem, ut primum quidē mensem à patre suo *Marte*, secundum ab Æneæ matre Venere nominaret. Macrobius lib. 1. Sat. cap. 12. Et pòst: Cum omnia *Verno*, id est, hoc mense *aperiantur*; arbores quoque nec minus cætera, quæ continet terra, aperire se in germen incipiant; ab his omnibus mensem *Aperilem*; sicut apud Athenienses ἀνθεστηριὼν idem mensis vocatur ab eo, quod hoc tempore omnia floreścant.

Ovidius 4. Fastor. accinit:

Nam quia ver aperit tūc omnia, densaq; cedit
Frigoris asperitas, fetaq; terra patet:
Aprilem *memorant, ab* aperto *tempore dictum:*
Quem Venus injectâ vendicat alma manu.

Aquam Græci dicunt ἀφύλλιον, ab ὕειν; quod à pluviâ nascatur. Plin. lib. 31. cap. octavo.

Aqua, cujus deminutivum *aquula* Plaut. Cur. Idem festivè vocat *aquam* Ampha. act. 2. sc. 2. *Animam putei*. *Aqua pluvia*: pro quo *pluvia* solùm usurpatur; sed revera est Adjectivum. *Pluvia*, *pluo* est à βλύω, βλύζω. Quod ex Heb. יָבַל fluxit, manavit, J. C. Scal. lib. 4. Poët. c. 47. cum esset *pluo* græcum vetus; addita consonante πλύνω dicunt. *Impluvium*, quà aqua fluit de tecto, Festus. *Impluviatus* color, à parietum rubigine, quam contrahunt è pluviæ defluxione. A βλύω est etiam fluo, fluxi, *fluctum*, in Prisciano; unde *fluctus*. Ademto C, *flutum*: à quo *flumẽ*, ut à motũ momen, à notũ nomẽ, à stratũ stramen. Fluxum verò hodiè in usu. *Fluxum* propriè, quod fluit ῥευστὸν. Cic. Fortuna fluxa. Salust. gloria fluxa. *Fluctus*, Græcè κῦμα, ab Heb. גָּמָא i. e. inundavit, fluctuavit, *Cumatile*, vestis est coloris marini, ac cœrulei, quasi fluctuum similis, ut docet Nonius. Cæterùm de etymo *aquæ* differit J. C. Scalig. Ex. 725. Non, ut ineptissimè Grammatici, quasi *sine qua* esse non possimus, vel *a qua* simus & vivamus: sed fuit vetus verbum græcum, ex quo & lavacro *Acheloi* nomen compositum est. (λαῦω à λάω: ἄχα fuit aqua) Sine ostentatione hanc eruditionem docuit nos doctissimus, maximusq; Poëtarum in 1. Georg. Idem repetit lib. 1. de L. L. cap. 28. χ transit in Q. Sic ἀχελῶος *aqua*. Omnis enim *aqua* dicta est ejus amnis nomine, & à lavando, quoniam erat ἀχελῶος: quod & Macrobius docuit nos, & Vibius Crispus: & non ignoravit doctissimus omnium Poëta;

Poculaq; inventis Acheloia miscuit Uvis.

Hæc ille.

Aqualis ab aqua; ut ὑδρεῖον, ὑδρία ab ὕδωρ. Vas destinatũ aquæ. Plautus Milit. Ibi erat bilibris *aqualis*, hic propter cados. Id. Cur: Viden' ut expalluit? datin' isti sellam, ubi assidat citò, Et aqualem cum aquâ? Deminuta sunt, *aquatius*, *aqualiculus*, Postea πόκος μεταφορικῶς est ὑδρία. Nam & urina est Aristoteli ὑδρωπικὸν ὕδωρ. Persius;

Pinguis aqualiculus - -

quia ut ex aquali funditur aqua, sic ab illâ parte urina, inquit Is. Causabonus. Item Theodorus Gaza imam inferioris ventris partem, Græcis ὑπόγαστον, aqualiculum dixit. Contrà Seneca, stomachi ventriculum. Cùm pervenit (inquit) cibus in ventrem aqualiculi, fervore concoquitur, tunc demum corpori accedit. Cæterùm aquæductus ὑδραγωγία: à traductione illâ per canales dicitur. ut *Aquagium*, ab agendo. & *quilegium*, à colligendo Plautus. *Aquilex* Varro; ab *eliciendo*, & *legendo*, nam & *aquilegis* dicimus & *Aquilices*, in Glossario. *Aquælicium*, cùm aqua pluvia, seu potiùs aqua quælibet elicitur. *Aquilus* seu *Aquulo* color, apud Plautum, est fuscus & subniger, ab aqua. Glossar. *aquilum*, μέλαν. Item *aquila*, & prænomen *Aquilij*, & *Aquilo* Ventus: de quo Rhodig. lib. 15. cap. 7. *aquilonem* ventum à vehementissimo, ac præcipiti volatu *aquilæ*, Latinis nuncupatum, eleganter ab Hieronymo *Scopam Viarum* dici advertimus.

Ara satis commodè ab ἀρὰ id est, supplicatio. *Altare* ab altitudine. Servius: novimus altaria esse superorum tantùm deorum, quæ ab altitudine constat esse nominata. *Arußex* nõnullis ab *ara* & *ſpecio*. alijs ab *haruga* id est, Hostia, quæ servatur in hara: *Haruſpex*, Glossar. *aruſpex*, βωμοσκόπος. Jos. Scaliger. in Con. *Ara* prius *asa*, ut Papisius, Valesij. *Asa*, quæ postea *ansa*, Vt tago, tango, pago, pango: mesa, mensa: tesus, tensus. Ita dicta, quod esset propriè foculus, qui manu portabatur, Vt ignitabulum. ἐχάρα. Græcor: βωμὸς id est, ara, fit ab Hebr. בָּמָה, בּוֹם.

Araneus, ἀρεχνης, ἀρεχνη: quidquid Græci commententur, sive ab ἀρέω, sive ἀνὴρ, sive aliunde: contra omnes scitissimè dictum existimo ab אָרַג: scilicet ob texturam. Ab ejus enim operis initium sumsit ipsa textrina: sicuti sutrina, cerdonica, à foliorum, & corticum operimentis: architectonica à vacuis naturâ specubus & nidis avium: à quarum cantu, ut & arborum sibilo, fistulatoria originem traxit. Lucret: Zephyri cava per calamorum sibila primùm Agrestes docuere cavas inflare cicutas. Quæ si diligentiùs revocentur à pri-

mo ortu & expendantur: certè, nec mira quorundam nominum videbitur ratio: Vt quæ nunc alia sæpè sit, alia fuerit olim. *volvenda etas commutat tempora rerum*: quidni etiam verborum?

Arbor, Prisciano lib. 6. à *robore*: alijs ab *arvo*: alijs aliunde: præ quibus attenditur J. C. Scaliger, *omnia magna loquens*, ut ait poëta: Plinius in 12. *fruticis* vocabulo pro stipite usus est. Credo, quia sit ejus etymon βρύειν, quòd primùm pullulet. Et sub finem: Nostrum Latinum à pullulatione. Hoc enim est βρύειν. Vnde *Bruges* priscis, quod nos *fruges* postea, ut *frutex*. Cultu verò postea in veram arborem attolluntur. Quod verbum ipsa profectò Latina significat vox. Est enim arbor τὸ ἄρρεν βίον. Ex. 139. Alijs *fruges* à φρύγω. id est, frigo, appellantur. Virgil.

Et torrere parant flammis & frangere saxo:

Videlicet ante inventum usum molarum.

Arceo, ἀρκέω i. e. propulso.

Arcitum & *artum*. Inde arctus & artus: ut farctus & fartus; sarctus: & sartus; ut vulgo, Valla lib. 6. El. c. 16. *arcere*, ait Festus, esse prohibere. Sed mihi potiùs videtur esse, vetare, ne accedant hi, qui veniunt. Verbo: *arceo* est propulso, quod Græcum notat, nec δυσφωνεῖ Hebræum עָרַק i. e. arcuit, pepulit. Ab arceo vulgo fit arcesso: Vt à capio, capesso, facio facesso. Alijs rectè ab *arcio* pro *adcio*, aut *accio*. Veteres enim *AR* pro *AD* utebantur: ut arventores, arvolare: pro adventores, advolare: ex Prisciano. Arcubiæ pro accubiæ. Et istud priori sanius. Glossar. *arcessit*, μετακαλέσατο. Ad Heren: *arcessitur* majestatis. Item *arcesso* capitis i. e. accuso. *Arx*, quia arcet. *Arcubiæ* pro excubiis in arce, apud Festum. Ab eodem est *arcus*; propellit enim. Item *arcanum* veteribus *arcere* erat continere etiam.

Arcanum, quod à conspectu hominum arcetur, & veluti *arcâ* clauditur. *Exerceo*, *exercitium*, *exercitio* priscè, *exercitus*: quia expellit & hostes profligat. *Porceo* est *porri-*

arceo. *Porcæ* appellantur sulci propterea, quòd *porcent*, i.e. prohibent aquam frumentis nocere. Itaque non est, cur à *porrigendo* aut *porriciendo*, aut quasi *projecta* dici existimes. *Coërceo* à cum & arceo. H, propter cōcursum vocalium aliquibus interponitur. Sed rectiùs omiseris, ut coinquino, coorior. J. C. Scalig. ex. 212. alius stupor est summa admiratio: hic est coercitio tantùm spirituum. Integrum est coercitio: post coercitio. *Arcerra* ab *ad* & *carrus*. Id erit ad verbum *Epiredium*, spuriâ & hybridâ voce. *Arcerra* pro adcerra, ut arvenire, arcedere: advenire, accedere. Nisi sit eadem origo cum *Arcirma*. Joseph. Scaliger in conject. Agell. l. 20. c. 1. Extat eadem vox in L L. XII. Tabul.

Architectus & *architecton* ἀρχιτέκτων faber lignarius. ἀρχιτέκτων, qui inferioribus præest operarijs: à τεύχω. Vnde τοῖχος & τεῖχος; aut ab Hebr. אֹתִיק, quod idem. Et חֵיק est propugnaculum. A τεύχω, fit τεύκτης id est, fabricator. *Teucrus*, nomen proprium. *Teucrion*, τεύκριον, herba ab inventore.

Arcturus, ἄρκτος: i.e.

ἄρκτε ἐφ' ursæ cauda. *Arctophylax*, ἀρκτοφύλαξ, Arcti custos. *Arctus*, ἄρκτος, ursa: scilicet sidus, à figurâ animalis. *Polus arcticus*, & *antarcticus* id est, δύο ἀκίνητα ἐξ ἀνάγκης σημεῖα, περὶ μένοντα, καὶ συνέχοντα τὴν σφαῖραν, περὶ ἃ ὅπως κόσμος κινεῖται, lib. de Mundo. Quanquam illa verba, si de cœlo, ut est extra sphæram armillarem, accipiantur; egent aliquâ interpolatione. Nam si in cœlo illa σημεῖα id est, puncta, aut ἔχματα, σγμαὶ, ut aliâs vocantur: utique etiam unà moveri oportet: quod videre est in quovis globo, aut cuspide. Si autem stellas modò moveri dicamus, cœlo ipso quiescente, non opus erit hac inquisitione; qua implicatus est Aven Rois, qui ajebat; polorum quietem esse tranſſumtivam. Sed ista ἀκροθιγῶς καὶ ὡς ἐν τύπῳ.

Ardeo, quibusdam est ab ἄρδω; sed significatio fronte apertâ contra nititur. Non ineptè aliquis conjiciat esse ejusdem originis cum *arduo*: si apud Græcos subsistendum: Quippe ardor & flamma petit superiora, sive aërem. Postea exemto medio factum est, *arco*.

Aridum postea *ardum* in Lucil. & Non. *Arena*, propter siccitatem, ab eodem. Græcorum verò ἀῠ́ς i. e aridus, sive siccus: ἀύω est sicco, splendeo, fit ab Heb. אָבַח sicut & ardeo à בָּעַר i. e. arsit, formaveris. J. C. Scal. c. 31. LL. *ardeo*, *arsum*, *assum*. Vnde *assare*. In probatis Rom. autoribus *assum* idem est, quod merum, solum. Vt vox *assa*, quæ sine tibijs. Tibiæ *assæ*, quæ sine voce: Et metaphora non abludit. Vbi quid aruit & tostum est, abit humidum: solum id, quod siccum, vel aridum, supereſt. Hinc *assum* pro mero, sive solo, quod sine aquâ aut humiditate. *Assare* tibicines dicuntur, cum canunt tibiâ, nullâ aliorum voce admistâ: sicut contrâ canere *assâ voce* dicuntur, qui nullis admistis Muſicis instrumentis, solâ voce canunt. Item *assare* quoque veteres poëtæ dicebantur, cum in unum solum hominem poëma condebant. Et illa poëmata dicta *assamenta*: Vt est maxima pars silvarum Statij: & olim Saliorum fuit. Erant etiam *assamenta* Janualia, Junonia, Minervia, priva poëmata & carmina, in singulos eos deos conscripta. Nonius *assam* quoq; apud veteres ait signifi. casse nutricem, item *assestricem*, ut vocatur ab Arario, quæ assidet fætæ. Nî potiùs sit à Græcanico ἄσσα aut ἄσσα de quo consulas Lexica probata. Sed & Jos. Scal. in conject.

Aretalogus mediâ produ. ctâ: Juvenal. Sat. 15.

Mo verat ut mendax, Aretalogus. - - -

Ab ἀρετὴ & λόγος: Vt sit, qui nihil, nisi virtutem crepat, ostentator, garrulus. Jos. Scaliger lib. 2. in Auſ: Doctissimus vir Adrianus Turnebus *Aretalogum* ab *Arete*, Alcinoi uxore, deducit. Si hoc verum erat, oportuit duas primas syllabas produci, quod falsum est. Vide igitur, quàm indigna tanto viro sententia. Et tamen, quia hoc narrat Vlyſes apud Alcinoum, putat propterea aretalogum dictum: quasi Juvenalis primus hoc nomen confinxerit & quasi ratio postulet, ut ab Arete potiùs, quàm ab Alcinoo dictus sit.

At ne nomen quidem Græcum est, quanquam ex Græcis vocibus compositum. Nomen, inquam, hoc confectum à Romanis, ut multa alia, *prologium*, *antelogium*, *propola*. Si esset Græcum, Græci usi fuissent. Romanorum igitur proprium, compositione Græcâ. Propriè circulatores illos Italiæ, qui in compitis mira de suis pharmacis promittunt, ita vocare potes. Neque aliter intellexit Juvenalis, cum Vlyssem comparat Aretalogo.

Argentum ab ἄργυρος: ἀργύλιον, παρὰ τὸ ἀργὸν, i. e. album. Dicitur *argentum aridum*, item complicatè *ardum*, respectu liquidi & fluidi: quod Græcis est ἄργυρος χυτὸς καὶ ὑδράργυρος, ab ὕδωρ, cujus fluorem imitatur. Pariter in linguâ nostrâ Germanicâ sumunt interdum τὸ *aridum*, item *durum*, ubi de pecunijs, aut monetis loquũtur. Nonius, argentum aridum exponit, purum, & lucidum. Alius, propter sonum, dici *aridum* putat. Vterque afferre jubetur exempla, ubi aridum sit, vel purum, vel lucidum, vel sonorum. ἀυτὸς ἔφα non sufficit.

Argentangina, factum more Græcorum, ἀργυρώγχη: i. e. φιλαργυρία. *Angina* ἀγχόνη, constrictio, dolor faucium, aut morbus, qui fauces ita constringit, ut non solùm non esitare, verùm neq; idem loqui possis. *Anchusa*, nomen herbæ, quæ nimiùm adstringit. Ἄγχω, stringo, Hebr. אָנַשׁ, i. e. angustavit, constrinxit: ex quo natum est Lat. *Ango*, *angor*. Vt enim lætitia in dilatatione cordis; ita angor, & tristitia in ejusdem compressione consistit. Agell. lib. 11. cap. 9. *Anctum*, ἀρχαϊκῶς. Glossar. *Ancti*, ἀγχάμδροι: *Anctos*; ἀναγκαδίτως. *Anctum*, *anxum*: inde *anxis*, ἀδυὼν; *anxium*, ἀνιώμενον. *Conquirere*, i. e. coërcere, ait Festus. Ad quod Josephus Scal. Legendum *coinquire*. vel *coinquere*. Vtrumque enim videtur usurpatum: *Coinquio* & *coinqueo*. Dictum veteri distorsione *coinquio* pro *coanquio*: *Anquire* à Græco ἄγχω: à quo *anquina*. *Cinna*: Atque *anquina* tenet stabilem firmissima cursum. Veteres ergo per Q dicebant, quod postea per G. Nam *anquere* prius fuit, quàm *anguere*. *Angustus* etiam, *angustiæ*, *angustare*, & simi-

similia ejusdem ortus. Item *angulus*: nì potiùs sit ἀγκύλος. Sed *anguis* est ab *ango*: quia se mirè strìngit, & in girum reflectit. Ab *anguis* est *anguilla*. Imitatur enim. *Angiportus*, i. e. angustus, vel angens portus. *Angeronia*, diva, cui Pontifices in sacello *Volupiæ* sacrum faciunt, quam Verrius Flaccus *angeroniam* dici ait, quòd *angores* & animorum solicitudines propitiata depellat, Macrob. lib. 1. Satur. cap. 10.

Argas, nomen serpentis, ἀργᾶς. *Argus* autem ἀργὸς homini, qui oculatus seu πολυόφθαλμος fuisse scribitur, nomen dedit, itemq; Græcis. *Argivus*, ἀργῖος. Pariter ut ἀχεῖος, *achivus*. J. C. Scalig. cap. 27. L. L. ἀχαιὸς, achivus. Æoles enim ἀχεῖος. Vnde etiam sine digammate invenias, *Aoheus*; quod ego non per diphthongum scripserim Latinis ai, sed per E, ex diphthongo Æolensium, ut Lycéum, λυκεῖον. Eos enim maximè sequimur. Hæc ille. Cæterùm utraq; scriptio probatur, pro ratione orig: *Achæus*, ἀχαιὸς, i. e. propriè ex Achaia oriundus; postea *Aheus*, ἀχεῖος. *Argilla*, ἄργιλλος seu ἄργιλος à sterilitate nomen invenit.

Arguo, ἀργέω; propriè ferior, cesso ab opere serio, ab α & ἔργον. Pòst reprehendo, castigo. Quibus abs re suâ otium, animusq; à labore alienus, aliena curant, eaque, nihil quæ ad se attinent, arguunt; præsertim in aliorum

-- *Vitijs tam cernunt acutum*
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius - - -

Hinc est *argutus*, *argutulus*, *argutari*, quod notat frequentiam. Cæterum ut à *moveo*, *motum*, *momen*, *momentum*: ita ab *arguo*, *argutum*, *argumen*, *argumentum*. Differt ab argumentatione. Illud est probabile inventum ad faciendam fidem. Hæc est argumenti explicatio. J. C. Scalig. lib. 3. Poët. cap. 71. Est *argumentum* corpus ipsum orationis; *argumentatio* forma ac vis, quâ constituitur argumentum. Quemadmodum fundatio & fundamentum, excretio & excrementum. Qui aliter accipiunt, abutuntur: pauci enim Latina purè loquuntur.

Aries, ex Hebræo, ut dicemus. Animal pugnax: & ab

ab hujus figurâ dicta machina bellica, *Aries*, & verbum *arieto*: sicut apud Græcos, κριὸς. Romani usi sunt, ubi in fugam verterunt elephantos Pyrrhi regis, quibus aries naturali ἀνδρηλασίᾳ adeò invisus, ut extimescant & fugiant. Hîc autem decepti sunt specie.

Aristolochia, ἀριστολοχία, herba mulierculis benè nota. Sic appellatur, quia sit τῶν λοχείων ἀρίστη, i.e. optima & salubrrima parturientibus. Turnebus: Nomen Cicero dicit ex inventore accepisse. In quo dentes calumniæ vitare nequijt. Clamant enim odiosè, herbæ nomen inditum ex eo, quòd puerperis sit salubris. Sed quid vetat & salubrem esse puerperis, & ab inventore Aristolocho nomen habuisse? Equidem puto, id Ciceronem in aliquo, qui hodiè non extat, scriptore legisse, non de suo esse commentum. Sed & Aristoteles à muliere inventam esse scripserat, teste Nicandri interprete: πύστιν δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναικὸς ἐυρηκέναι.

Arma, etiam *armum* in singul. Accio ab ἀρμὸς, unde & *armus*, id est, commissura brachiorum, ab humeris. Idque propter aptitudinem, & commoditatem. Vnde omnia, quibus nos tegimus & tuemur *arma* vocantur. Tullius pro Cecinna; *arma* alia ad tegendum, alia ad nocendum; qui quæ non habuerùt, *inermes* sunt, i. e. sine armis, ἄνοπλοι. *Armilustrium*, Festo ubi arma lustrantur ὡπλοκαθάρσιον. *Armea* ab armo, cujus erat ornamentum; deminutivum est, *armilla*: sicut aurea ab aure; orea ab ore.

Armenia. *Aram* est nomen filij Sem, Hebr. אֲרָם Inde regio *Aramia*, sive *Armenia* titulum accepit, sita versùs Orientem Judææ, deinde appellata *Syria*.

Arilator. Joseph. Scal. in Fest. meliùs scriberetur *Arrilator*. Non enim ab *Ara*, sed ab *arra* dictus. Est enim, qui emturiens data arra postulat sibi credi. Vnde à *cunctando*, *Cunctio* seu *cuctio* dictus. Nam veteres *cuctum*, quod posteà *cunctum*. Glossarij autor sequitur vulgarem scripturam, *Arilator*, ἀρίστης, βωμοφόρος, πεζαγματοδίης. Idem, *Arilator*, μεταβόλος, ἀγοραῖος.

Gloſſæ Iſidori: *arilator Cocio*, μεταβολεύς. Ibidem: Rectè definit Feſtus, *Coctiones* dici à *cunctatione*: quòd in emendis vendendisque mercibus tardè perveniant ad juſti precij finem. A Gallis vocatur *Barguigneurs*. Quare autem Agellius reprehendat Laberium, qui pervulgatè dixerit *Coctionem*, cùm veteres dicerent arulatorem, non video. Plautus enim in Aſin. uſus eſt. Itaque non eſt pervulgatum, neque, ut ipſe Agellius loquitur, proculcatum vocabulum. Hæc ille. Eſt autem *arrha*, *arrhabo*, ἀρραβών, purum Hebraicum עֵרָבוֹן Nam ſignificat *arrha* omne id, quo dato promiſsio confirmatur; à Radice, עָרַב ſpopondit, promiſit, res commiſcuit. Ex eodem fit etiam *Arabs*, ἄραψ, עַרְבִי *Arabia*, עֲרָב, à locis campeſtribus atque deſertis.

Arteria, ἀρτηρία, Ariſtoteli ἀφὸ τὸ ἀείρεσθαι τῆς καρδίας, quòd dilatetur cum corde. Alij πνεῦμα τὸν ἀέρα κρίνειν, quod ſpiritum vitalem contineat. Plinius vocat *ſpiritus ſemitam*. Agellius *ſpiritus conceptaculum*. Pollux, ὁδὸν δ' πνεύματος.

Intellige inprimis arteriam aſperam.

Artus, ἄρθρον. Inde Plauto, *Artua*; & *deartuare*, id eſt, artus dividere, diſcerpere. *Articulus* eſt deminutum ab Artus. *Articulatè*, i. e. diſtinctè, quaſi per articulos. ἄρθρον ab ἀρτάω vel ἄρω.

Arvina, *arbilla*, i.e. pinguedo corporis, ait Pomp. Feſtus. Ad quod Joſ. Scaliger: *Arvina* ſeu *Arbina*, non eſt quævis pinguedo, ſed ſevum tantùm. Gloſſarium: *arvina*, λίπος ἄνδρὸς σκληρός. Hæc enim eſt definitio ſevi. Eſt autem Siculum verbum. Heſych. ἄρβινη, κρέας, σκελοί. Legendum fortaſſe τέρας, non κρέας.

Arvum, *arva*, *hujus* arva, apud Nævium, Pacuvium, Nonium. Ab *aro*, ἀρόω, ἀρῶ, ἄρουρα. Vnde & *rura*, *rus*. Heb. חָרַשׁ aravit. Longiùs illi proſpiciunt, quibus ἄρουρα eſt ab אֲרוּרָא quod ſit maledicta. *Aratrum* ἄροτρον, aut rectius à ſupino, *aratum*: ſicut rutrum à ruendo. *Armentum*, quia culturæ agrorum primùs tantùm ſerviebat, quaſi *aramentum*. Virgil. boum labores. Ovidius:

- - *armentaq; bucera pavit.*

Servius: armenta dicta ſunt, quaſi armis apta. Sed caret analogiâ, quæ priori ſubvenit. Vt à levatum levamentum: à nutritum nutrimentum: ſic ab *aratum aramentum* & deinde *armentum*. Propriè de majoribus animalibus, quæ arationi deſtinantur; ut bobus, equis: non de ovibus, capris. Hoſtiæ *ambarvales*, quia pro arvis offerebantur. Feſtus, *Aruipendium*. Joſ. Scalig. in diras: In Italiâ perticis metabantur antiquitus agros. Propert. lib. 4. Eleg. 1. abſtulerat miſeras *pertica* triſtis opes. Barbari verò funibus, ut eſt in ſacris literis, & apud Herodotum. Poſtea hunc funem etiam Romanis *aruipendium* nominatum invenio. In veteri Gloſſ. peroptimo exponitur σχοῖνος γεωμετρικός. Quare cùm in Gallia diceretur *arpennium*, pro jugero: non puto magis Gallicam vocem eſſe, quàm Latinam, Gallis receptam, quaſi *arvipennium*. Sic Plautus: *diſpennere*, pro diſpendere. Etiam H. Junius legit apud eundem Comicum mil. glor. *diſpennite*, quod Nonius tractum ait à *pennis* & volatu avium. Nec diſplicet J. Gulielmio.

Aſcenas, i. e. Sacerdos ignis i. e. religionis & cultus divini antiſtes, ſive magiſter. אֵשׁ i. e. ignis, כֹּהֵן, i. e. ſacerdos, miniſter Eccleſiæ, à rad. כָּהַן, i. e. functus eſt ſacerdotio, miniſter fuit. Inde orti ſunt *Aſcanij*, quorum ſedes fuit in minori Aſia; ſed progreſsi ſunt poſtea in Germaniam unà cum Cimbris, & dicti ſunt *Teutones*. Sed & *Aſcenez* filius *Gomer*, exiſtimatur eſſe pater Tuiſconum à Judæis, qui uſque in hunc diem *Aſcenazim* nominant Teutones, ſive Germanos. Aſcaniæ mentionem facit Strabo, Geogr. lib. 12. Et Homerus Iliad. β. Ἀσκανίη θ' ἱππόδης. Euſebius item in Chron. & Hieronymus in Hebr. quæſtion. in câ eſt ſententiâ, Aſcenez peperiſſe vocem *Tuiſconis* poſtea *Teutonis*, Der Deudſchen. Quod ut adhuc clarius evadat, aliquot ſententias Eruditorum, de origine tàm *Teutonum*, quàm *Germanorum*, ſubjiciam: unde melius judicium inſtruetur. M. Lutherus vir Maximus: A Deud (inquit) i. e. Deus; dicimur nos Germani Deudiſch, & *Deuatci*. Sed Saxonicâ dialecto Dû-

Dísch, y Pythagorico, seu u Belgico. Nam in talibus omnibus vocabulis spectanda est Dialectus Saxonica, quâ olim tota Germania est usa. Ita Germani à Deo suo nomen sumserunt, quẽ Deud seu Dûd appellavere. Quemadmodum posteri se *Gottos, dixerunt à* Got, i. Deo, quem gut vocant etiam hodie illi ipsi Goti, nempe Dani, Suedi. Sed tota Germania Gott. Nam Goti fuerunt Germani. Sed quia tam Gott, quàm gut, accẽtu circumflexo pronunciatur, factum est, ut eosdem & Gætas per diphthõgum historici appellent. Et apparet hoc nomen Dûd manâsse ex Hebræ. *Dod* (דוד) quod significat avunculum, amicum, amorem. Ita antiqui & primi patres Germanorum Deum voluerunt nominare Dôd, i. e. amicum, amorem, avunculum: quemadmodum Israëlitæ eum Baal, i. e. herum, sponsum seu maritum vocabant. Sed nec ipsum Græcum Θεὸς longùm dissonat à voce Deud, si pronuncies Teuds. Julius Cæsar Scaliger in Orat. Hoc nomen nostræ gentis est ab autore Thuiscon, quæ vox nullius peregrinæ nationis

interventu contaminata in hodiernum usque diem durat. Hoc numen Terræ filium, sicuti Ethnici *Tagem*; ita hoc putârunt majores nostri, cujus proles fuerit *Man*. Vnde etiam nunc apud nos, quemadmodum apud Hebræos primi parentis nomen Hominem significat. Ægyptij sapientissimum quemq; Teuth vocitârunt. Idem ibidem: Adhuc *Alemani* & *Germani* dicimur. Vbi facessant Grammaticorum nugæ. Neque enim aut illi à Lemano (ut ajunt) lacu: sed quòd Allenman à fortitudine interpretabantur, ut quivis viro vir satis esse posset: aut *Germanus* Romanorum vox fuit, quasi quos Gallorum fratres dicerent: propterea, quod *Ger* integrum atque incorruptum significaret. Dresserus de Vrb. Germ. Germanorum nomen alij Latinum esse putant, quo sanguine junctus, verus seu γνήσιος significetur. Ex quo *germanitas* dicitur sanguinis communio, seu fraternitas. Quod versibus expressit Conradus Celtes:

Germanos vocitant Itali, Græci
sed ἀδελφεὸς.

Quòd fratrum soleant inter se vivere more.

Et revera antiquitus Galli simul & Germani communi nomine Celtæ seu Galatæ fuerunt dicti. Alij *Germanos* quasi totos viros seu viriles nominari existimant. Ibidem: ut Germani toti viriles: sic Alemani omninò nobiles & ingenui viri sunt nominati, per epenthesin literæ E quasi *Almani*: vel per syncopen, quasi *Adelmani*. Vtraque appellatio fortitudinem arguit. Lutherus: Mirum non est, linguam ab imperitis depravari. Nam nos vicissim, regnante barbarie, Latinam linguâ egregiè corrupimus. Eâdem ignorantiâ credo corruptum esse ipsum capitale nomen nationis nostræ. Verisimile est enim Latinos historicos falsos esse in litera H, & eam pro G inspexisse & legisse: vel etiam auditu non satis discreviisse, cùm fortis aspiratio H propinquè sonet literæ G. Igitur *Hermanniam* puto nostram nationem esse dictam olim: sicut & ille præstantissimus dux, qui Augusti legiones cecidit, perpe-

ràm *Ariminius* ab Italis dicitur, cum sit revera *Herman*, adhuc hodie vulgatissimum nomen. Est autem *Herman* vir exercitus seu dux belli. *Heer* enim exercitus seu bellum est: Vnde dicitur Heerfart, expeditio bellica. Inde *Hermanni, Hermannia*, id est, bellicosi, bellicosa. Idem vitium accidit Segesto, qui socer fuit Hermanni: pro Hengst, corrupta litera H. in S. Nam adhuc durat nomen cujusdam ducis Angrinorum apud Germanos Hertzog Hengst zu Engern. Hengst autem significat caballum vel equum bellicum, ut Hengst idem ferè sit, quod eques *vel Philippus*, puta virum equestrem. Et Episcopus Colonienſis adhuc hodie se nominat Ducem Angrinorum, Hertzog zu Engern. Malè *Angrivariorum* scribunt Latini. Et *Anglia* quasi *Angria* ab istis dicitur *Angris* seu Engern: Vnde & Anglia adhuc magna ex parte Saxonicam linguam habet. Hæc ille. Cui adjicio coronidis ineptæ ac ridiculæ loco opinionem Goropij è lib. 1. origin.

Cum nusquam (ait) *Garmanus* per primam in primâ syllabâ vocalem scriptum reperiatur; rejicio arrogantem illorum interpretationem, qui putant Germaniam totũ virum significare. Et pòst: *Ger* duo significat, desidero; & congrego, sive accumulo. Man verò vir dicitur. Vir itaque corradendi desiderio captus German propriè dicitur; ob quod se domo profectus in Galliam nomine suo Germani palàm præ se ferebant.

Aser à felicitate nomen habet: אָשֵׁר, i.e. felix fuit, beatus fuit. Ex quo etiam fluit אַשּׁוּר *Assur*, i. e. gressus aut incessus felix. Item *Assyria*, cujus gentis Assur origo est. Item ἄσσυρος, i. beatus, optimus.

Asinus, *asellus*, qui feliciùs exponatur, quàm per Heb. עָצַל non video. Non tantum enim literæ; sed etiam ipsa significatio examussim respondet. Quid enim pigrius asino? In primâ conjug. passiva formatur נֶעְצַל i. e piger factus est. *Asinarij* olim Judæi dicti sunt à Molone & Appione Alexandrino, quia aureum asini caput adorarent, eò quòd Mose duce asinorum beneficio invenissent aquas, ut refert Cornel. Tacitus lib. 21. annal. Sed nugæ sunt, quas Joseph. in antiq. refellit. Piscis etiam *asellus* nominatur. Vt enim asinus plagâ ad opus faciendum cogitur; ita ille nisi aqua & fuste probè maceratus, non potest coqui. *Agaso*, *agasonis*, i. e. agitator asinorum. *Onagus* apud Plautum in Asin. ὀναγὸς, ὀνηγὸς, Græcis est ὄνος: à quo nostrũ *onus*, sententiâ J.C. Scaligeri lib 1. de L. L. cap. 26. *onero*, *onustus*, *exonero*. Ni appetis Hebr. אָנַס, i. oneravit aliquem bibendo. Aut simpliciter עָמַס, i.e. imposuit onus. Vox asini propria expingitur à Latinis per literam stridulam, & deinde obtusam. Talis enim sonitus: *Rudo* antiquè etiam *Rudo*. Satis commodè, propter *I. Rudens* funis nauticus, atque grandior quidem: itidè à sono. Græcis est ὀγκάομαι: Sed Latino illo posterius. Imitati tamen sunt & fecerunt *Onco*. Hebræis est אָנַק i. e. vociferatus est cum gemitu. Item נָהַק est rudit. *Onager*, ὄναγρος, i.e. Silvestris asinus. *Oniscus* ὀνίσκος, idem quod ὀνάριον. Plinius lib. 29. cap. ult. *Onobatis*, ὀνοβάτης. Cumani, Plutarcho teste, fœminam, quæ in adulterio deprehensa erat, primùm in saxo publico positam, deinde asino impositam, in plateis circumvehebant, quam inde *onobatim* dixere. *Onocheles*, ὀνόχειλος, quasi dicas, labrum asini: *Onocrotalus* est avis à ruditu asini. κρόταλον, est crepitaculum. κροτάλος est garrulus Aristophani: κρότος, i. e. pulsus: κροτέω, pulso, quatio.

Asparagus, non quòd in *aspero* virgulto nascatur, ut Festo & Varroni placet: sed est ἀσπάραγος, ἡ ἀσπάραγος Atticè. Ab ἀσπὶς. *Asphaltites*, ἀσφαλτίτης, i. bituminosus. ἄσφαλτος est bitumen. ἀσφάλακες Suidæ κατ' ἐξοχὴν dicitur *Asphaltites* ille locus aut lacus, ubi Sodoma fuit: quoniam sulture & bitumine plenus ignem atque favillas ejiciat. Hegesippus lib. 4. Arsère terræ, ardent aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ cognoscuntur, atque etiam nunc manent.

Astarte, apud Phœnicas, inquit Varro lib. 4. Igitur meritò ejus quæritur origo Judaica. Ab alijs, quasi significet *coronam*, à rad. עָטַר i.e. circumdedit: Alijs est *Astoret* עַשְׁתֹּרֶת. componitur ex עַשׁ Arcturus, & תּוֹר i. e. ordo girans. Judæi asserunt significare simulacra, quæ habebant imagines ovium. Hinc ἀστάρτη, Syrorum Venus. Jos. Scalig. in Conject. *Astarte* ea est, quæ *Astarot* in divinis literis vocatur. Id Phœnicum linguâ sonat greges, κῆπ πῶ μῆλα: tanquam suspiceris dictam à victimarum multitudine. Ea colebatur à Sidonijs; sicut *Dagon* à reliquis Phœnicibus & Assyrijs. Græcis dicitur Δερκετὼ, κὴν Δερκῖλις: nimirum detortâ voce à Syriaco *Adardaga*. Significatio à pisce.

Astrum ἄστρον. Græcorum magistri discrimen hoc statuunt; quòd *Aster*, ἀστὴρ stella una sit; *astrum*, ἄστρον, signum è stellis coactũ. Quod si ad causam hujs statuti reddendam citantur, magis muti sunt, quàm pisces. Pro uno autem sumuntur ambo; nisi qnòd pluralis quandoq; numerus ingerat aliquam σωμάτρησιν, aut Sidus. Ab

ἄστρον

ἄστρον, vel ἀστὴρ faciunt etiam ἀστραπάω. Rectiùs ab Hebr. שָׁרָב, fulgur, lux, calor. Ex eo στράπτω, στραπὴ: postea ἀστράπτω, ἀστραπὴ, ἀστροπὴ, ἀστροπαῖος, astrapæus. *Astrum* verò, vel ἄστρον, ab אֵשׁ: quod astra sint πυρεινὰ. Cæterorum in hanc rem suffragia paulo post colligam. *Astræa*, ἀστραία: quia ab astris descendit, i. e. justitia.

Astus ab ἄστυ, quod urbem significat. Pomp. Festus: ab ἄστυ, in quo, qui conversati assiduè sunt, cauti, atque acuti esse videantur. Terent. An in astu venit?

Asylum ἄσυλον, immunis, tutus à præda; à σύλη, i. e. præda. Aut ab אֲשֶׁל i. e. nemus arboribus consitum sacris, ut istuc confugientes & adorãtes Deum salvi sint, & immunes à raptu & cæde. σύλη, συλάω à שָׁלַל. A συλάω, συλάω, pòst ἀπυλάω, est & Latin. *spolio*, prædor.

Atad Heb. אָטָד id est, Rhamnus, spinæ genus. Hinc etiam Aphris dicitur Atad, & in Dioscoride ἀπαδὶς, corruptè.

Ate, ἄτη, ab Hebr. אִיד i. e. infortunium, calamitas. Sic ἄσπ ab אָסוֹן i. e. damnũ. Item ἄχθος à דָּאַג i. e. solicitus fuit, doluit.

Athenæ; à Dea conditrice & patronâ: ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς: quod compositum est ex θεὸς & νοῦς: mens divina. Vel θεοῦ, τὰ θεῖα νοοῦσα. Inde est etiam num *Athenæum* pro loco, artibus & scientijs divinis frequentato.

Atrium, non ab *ater*, non à *terra*, non ab *Atria*: sed ab αἴθριον: quia fornice, amplitudine & ornatu repræsentat æthram. Vitruvius, facienda sunt vestibula regalia, alta atria. Glossarium *atrium*, μεσαύλιον, πυρὸς τοῦ *Atrienſe*, quod pertinet ad atrium: ut servus vel minister atrienſis: ita dicitur à manuenſis à manu.

Audio, græcè ἀΐω, i. ἀκούω. Nisi sit ab aure, quasi *aurio*, i. e. aure percipio. *Inaudio*, i. e. leviter audio. *In* subinnuit quandam στέρησιν. J. C. Scalig. c. 32. de cau. L. L. *Au* mutatur in E longum: *audio*, *obedio*; Vbi OB nihil detrahit, sed causam finalem dicit. Quibusdam *obaudio*.

Auris οὖς, ab *aura*, : quia per auram, tanquam per medium, sonos apprehendimus, ut Physici disserunt. Jos. Scalig. ita placet in conject ausculto: *auses*, & *audes*, & *aures* dicebant veteres. *Ausis*, οὖς, ὠτὸς, Creticè & Tarentinè, ὦυς, ὠὐτος, *auses*. Apud Hebr. est אֹזֶן. Et à יָקַח videtur esse τὸ ἀκούω. Cæterùm *aura*, αὔρα, compositum παρὰ τὸ ἄω. ἠμὶ ἵημι: spiritus fluens. Hebr. רוּחַ i. e. auram captavit. *Auriga* ab *aurea*, *orea*, i. e. vinculum, quo aures equorum ligabantur. Festus: *aureas* dicebant frenum, quod ad aures equorum religabatur: sicut *oreas*, quo ora coërcebantur. Dicitur autem *orea*, *aurea*: *oricilla*, *auricula*: sicut olla, aula: *ocha*, *aucha*, *auca*, quod ex articulo & voce Græca colluit, ὁ χάω. Est idem quod anser.

Aveo, ἔυχομαι, ab אָוָה avidè concupivit, desideravit. Vnde etiam εὖ, quia bonum appetimus; aut à יָטַב i. e, bonus, ἰὺς, ἰεὺς: הֵיטַב Aliud verò est *Haveo*, *have*: pro quo usitatè *Ave*, quod Pœnum est, ut Jos. Scal. con. annotat. Rectius tamen *Ave*, i. e. vive. Heb. est חָיָה i. e. vixit, viguit. Inde *Heva*: ab Adamo sic vocata, quod ê costa viventis facta mater omnium hominum futura sit. Ab *aveo* est *avarus*. Nigidius apud Agell. lib. 10. c. 5. appellatur, qui *avidus æris*. Subjicit Agellius: De avaro ambigitur, Cur enim non videri possit ab uno solùm verbo inclinatum, quod est *aveo*? At quia non affertur ab Agellio ἔυτυσις, tale nomen à verbo secundi ordinis solo esse, potiùs Nigidio astipulemur: quòd *avarus* sit *avens æris*. Nam *amarus*, quod ibidem addit, huc non quadrat, cum non verbalis sit originis.

Avernus, ἄορνος, ab ὄρνις: qui graveolentiâ aves supervolantes enecet. Lucr. lib. 6. Silius lib. 8. Virg. 6. Æneidos disertè scribit:

Quam super haut ullæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine avernum.

Auge

Augeo, αὔξω, ἀέξω, αὐξάνω. Ab Heb. יסף, i.e. addidit, προσέθηκε. Ab *auctum* est *auctionari* i. e. sub hasta vendere; scilicet propter lucrum auctius. Sic, *auctionem facere*, est publicè vendere bona. *Auctor* qui auget. Igitur differt ab *Autor*, quod vulgus negligit. Hoc est, qui ipse opus proprio marte molitur, αὐτεργός. Ab autor est *autumo*, non ex *ab*, & *æstimo*, ut Nigidius. Id est, dico, commemoro, recenseo, autor sum; apud Plautum, Agellium lib. 15. cap 3. Glossar. *autumat*, λέγει. *Autumnus*, qui auget nos fructibus, atq; frugibus; q. *auctumnus*, ut non pauci scriptitant. Quidam *Auctunus*, ut Portunus, Neptunus. Sed melius Auctumnus, ab auctū. *M.* enim remanet, ut Vertumnus. Et rectiùs est Portumnus. Neptunus verò Græcum. *Magmentum*, i. e. majus augmentum. *Augustus*. Festo locus sanctus, ab *avium gestu*, seu *gustu*, quia ab avibus significatus sit. Ennius:

Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.

Apud Suetonium. Alijs ab *augendo*: sicut & *Augustinus*. *Auxilium* (inquit Varro) ab auctu: cum accesserant, qui adjumento essent, alienigenæ. Plautus tangit Cist. a. 1. sc. 3. augete auxilia vestris justis legibus. *Macto* à mactum. Cicero: ferunt laudibus, mactant honoribus. Plautus: Dotatæ mactant & malo & damno viros. *Mactus*, i.e. magis auctus. Cum tus aut vinum fundebant super victimam, dicebant: *Mactus* est taurus ture aut vino. *Macte* habet significationē applausus, quasi re benè gesta. *Macte* novâ virtute, i.e. augere & erescere magis. *Macellum* quasi *mactellum*, à mactādis pecudibus. Quanquam pecudes non dicuntur *ἰδίως* mactari, pro jugulari. Verùm ex totâ illâ actione sacrificandi, penumque domesticam instruendi, à plebe dicebantur animalia *mactari*: cùm rectiùs occiderentur: contrà ipsa sacrificia & res domesticæ ab illis magis augerentur. Igitur aliud est loqui proprie cum eruditis: aliud cum plebe, quæ ubi plura alicubi concurrunt, unum cum altero confundit, & alium appellat cepas. Bene Virgilius 8. Æn.

– – tibi maxima Juno
Mactat, sacra ferens, & cum grege

grege sistit ad aram. Servius quidem ad illud: Sanè (inquit) ὕστερον πρότερον in hoc versu: primùm enim cum grege sistit ad aram, & sic mactat. At nimis ille audacter: ut alibi sæpius. Et primò quidem *mactatio* ponitur: quia ea actio tota. Deinde sequuntur, quasi partes, *sacre, grex, ara*. *Mactat*, i.e. Junonem, quia maxima, magis auctat, honorátve. *Magis*: nam ipse fert sacra; & quia cum grege. Et sistit ad aram: ut ritus sacræ illius actionis & religio & cultus indicetur.

Audax, à δαΐζω: scilicet τῇ μέσῃ τῶν στοιχείων, quasi *Audocs*. X nihil aliud, quàm C S. Ab audax *audaciter*: ut à felix feliciter, à tenax tenaciter; à ferox ferociter. Quod etiam Caper Grammaticus notat: Sic (inquit) audacter Latinum est: sed audaciter melius est. Quia nomina in X literam terminata, in Adverbijs ITER assumunt: ut atrox atrociter, velox velociter; & sic audax audaciter.

Avellana, ab urbe *Abella*, & *Avella*. Virgil: Et quæ maliferæ despectant mœnia Avellæ. Alijs à *vellendo*, id est, nux, quæ avellitur, ad differentiam ejus, quæ decutitur. Sed melius ab illâ campaniæ urbe nucum feracissimâ.

Aula, αὐλή. *Aulæum*, i.e. περίζωμα ἢ περιστόμιον, quo parietes aularum vestiuntur. Virgil:

. . aulæis jam se regina superbis.
Mant:
Pendula sustēdat paries aulæa – –

Servius putat ortum primitus in aulâ regis Attali. Propert. lib. 2. Porticus aulæis nobilis Attalicis. Aliàs Attalicum est idem, quod magnificum, grande, eximium: ab eodem illo rege. Horat: Attalicis conditionibus – – i. e. maximis. Scribitur autem rectè *Aulæa*, non *aulea*, quia Græcis αὐλαία; & propterea dicitur etiam hæc aulæa in Fœmin. *Aulicus*, αὐλικός.

Aurum, ab ἀυγὴς. *Thesaurus*, Θησαυρός, παρὰ τὸ εἰς ἄυγελον τίθεσθαι: Vel potiùs ab ἀυγὴς. J. C. Scalig. Exer. 78. *aurora* est tota Græca vox. Cujus postrema pars adhuc in usu est Græcis ipsis, ὤρα. Prior autem nobis tantùm, *aurum*. Illis non nisi in compósito, ἠοτωρός. Idem c. 91. L.L. Metallo & præviæ diei parti fulgoris nomen inditum

ditum est. Græcâ voce ἀυσηρὸν. Prisca enim est, quod testatur ἄυειον, scilicet sequens mane: quod & Germani imitati sunt, & Hispani & Itali. Hæc ille. Etiam autores ita describunt aurum ab illo fulgore. Pindaro, χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ. Virgilio, fulvum. Ovidio, micans. Apulejo, coruscans. Claudiano rutilum. Cæterùm ut à ferrum, ferrugo: Sic ab aurum, *aurugo*. Glossar. aurugo, ἰκτερος: *auruginosus* ἰκτερικὸς.

Austerus, αὐστηρὸς. *Asper*, J.C. Sc. in Theoph. de plan. quod Latini tàm durâ voce, quàm dura est tùm res, tùm Etymologia. Vox est agricolarum priscorum, sumta à terra, quæ est inepta cultui: παρὰ τὸ μὴ πρόσφατος: Vbi essent saxa & squalor. Græcum autem fuit τὸ τρῆν ἡμῖν ἄχθος. Vrbanè Democritus multangulum facit. Sanè verò tum serra, tùm linea, tùm spinæ multangulæ sunt. Et sapores *asperi* partes habent dissimiles & inæquales.

Aubtepsa, nomen ollæ æneæ. Cicer. pro Roscio: Ibi domus referta vasis Corinthijs & Deliacis, in quibus est *aut ipsa*, quam nuper mercatus est. Ibi pro aut ipsa, Eruditi substituunt, *Authepsa*, ut sensus ita fiat clarior. Ab ἀυτὸς & ἕψω, i. e, quasi ipsum coquens. Aut ab αὖθις ἤ αὖτε & ἕψω, i. e. iterum coquo; quasi sit Vas, quod imponitur mensæ ad rursus calefaciendum cibum. *Depsere*, i. e, coquere, à δεψεῖν, in Nonio, Varrone; sicut *clepere*, à κλέπτειν.

B

Babel, בָּבֶל, quòd ibi lingua confusa sit, aut mista. Vnde factâ literarum & significationis quandoq; mutatione, omnia idiomata & dialecti extiterunt. Vbi, ridicula dicam, an misera sciolorum ignorantia, addo, & pertinacia. Illicò, tanquam arbitri scilicet & dictatores, illa omnia etyma abjiciunt, in quibus literæ paululùm varientur; salvâ interim significatione. Dicant, an non vocum integritas sit, superstitibus pariter literis omnibus? Intelligo literas, non ut scribimus, sed ut eloquimur. Dicant necesse est. Ergo contradicunt illi, cui neq; debêt neq; possùt: nempè ipsi Deo. Aut admittant mutationem. Quam & qualem? Certè significationis interdum, & literarum. Ergo hæ mistæ, transpositæ, inversæ, abjectæ, adjectæ fuerint per initia oportet. Igitur vel Latini, vel Græci, vel Germani, vel alij hac viâ regredimur ad primũ idioma. Mista sejungimus: transposita restituimus, suo quodque loco: inversa convertimus: abjecta reddimus, & denique adjecta tollimus. Aut si aliam confusionis rationem norint: nobiscum communicent.

Bacchus, βάκχος. A clamore, seu vociferatione. Aut, quod malunt alij, à βάζειν, à furore. A quo Polluci & Hesychio est & *Bassareus*, βάσσαρος apud Orpheum. Titulus Bacchi. Dicitur etiam *Brisæus*, à βρίθειν, à gravando corpus, Vel à βρίζειν, i. e, prævino aut potu dormire, ut Gyraldus notat. *Phlyus*, à φλύειν τὸν οἶνον, quòd vinum lætificet. *Dionysius*, Platoni in Crat. & alijs quasi διδοὺς οἶνον. παρὰ διδόναι τὸν οἶνον: vel quia Διόνυσος, λ in N: quòd solvat animum curis. Macrobius dici vult à Physicis, quasi Διὸς νοῦν, i. e. Jovis mentem. De cæteris appellationibus alibi. Tantum hoc è J. C. Scaligero observes: l. 1. Poët. cap 46. *Dithyrambus*: In Liberi patris honorem Dithyrambum factitari solitum. Quippè bis natus, bis exivit è naturæ principijs, tanquam binas fores transmiserit. δὶς θύρας ἀμείβων, aut ἄμφα ἰὼν. Alij curiosiùs, à Nimphis excogitatam acclamationem parturienti coxæ Jovis, λῦθι μάμμα: quasi *Lythirambus*, ut est apud Pindarum.

Baculus & *Baculum*, βάκτρον. Demin. *bacillus*: quod de se format *imbecillis*, i. e. sine baculo, ut *inermis*. A senibus, qui operâ scipionis destituti labascunt, & infirmi sunt. Horat lib. 1. Ser. posthabitâ orig. secundam produxit: *Imbecillis*, iners, &c. Nisi excuses per figuram, qualis in *relliquiæ*. J.C. Scal. in Farrag. contrà fecit: Æger, aridus, *imbecillis*, expes. Vt ante eum Prudentius: Et *imbecilla* infantia. *Vacillo*, si Nonio credimus, ductũ est itidem à senibus se baculo allevantibus & sustinentibus scipione:

Vacillo, quasi *bacillo*, ut cantillo. Nam B & V affinia sunt. Aut ab Heb. בּוֹק i. e. vacillavit.

Balæna, φάλαινα: ex Hebr. בָּלַע i. e. absorpsit bolum, devoravit. Aliud autem est *Phalæna*: scilicet parvum animal candelabris advolans, quòd *pyrausta* & *Pyralis*, teste Plinio lib 11. c 36. nuncupatur & *psora*. Dici verò *Phalænam* volunt περὶ τὰς φῶς ἁλωσιν, i. e. quia ad lumen ceu assiliat. Sunt qui Rhodiorum vocabulum esse Phalænam existimēt. Rhod. lib. 7. & ita tamen originis Græcanicæ.

Balneum, & *Balineum*, βαλανεῖον. A βάλλειν τὰς ἀνίας. Hinc λυτρὰ ἄκης πόνων παντοία sunt Athenæo.

Balsamum, τὸ βάλσαμον. *Opobalsamum* ab ὀπὸς, i. e. succus: Plinio est *oleum balsaminum*. *Carpobalsamum* à καρπὸς. Fluxit ab Hebr. בַּעַל שֶׁמֶן propter eximiam nobilitatē. Id est, dominus, seu princeps olei. A Radice שָׁמַן i. e. pinguis fuit. בַּעַל i. e. dominus, *Baal*: nomen idoli, quod instar dei, aut domini amaverunt & veneranti sunt. Radix est בָּעַל i. e. amavit.

Balthasar, i. e. dominus militiæ princeps, בַּעַל i. e. dominus, ma itus. צָבָא i. e. militia, exercitus. A Radice צָבָא id est, militavit. שַׂר i. e. princeps, à Rad. שָׂרַר i. e. principem egit.

Bamma, βάμμα: *Embamma*, ἔμβαμμα: à βάπτω tingo, item abluo. *Baptismus*, βαπτισμὸς, i. e. immersio, item ablutio, adspersio: ut Græci scriptores utuntur. Etiā Mar. 7. insignis exstat locus, βαπτίζωνται, βαπτισμὸν esse lotionem: καὶ ἀπ' ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν. βάπτω ab Hebræo טָבַע i. e. mersus est.

Bandophorus est, qui signum fert: compositione, ex Græco & Germanico sermone desumtâ. φέρειν enim est ferre. *Banda*, Band Germanicè. Germani enim pro signis Romanorum fasciam hastæ alligatam in exercitu habuerunt, & signum hoc *Bandam* nominarunt, indicantes omnes qui sub eodem signo militant, arctiss imò esse vinculo colligatos. Nobis

bis *Bandophorus*, Banderherr dicitur, quasi dominus *Bandæ*, i. e. præcipui signi. Apud Procopium lib. 4. de bello Vandalico: & Gorop. lib. 2.

Barathrum, βάραθρον, à βαρὺς. *Balatro* inde: priùs *Baratbro* i. e. dignus barathro: vel dignus qui eò præcipitetur. Et hoc ex jure Atheniensium, qui maleficos in barathrum, ut Lacones in καιάδας, conjiciebant. Alii ducunt *balatronem* ἀπὸ τῶν βλαπτειν. *Barbarus* βάρβαρος. J. C. Scaligi Ex. 51. ad Cardanum: inter subtilitates tuas cùm eam *barbariam* voces, reddendam tibi censeo rationem. Soli namque Numidæ legitimâ voce Arabibus *Elbarbar*, quòd apud eos murmur significat, nominantur. Et *barbar* est murmurare. Quippe hoc est eis objectum ab Arabibus, propterea, quòd utantur inculto sono. Quanquam equidem à desertis ita dictos reor. *Barbar* enim Arabicè desertum. Arabes verò suos, quorum inepto ingenio, atque sinistrâ locutione patriæ linguæ deliciæ vitium conceperunt, non *barbar*, sed *mustеb geme*, i. e. quod ajunt Græci βεβαρβαρωμένους, nos depravatos. Idem in

Theoph. de pl. solum in Africa subest udum, quà arvum est. Sola namque ora maritima fertilis, cætera vasta est. Vnde & *barbaria*. Quia *Bar* eorum linguâ desertum significat: more Hebræo *Barbar*, valde desertum. Vbi apparet nugatoria Perotti derivatio, qui barbaros à *barba* duci autumat. Apud Hebræos est 1. Reg. 4: בַּרְבָּרִים i. e. galli silvestres, & barbari, secundum Rab. David Kimhi. Talmud exponit aves saginatas, & purgatas, quæ afferantur è Barbaria Rad. est בָּרַר. id est, purgavit, purificavit. Et hinc faciunt nonnulli τὸ βάρβαρον, *Barbiton* & *Barbitos*: sicut βάρβιτον & βάρβιτος. Etym. tradit vocari quasi βαρύμιτον, quia βαρεῖαν τὴν φωνὴν ἢ τὴν ἁφὴν: & quidem per μίτους, i. e. nervos, stamina: Theocritus vocat πολύχορδον.

Bardus, βαρδὺς, βραδὺς μεταθετικῶς. i. e. tardus, qui cōtradistinguitur celeri. Latin. verò *Tardus* agnoscit ortum Heb. טָרַר tardavit, protrusit jugiter. Propriè dicitur de stillis, quæ guttatim cadunt, & tam copiosè, ut

una alteram quasi propellere videatur. Igitur inde quoque est παρίτιλλω : de quo alibi.

Bartholomæus, βαρθολομαῖος : & *Bartolomæus*, πτολεμαῖος. A בַּר filius : & πτόλεμος sive πόλεμος, bellum. *Ptolemæus* bellicosus. Nec mirum, diversarum gentium nomina invicem communicata, aut mista. Idem hodieq; fieri videmus. Causa est vel vicinitas, vel conjunctio, & commercia. Cùm igitur res mutuò permutentur; unà etiam voces necesse est. Hæ enim sunt notæ rerum : & in contractibus necessariæ, ut in totâ vitâ. Etiam *Bartimæus* βαρτίμαιος, vox ejus generis. Hoc est, filius Timæi. Item *Barjesus*, βαριησοῦς. i. filius Jesu. Act. 13. Sed de nomine *Bartolomæi* : sunt, qui integrè ex Hebræo consutum existimant. Scilicet à בַּר, filius : תָּלָה id est, suspendit in altum, extulit & à מַיִם id est, aquæ. ut *Bartolomæus* sit, Filius attollens is aut suspendentis aquas, id est, DEI. Quod etymon sane probabile. Nec obest tamen nostræ sententiæ : Linguas invicem commutari solere : ut passim ostendimus.

Basilius, id est, regius : βασιλικός, βασίλειος : à βασιλεύς. *Basiliscus*, βασιλίσκος. Quidquid enim splendidum & imperiosum erat, *basilicum* dicebant, ut apud Plautum in Poen : *basilicè* ornatus. In Capt : *basilicæ* edictiones. Et *Basilio* vulgus corrupit *Blasius*. βασιλεύς. est à *Baal* id est Dominus. Aut à מָשַׁל i. e. imperavit. Sicut ἄναξ ab עָנַק id est torques, item dux aut princeps torque ornatus. Inde etiam *Anakim* in sacris.

Batus, βάτος, est ortus Hebræis. Siquidem בַּת est nomen mensuræ liquidorum, diciturque à concavitate, seu profunditate. A Radice inusitata בָּרַת quæ cognationem habet cum בָּרָה id est, vastitas profunda.

Batus, βάτος, ab Hebræo בָּטָה id est, effutivit, blateravit. βατταρίζειν est futiliter nugari. Ita & *Batalus*, βάταλος, i.e. mollis, fit à בָּטַל id est, mollis, aut hebes fuit.

Batuo, βαλλίω. Formatur, ut ἰρέω, ἰρεύω; χέω, χεύω, ita βατέω βαλλίω à βάω βῆμι, quod ex Hebræo. Itaque *Batuere* propriè nihil aliud, quàm ire,

ire, vadere. Postea vel ad Venerem, vel ad pugnas, vel alia transfertur : ut Latinorum coire, inire. Jos. Scal. Cùm singulari congressu duo se exercebant, locus *Batualia*, ipsi *batuatores* dicebantur. *Batuere* enim ferulis velitari, aut verberare : ut apud Suetonium in Vespasiano legimus. Tamen Cicero posuit inter μαχήσασθαι in eruditâ illâ epistolâ ad Pætum. Quia Syracusanè βαλλίειν dicebatur, cùm mas init fœminam. Theocritus :

— Οὐκ ἐσορᾷ πὸς μαχάδας, οἷα βαλεῦντες.

Baxeæ, calceamenti genus, ut Lipsius 1. Elect. 13. ex Spartiano & Apuleio docet. Fran : Junius in Pallio Tertul : *Baxeæ* (inquit) crepidæ sunt, ἀπὸ τῆς βάξεως : sed Philosophis speciatim attributæ. βάξις à βάζω.

Belleropbon, quasi βελλὴν φέρων. L additum, ut sonus fit robustior. Nec deest autoritas Homeri, quæ etymon confirmet. Vocat enim ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα βελεροφόντην i. e. bona cogitantem, sapientem Bellerophontem.

Bellum. Quinctil. l. 1. In-

stit. B quoque in locum aliarum dedimus aliquando. Unde *Burrhus*, & *Bruges* & *Balæna* : nec non eadem fecit ex *duello bellum*. Unde *duellos* quidam dicere *bellos* ausi sunt. Asstipulatur J. C. Scalig. l. 3. poet. c 90 : *Bellum* dicunt, quòd minimè sit *bellum*. Nos, quia initio fuit *duellum*, à *duobus*. Nam licèt multi sint milites; duæ tamen partes sunt, & inter duos tantùm primum bellum fuit. Apud Lucret. est *duellica* proles; pro *bellica*. *Duellona* pro *Bellona* apud Varronem. *Imbellis*, à bellum, cum IN στερητικῷ. Glossar : Imbellis, ἀπόλεμος. *Duellum* apud Horatium. A *bello* faciunt *belluam*; quia bellum sit indignum hominibus, & quia Natura feras armâsse videtur potiùs, ad prælia & concertationes, cornibus, robore, celeritate : non hominem. Quidam à *Bestia* malunt. Illis Cic. 1. off. suffragatur : Temere in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam, & *belluarum* simile est.

Belus Heb. בֵּל est nomen idoli Babylonici. Cœl Rhod. lib. 1. sunt qui *Belum*

(inquit) .i. βηλὸν esse astrorum ac ætheris ambitum prodant: alij supremum, omniaque circumplectentem aëra: nonnulli secundum Dryopas etiam olympum: Chaldæi cælum prorsus eo nomine intelligunt. Signat & *Belus* pavimentum παρὰ τὸ βαίνειν i. e. ab incessu, sicut placuit Eustathio. Inveni & pro januæ limine dici Belum, quem etiam φλιὰν vocant. Sunt qui Phœnicum linguâ solem dici opinentur *HEL* unde dicatur *Helios*; qui mox & *Belus*. Colebatur apud Syriæ Apameam (inquit Dion.) Jupiter cognomento *Belus*, qui Severo adhuc intra privatum se habitum continenti Homericè respondere rit. Autor est li. 3. Diodorus Jovem à Babylonijs Belum dici. At quidquid alij: verissima origo vocis *Beli*, aut *Bel*, est בַּעַל, dominus: de quo paulò ante. Aut אֵל, deus. Nam & diabolum honore divino affici voluisse hodièque velle, cognitissimum.

Bes appellatum est, ait P. Festus, quod *bis triens* sit, quamvis dura compositio fiat *bessis* ex triente. Ad quod

Jos. Scal. Inepta Etymologia & morosa. Prius *DES* dicebatur, ut *duonus*, *bonus*; *duellus*, *bellus*. Autor Varro. *AS* ita in partes suas secatur, vel tribuitur: ut ab unciâ ad octo fiat partium incrementum: ab octo ad duodecim fiat deminutio. Cùm ergo ad octo perventum est, tunc *de asse* deminuendum in ratione partium ineunda. Non enim ut antè, quadrans, triens, semis dicitur: quæ unciarum adjectione incrementum capiunt: sed *deest uncia*, *deest sextans*, *deest quadrans*, id est, *deunx*, *dextans*, *dodrans*. Ergo ab octo de asse deminuitur, unde *Des*, *dessis* dictus primùm à veteribus. Et hæc est vera Etymi ratio.

Beta dicta, autore Columella, quòd figuram literæ B referat.

Sed litera proxima prime
Deprimitur folio viridis, pede candida Beta.

Martialis appellat *fatuam*. *Beta*, βῆτα est ab Hebræo בַּיִת ב id est, domus quam

quam figura quoquo modo imitatur. Inde etiam *Bethel* id est, domus DEI. אֵל DEVS: *Bethlehem*, domus panis. בַּיִת domus לֶחֶם panis. Radix לָחַם id est, comedit, incidit dentibus.

Bicus, βίκος, βικίον, exponitur vas, urna. Hebræis est בַּקְבּוּק id est, vas vacuum. Inde enim nomen. Alexandrini vocant ejusmodi vas *Baucal*. Et apud Italos est *Boccal*: ut ità mistio linguarum ubique appareat. Ni malis à *poculum* facere Italicum. E Latio enim pleraque omnia.

Bdolach בְּדֹלַח: lapis preciosus albissimi coloris: hinc est *Bdellium*, βδέλλιον, de quorundam sententiâ.

Bigamus, ut *monogamus*, à γάμος: παρὰ τὸ γάννυσθαι ἅμα, aut παρὰ τὸ ζώννυσθαι: non à δαμάζειν, quasi δάμασις, ut putabant. Finis enim potior. Apud Hebræos est עָגַם id est, arsit amore, aut blandè complexus est. Item חָמַם est amore arsit, incaluit: unde etiam חָם id est, socer.

Blæsus βλαισὸς à βλέπω. Nec ad linguam tantùm, sed etiam ad alia membra transfertur. Pariter & *Mutilus* integrè ex Græco μίτυλος μύτυλος id est, cui deest pars.

Blennus, βλέννος βλεννώδης est muccosus. βλέννα mucus. Metaphoricè blennus idem est, qui stultus. Plaut. Bacc: stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Veteres etiam *Plennus* pro blennus: ob cognationem B & P. Lucillius: Deblaterat plennus, bonus rusticus concinit unà. Nam & Græci scribunt πλῆννα, pro βλέννα: item πλῆννεργος. *Blepharo* à palpebris: βλέφαρον παρὰ τὸ σὺν τῷ βλέπειν αἴρεσθαι. Aut quasi τὸ βλέπος φάος: quia oculi, aut visus, tegimentum sit.

Blitum, βλίτον, genus oleris, à stupore saporis appellatum: è Græco βλὰξ, id est: stupidus, Festo. Alijs quasi βλητὸν id est abjiciendum ob vilitatem. *Blitcus* id est, inutilis, ac stultus, ab herbâ illâ nullius ferè usus, Plauto, Nonio. Ἀ βλὰξ est *blatero* id est, stultè & percupidè loquor: item *deblatero* βλάκτω, sunt stulti apud

Nonium. Nonnullis *Blatiero* placet: sed apud Latinos quantitas repugnat.

Horat:

Audit cum magno blateras *clamore* - -

Aliud est πλᾶξ πλακὸς, quasi πλατικὴ ξ, i. e. quod in latitudinem extenditur, ut tabula, à πλάτος. Significat etiam crustas, & panes latiores, ac tenuiores in modum crustarum. Inde *placenta* πλάκες. A πλάτ⊙ aut πλατὺς fit *Latus*, Latinum: π abscisso: eodem retento *Platanus*, πλάτανος: est enim πλατύφυλλος. *Platea*, πλατεῖα, adjectivè: subintelligatur *via*. *Plato* ab Aristone Palæstrita apud quem se exercuit in palæstra, dictus est ob latitudinem humerorum: cùm priùs ex avi paterni nomine vocaretur Aristocles. *Platæa* seu *Platææ*, urbs in Bœotia, itidem à latitudine; ut Betuleio videtur.

Bohemia, quasi *Bojohemia*. Propterea illam regionem Paterculus nominat *Bojohemum*: Tacitus *Bojemum*. Videlicet à *Bojis*, qui ab Alpibus descendunt in planum, priùs occupatâ vicinià Mediolani usq; ad Rhetos. Strabo lib. 4. Ptolemæo dicuntur βαῖμοι: Straboni verò κορδοῦλοι.

Boius Jos. Scalig. ad Festum: *Boia* propriè collare. Gloss. κλοιὸς. Errat Brodæus (Misc. l. 2. c. 10.) qui *boiam* eandem facit cum taurea: cùm taurea sit scutica. Alludit Plautus Cap. act. 4. sc. 2. *Boius boiam* terit. Nam *boiam* accipiendum pro collari: cùm tamen qui hoc dicit, vellet accipi, tanquam si dixisset, ipsum Gallum cum Galliâ cubare. Notum n. Boios esse Gal. Gloss. *Bos*, βοῦς. *Boi* ἐντεῦθεν οἱ Γάλλοι Itaq; descendit *Boia* & *Boiæ* à *Bos*. Est enim genus vinculi è corio boum. Plautus in Asin: carcores, numellas, pedicas, *boias*, tortoresq; acertimos. βόειος & βόε⊙ est bubulus: βόβαλ⊙ *bubulus*, βοῦς βοείη, est lorum è corio bubulo factum. Itaq; translatè erit collare, ut ajebat Scaliger. *Bos* Græcum planè, βῶς Doricè pro βοῦς. *Bos* utrumque sexum notat. Vnde deminutivum *Bucula*. Vt sucula à sus; ita *bucula* à *Bos*, *Bus*, βοῦς. A quo *Bubus*, ut à sus subus apud Varronem, Lucretium, alios.

Ovidius:

Nil profecturis litora *bubus* arat

Substituunt aliqui, *Bobus*: ut probent, Bobus priori longâ. Sed vacillant. A Bos obliqui omnes corripiuntur. *Bus* verò fermè desijt: nisi quòd composita undique ostendant. *Bubsequa*, qui boves sequitur. *Bucæda & Bucida*, qui cæditur loris è corio boum, Plautus. *Bubulcus*, à bus, βᾶς; ut subulcus à sus: apud Græcos συβώτης à βόες. *Bubulcitare*, pascere aut curare boves. *Bucolica*, βουκολικὰ, à bobus: sicut αἰπόλια, à capellis, quasi αἰγοπόλια; συβώλια à suibus. *Bucera* fecula; Lucretianum. i. e. boum. Non dubito, quin sit à βούκερως, i. e. bubula habens cornua. *Bures*, nomen Virgilianum; βοῦτης, bubulcus. *Bocas*, piscis genus: à boando, Festus. *Boo*, βοῶ, βοάω: vocis æmulum, propter vocalem illam boatui accommodatam etiã à naturâ ipsâ. *Bosphorus*, aut elisso H, *Bosporus*, βόσπορ⊙; ἀπὸ βοὸς καὶ πόρου: quod vel bos trajicere natando possit. *Bupresis*, animal simile cantharidi, κατὰ τὴν ἰδίαν καὶ τὴν δύναμιν, ut ait Galenus. A πρῆσαι βοῦς, quod inflammet boves. *Busiris*, à βοῦς & σύρω. Tanti erat roboris, ut solus traxerit duos boves. *Butyrum*, βούτυρον: à τυρὸς. Quasi bovis caseus, aut è lacte pinguedo. *Buris* sive *Buris*: pars aratri posterior, quasi βοὸς οὐρά, quòd ad similitudinem caudæ bovis sit curvata. *Hecatombe*, ἑκατόμβη, sacrificium centum boum: ἑκατόμβοι⊙. Strabo: à Laconibus primùm institutum hoc sacrificium, qui cum olim centum præessent urbibus, centenos quotannis boves, pro centum civitatibus, immolabant. Ilib. 3. Et Statius in Geneth. Lucan.

Centum Thessiacis odora lucis
Stent altaria, victimæq; centum.

Boletus, βωλίτης, à βῶλ⊙. Vnde etiam Latinorum *Bolus*, i. e. cujusq; rei pars, aut frustum. Aliud est βόλ⊙. *Bolus*, i. e. jactus: à βάλλω: βολὶς, *Bolis* jaculum. Vt *Boletus* à Græco: Sic etiam *Fungus*, non à funere: ut ineptiebat. *Fungus*, *Sfungus*, à σφόγγ⊙, quia spongiosa illius materia. σφόγγ⊙ pro σπόγγ⊙: Atticè σπογγιὰ, *Spongia*, *Sfungus*.

Boreas, βορέας à βοᾶν & ῥεῖν. Aut à βοῦ, quæ est particula augens significationem, à magnitudine bovis. Agell. lib. 2. cap. 22 : *Boream* putant dictum, ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam sit violenti flatus & sonori. Virg. 1. Georg.

-- Boreæ penitrabile frigus adurat.

Istud animi causâ hîc obiter videndum. Quî enim Boreæ frigus urat? Annè sit calidum? Ita quidem Servius censet. Verba audiamus : *Et frigus caloris initium & summus calor frigoris est principium. Unde quasi unus effectus est & frigoris & caloris.* Sane quot hîc verba, tot errata. Vel παῖδες φυσιολόγοι animadvertant. Aliter nobis Poëta explicandus : quem tutatur etiam συμφωνία aliorum. Tacitus : Multorum artus *ambusti* vi frigoris, & quidem inter excubias exanimati sunt. Lucanus :

Vrebant montana nives.

Xenophon : ὧν δὲ χιὼν πολλὴ, καὶ ψυχρὸς ἄτης, ὥστε τὸ ὕδωρ ὃ ἐρρυηλο ἐπὶ δεῖπνον, ἐπάγνυτο, καὶ οἶνος ὃν τις ἀχρῖοις. καὶ τῶν ἐπλώων πολλῶν καὶ ῥῖνες ἀπεκόπησαν τῷ ψύχει. Tam acre & insolens describit frigus, ut eo multorum nares & aures ambustæ fuerint. Hoc est ἀπεκάησαν. Aristoteles lucidiùs, etiam modum apponit : καὶ καίειν λέγεται καὶ ψύχειν τὸ ψυχρὸν, οὐχ ὡς τὸ θερμὸν, ἀπὸ τοῦ σωμάτων ἢ ἀνθιστερίζειν τὸ θερμόν. Calefacit igitur τὸ ψυχρὸν, scilicet καθ' ἀνθιστερίζειν. Hoc est, cum ambit, aut intrò compellit calorem ; qui tanto fit robustior, quanto magis unitur. Ea causa est, quod ventriculi piscatorum calidiores sint, & plus cibi appetant, quàm aliorum, qui alieni ab isto frigore. Hippocrates : ὡς κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει. Nempe propter frigus hibernum, quod calorem comprimit, aut magis jungit. Frigus igitur suo modo calefacit : quidni ergo idem, si nimium sit, aut penitrabile, nimis calefaciat, aut urat? Scilicet τῷ σωμάτων ἢ ἀνθιστερίζειν. Cum in angustias, aut intima quasi pellit calorem, ut calor esse desinat, fiatque ζέσις, sive flamma, quæ membra jam antè à frigore læsa ustulet. Tralatitium est, motum calefacere. Is ubi validissimus, etiam efficit ignem. Vt cùm silex & chalybs valdè atteritur, aer, qui inter utrumque, abit in ignem. Sic frigus, quia calefacit omnium assensu : idem quoque urat necesse est, nempe acerrimum illud, quale Xenophon, aut alij describunt.

Botrus & *Botryo* apud Martialem, βότρυς, βοτρύων : à πυγμὴ, πυξ, πυγών.

Brabeon, βράβειον. βραβεύς, qui distribuit præmia certaminis. ει apud Latinos transit in E. longum : quandoque in I longum, ut *brabium* secundum aliquos ; *architriumo* ἀρχίτριον, ab ἄρχειν, quod est παρὰ τὸ ἄρχειν, καὶ ἔχειν.

Bracca, aut potius *Braca* ; malè vero *Bracha*. A ῥάκος, i. e. vestis lacera, detrita. Æoles literam β τῷ ῥ adjungunt, cum huic α, τ, δ, subjungitur : ῥάκος, βράκος, ῥυτὴρ, βρυτὴρ, ῥόδον, βρόδον, ῥοτὶς, βρυτὸς, ῥάκος autem gignitur à ῥήσσω, vel ab Hebræo.

Brachium, βραχίων, dictum quasi βρεχυκόων ; vel quòd sit βραχίων, i. e. βραχύτερος τῶν λοιπῶν μέρεων τῶν χειρῶν.

Bractea, à βράσσω, i. e. sono, crepo. Est enim tenuior lamina. Varr. lib. 4. Æn. 6. Sic leni crepitabat *bractea* vento. Nec dispar Heb.

בָּרָק, lamina crepitans, fragor nubis, fulmen. Rad. בָּרַק fulminavit cum tonitru, fragore & fulgure ; rutilavit, crepuit, crepitavit.

Brancha, βράγχια ; βράγχος, βρόγχος, à βρέχω ; quod è fonte Hebraico, ut dicetur.

Brassica quasi *præsica* : quia ex hujus scapo minutatim præsecatur, inquit Varro. Jul. Scal. *Brassica*, hortulanum olus, πρασικὴ, ut βασιλικὴ, *Basilica*. Itaque rectius scribes per unum S *Brasica*, vel *Prasica*.

Brenno vel *Brynno*, dux Gallorum contra Romanos. Est *Brenn* seu *Brynn* (ut antiqua carmina heroum indicant) galea, præsertim cristata seu cornuta. Ergo *Brennus* est galeatus : nunc *Bruno*. Hujus generis nomen est *Vilhelmus*, quasi multus in galea, aut *Vilhelmus* quasi cupidus galeæ ; ut fortitudo & animi robur indicetur. *Brenn-Burg*, quod hodiè *Brandenburg* : vel ducis Brenni castellum, vel Brennorum præsidium, seu galeatorum & armatorum. Nam & ipsi cives ejus urbis in Marchia hodieque appellant Brennburg. Vnde &

de & Braunſchwig ſeu Brynſchweig / id eſt, arx Brenni. Nam *VVig* Saxonicè eſt præſidium vel perfugium. Et Scarabeus iſte major, galeatus, rubris cornibus & aliis teſtaceis armatus Hausbrenner à galea ita dicitur: non ab incendio. Hilte brand id eſt, hæres Brennorum, ſcilicet galeatorum.

Bruma, βραχὺ ἦμαρ, pro ἦμαρ, id eſt, brevis dies. Aufertur R à fine, ut in pleriſque verbis. Et luſit Auſonius: Qui *Reminiſco* putat ſe dicere poſſe Latinè: Hic ubi *CO* ſcriptum eſt, faceret *C O R*, ſi cor haberet. J. C. Scalig. c. 19. L. L. Idem: nemo eorum, qui caſtè integreque in Latinâ linguâ verſati ſunt ſolſtitium *biemale*, ſed *brumam* temporis illud appellârunt. Feſtus, à Græco βραχὺ ducit etiam Lat. *Breve*, quaſi *Brache*. *Tribrachus* pes, quòd tres breves ſyllabas habeat. Apud Hebr. eſt יוֹם: inde Græc. ἦμαρ, ἦμερ depravatum.

Bruta בְּרוֹשׁ i. bruta. Arbor ſoli orienti cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis, albicantibus ramis, odore cedri. Non multum differt à בְּרוֹשׁ i. e. fraxinus Chaldæi enim ſæpè uſurpant ת pro שׁ: ſicut in linguâ Græcanicâ σ & τ non infrequenter invicem commutantur. Hieronymus vertit cupreſſum: meminit Plinius l. 12. c. 18. *Brutum*, βρωτὸν, quòd comedi poteſt, edule, veſcum. βιβρώσκω eſt paſco, βόσκω à βόω. J. C. Scal. c. 26. L. L. *Brutus*, βρυτὸς. Illud tamen melius: ſive ſignificationem, ſive quantitatem intueaeris. Et hoc frequentiſsimè eſt homo qui alias *Bruto* opponitur. Apud Judæos eſt בָּעַר id eſt, brutus, ἄφρων, qui calore illo affectuum quaſi fertur. A בָּעַר arſit.

Buccina, non à *Bucca*: ſed à βυκάνη. Feſtus, Buccina, quam nos appellamus, Græci *Bucanen*, βυκάνην, à ſimilitudine ſoni dicunt. Ita *clangor*, κλαγγὴ, eſt tubarum, buccinarum.

Bulbus, βολβὸς. Martialis: Sed nihil erucæ faciunt, bulbique ſalaces. *Salaces*, quia ſtimulant ad Venerē, & hominem efficiunt ſalacem.

Bulla aurea, inſigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore, ut ſignificaretur, eam ætatem alterius regendam conſilio. Dictum autem eſt à Græco ſermone βουλὴ, quod conſilium dicitur Latinè: Vel quia eam partem corporis *bulla* contingat, id eſt, pectus, in quo naturale manet conſilium, inquit Feſtus. Juvenal. Sat. 14. Ludit & hæres *bullatus*. Perſius:

Bullaq́ ſuccinctis laribus donata pependit.

Plutarch. in Romulo: τοὺς παῖδας ἀυτῶν φορεῖν τοὺς μὲν βόλλαν. Tarentinè βολὴ, βόλλα: & ἀμφιβολὴ, ἀμβόλλα: unde *ambulla*, nunc *ampulla*: *ambolla*, quod æoliſmum reſipit.

Bumaſtus, βυμαστὸς: à βοῦς & μαστὸς, maſtus, i. e. mamma. Virgil. in Cul.

Bumaſtusq́ virens & ſemper florida pinus:

Vt vulgo legimus. *Bumaſtus* i. e. uva, à ſimilitudine mammæ bovinæ. Joſ. Scalig. mavult: *Bupbthalmusq́ virens* - - i. e flos ab oculo bovis, ὀφθαλμὸς βοός.

Burchardus, i. e. pyrgus, vel arx dura, atque invicta. Poëtæ, *murus abeneus*. *Bernhardus*, eſt urſi robur; ſicut *Leonbardus*, Leonis. Quia enim fortitudo erat maxima virtus Germanis, inde quoque multa nomina extiterunt heroum & virorum fortium. *Erhardus*, robur honoris & columen. *Degenhardus*, robur virtutis: qui in virtute conſtans perdurat. Degen & dûgen, unde Dûgent: poſteà Tugent. *Gothardus* eſt robur Dei: Gabriel Hebræis. Aut quaſi Gutart, i. e. bonæ indolis: Lutherus.

Burdo, quod Vlpianus habet, & Hiſpani retinent. Id eſt, ex equo & aſinâ natus. Heb. eſt, פֶּרֶד unde Latinū. A Radice פָּרַד i. e. partitus eſt, diviſit. Burdo enim partem ex equo, partē ex aſina concipit. Gloſſarium: Mulus, *Burdo*, ἡμίονος ἐξ ἵππου καὶ ὄνου.

Buttubata. Feſtus: Nævius pro nugatorijs poſuit, h. e. nullius dignationis. Elegantiſsimè, ut omnia, explanat Joſ. Scaliger: ut nugarum (inquit) facilis & obvia materia: ita nomina multa à veteribus excogitata, ut *Buttubata* à puerorum vocibus, quas prima infantia diſcunt, *Bu, Tu, Ba, Ta, Bu* eſt bibere: unde *buæ* potus: & *vinibuæ* Lucilio ebrioſæ. Varro, Cato de liberis educandis: cum cibum ac potionem *buæ*, ac *pappas* vocent: matrem, *mammam*: patrem, *taſcam*. *Ba* eſt *Papa*.

Vnde

Vnde Plautus: Tum puero dandum, quod *papet*. *Ta* est appellatio *Tatæ*. *Tu* etiam appellatio cibi; unde *Tubuccinari* pro manducare. Idem & Titia Glossarium; *Titia, κρέατα ῥητίων, ὃ λέγουσι*. Sed præstat *Ba* pro *Ma*, hoc est, mamma dictum. Vt facilis est lapsus à B ad M, *Buttubata* ergò quasi *Buttumata*. Sunt & aliæ appellationes nugarum. *Apinæ*; quod est detortum ab *ἀφάνας*. Quod fuit ignobile opidũ. Romani de rebus nugatorijs. Neq; aliud est *affaniæ* apud Apuleium lib. 9. Glossar. *apinæ, ἀναλογίαι: φάνας*. Ἀφάνας verò forsitan non sine ratione ab *ἀφανὴς, & φαίνειν*; quia fuerit ignobile, & obscurum opidum, ut dicebatur.

Byssus Græcè *βυσσὸς*, eruitur è sinu Hebr. בּוּץ, quod idem designat.

C

Cabala, si verbatim reddas, est receptio, comprehensio: à קִבֵּל, accepit, excepit. Gaonioni est Philosophia mystica. Pico Mirandulæ est universa illa secretior divinæ legis expositio, ex ore Dei à Mose accepta, & Prophetarum animis à Deo infusa. Et Bodinus lib. 1. Mag. dæm. cap. 5. Cabala nihil est, quàm recta divinæ legis interpretatio, quam litera adumbrat. Idem lib. 2. cap. 2. Cabalæ duas esse partes, unam quam vocant *Bereschit*, in principio, à primâ Bibliorum voce, eamque veram Physicam, aut naturalem Philosophiam, in quâ exponũt magnum istud opificium mundi, & res arcanas involutas allegorijs, sententiasque aliorum Philosophorum reprehendunt divinæ legi adversantes. Alteram, quam dicunt *Mercavah*, i. e. currus, à viso Ezechielis figurans majestatem Dei & Angelorum comitatum, quæ certa quidem & difficilis est, sed tamen intellectum in admirationem rapit, & *τὴν τοῦ κόσμου* contemplationẽ. Hanc Hebræi aquarum *ὑπερκοσμίων* vel supercælestium; illam (Physicam dico) interiorum aquarum appellant nomine.

Caballus, *καβάλλης*, quid sit & unde, notat Flos illelterarum Isaac. Casaubonus: *καβάλλα*

Cui subjugabo de molarum embagibus.

Qui machineli saxa volvunt pondere.

Tripedes caballos, terga ruptos verbere.

Ideo literatores Græci *καβάλλης* dici putarũt, ab injiciendis oneribus, quod voce *καβάλλειν* Doribus usitata pro *καταβάλλειν* putabant significari. Ab istis terga ruptis transtulerunt ad cujuscunque equi *ὑπερλίσιμον* ac utilitatem declarandam. Lucilius, Succussator tardus caballus: cui opponitur apud eundem, equus gradarius, optimus vector. Senec. epist. 77. O quantùm erat secum decus, imperatorem triumphalem, censorium, & quod super omnia est, Catonem uno caballo esse contentum. Apud Petronium *παρεμπιπτόντως* illud, Lassus tanquam caballus in clivo. Quod proverbium alit r extulit Ovidius in primo Remedij: Principio clivi noster anhelat equus.

Cacabus, *καχάβη* & *κάκκαβος*, Rhodig. l. 18. c. 38. Scitu dignum est, Carthaginem veteribus dici quandoq; *Cacaben*, *καχκάβην*: quòd illarum gentium linguâ equinum caput indicat. Jos. Scal. in prælog. de emend. temp. Si Solinum audimus, Carthago dicta est ab ipsis Pœnis *Carthada*, קַרְתַּחֲדַתָּא: quod Syriacè esset, קַרְתָּא חַדַתָּא.

Cachinnor, *καγχάζω*. Verbum inter alia melioris notæ. Per *A* enim literam, quæ cum hiatu diductis labris enunciatur, sonus expressè nobis exhibetur tam effusi risus. *Cachinnus καγχασμὸς*. Hebr. שָׂחַק est risit. Jos. Scal. ad Catullum notat: Non significat crispationem undarum, sed sonitum illum, quem plangore undæ ad litus edunt. Catul. Procidunt leni resonant plangore *cachinnum*. *Cachinnare* in undis Græcis *καγχάζειν*, *καχλάζειν*, *καχάζειν*. Aquæ, quæ paulatim diffunduntur in longum. Ita enim os quoque hominum ridentium diffundi & extendi constat.

Cado J. C. Scal. in Theoph de plantis: *Καχάσκω*. ad Verbum Latinè fit *labes*: cùm terra hiat. Vnde & nostrum *cado*, *χάζομαι*, & *χάω*, & *χάσκω* Æolico flexu. Fit enim in omni casu intervallum.

Inde κάδος. Sunt tamen, qui ab adverbio κάτω. Quia omnia, quæ cadunt, deorsum tendunt, Idem lib. 4. de C. L. L. c. 80. *Cadere* dicimus, moveri deorsum naturaliter: intelligo naturaliter, secundum grave. Nam alia, quæ ingressu, aut volatu, aut alio quovis modo deorsum moventur, non feruntur naturali motu gravitatis, sed voluntario: quo motu etiam sursum subeunt. At naturalis motus ad unum tantùm fit. Quare palus erectus, aut columna cum ruit, *cadere* dicitur: non quia tota deorsum feratur, sed quia plurima ejus pars. Translatum est deinde, ut quoties aliter quid aut esset, aut eveniret, quàm aut prius erat, aut sperabatur, verbum hoc usurparemus, ut *cadere* causâ, in quâ erat: *Cadere* spe, excidere memoriâ. Corporis enim solius interest naturaliter moveri: sed ad res corpore carentes translatum fuit. Hujus verbi origo tota Græca est, à præterito medio ἔκαδον: quo sono integro præsentis etiamnunc Vascones pronunciant. Cum igitur apud Homerum dicantur verba *excidere* ab ore, à

mente quoque *cadant*, necessè est. Quare cum à cadendo *casus* sit, passivâ formâ, ut *occasus* Sol, qui jàm occidisset, in 12. Tabulis legebatur.

Caducum, quod cadit. *Cadaver* à cado, i. e, morior. Exempla ubique obvia. 2. Æn.

Cadit & Ripheus - - -

Caduceum, i. e. Virga aut baculus, quo utimur, ne cadamus. Aut rectiùs quasi κηρύκειον, ἢ κηρύκιον, quod idem à κῆρυξ. *Caduceator*, qui gestat bacillum, Ovid. 2. Met.

Hinc se sustulerat paribus caduficer alis.

Caduciter, i. e. præcipitanter, apud Varronem & Nonium. *Prociduum*, quod procidit. *Recidivum*, quod recidit, & iteratur quasi *cadendo*. *Occasio*, inquit J. C. Scal. Exerc. 364. sect. 2. idem est, quod σύμπτωμα, ut quæ *accidant* casûs, eæ accessiones occasionis appellatione designentur. Idem in Theoph. de plantis: Hæc vox (*occasio*) satis indicat rem ipsam. Est enim quasi *ob causam* vel *casum*. Sic causa Trojani belli fuit raptus Helenæ. *Occasio* fuit Hectoris mors. Scææ portæ ruina, nox, sopor lætæ civitatis. Festus: *Occasio* oppor-

opportunitas temporis *casu* quodam provenientis est.

Cadus, κάδος, ab Hebræo כַּד, quod prorsus idem. A כָּרַר i. e. rutilavit, splenduit.

Cæcias, καικίας: ventus, qui nubes attrahit. Paræmia: ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὥσπερ καικίας νέφος. Causam Physici enucleant, à motu scilicet hujus venti peculiari.

Cædo, J. C. Scaliger lib. 1. de C. L. L. cap. 24. & 28. *cædo*, *cecidi*. Diphthongus enim fuit ibi, à Græco κάιω. ἐκάιετε, ἐκαίνετε ἐπλῶον τὸν ἄρισον, ex Euripide. Inde *cædes*, *occido*, *incido*, Hebræ: כְּיִד est cædes. Inde potiùs τὸ cædo. *Trucido*, i. e. summâ cum lævitiâ, & immaniter interficio, *truciter*. Itaque grandius est, quàm occido. *Trux* levi mutatiunculâ à דָּקַר i. e. truciter transfixit. *Succisivum* dixêre veteres, tempus, quod operam sibi *succideret*: & operam, quæ temporis *succideret* portionem. *Concisum*, vulgò breve: propriè id est, quod particulatim cæsum. Post tralatum ad brevitatem, & paucitatem. Totum quippè quâlibet suâ parte majus.

Excido, *excidium*: sicut *discidium* à *dis* & *cædo*, alijs ab excindo, & discindo. At à cædo facilius fit. *Præcido* id est, ante cædo. Ita *præcidanea* agna vocabatur, quæ ante alias *cædebatur*, apud Festum. *Præcidaneum* & *præcidarium* dicitur: sicut *extraneum* & *extrarium*. Aliud autem est *præcedaneum*, *succedaneum*: Ut oratio *succedanea*, quæ sequitur, succedit: à *cedendo*: sicut ista à *cædendo*. τὸ *cædo*, ab Heb. צָעַר i. e. processit, incessit צַעַר gressus, incessus. Consule inter alia Agell. lib. 4. c. 6. *Homicida* quasi *homincida*, ab obliquo: ut sanguisuga, tanquam sanguinisuga. Apud Festum vocantur *cæsones*, ex utero matris exacti. Plinius: auspicatiùs enectâ parente gignuntur: sicut Scipio Africanus prior natus, primusque *Cæsarum* à *cæso* matris utero dictus. Festus tamen sic: *Cæsar*, quod est cognomen Juliorum, à *cæsarie* dictus est: quia scilicet cum cæsarie natus est. E Latino est Græc. καισαρ. & Syr. קסר Kesar. *Cæsaries* est ab illa crebrâ *cæsione*, sive abscisione, solisque convenit viris.

Cæseriati i. e. comati in Plauto, *Succidia* apud Agellium lib. 13. c. 23. Est verbum Catonianum, quo rustici lardum significant, ex quo in usum suum quotidie partes *succidunt*. M. Tull. in Catone Majore: tradit hortum à Catone appellari solitum *succidiam*, quia inde quotidie aliquid resecari possit. Festus: *Ancæsa* dicta sunt ab antiquis vasa, quæ *calata* appellamus: quòd *circum cædendo* talia fiant. Ipsum quoque verbum *cælare* ab eadem causâ est dictum, *D* literâ cum *L*. permutatâ, quasi *Cæsare*: à cæsum, cædo.

Cætera κοῦφα πρὸς. Itaque ne simplici E pingas more aliquorum è priscis, qui etiam *Cena* scribebant. Non bene, sive Græca sive Hebraica principia excurias. Quidni? Vides multiplices eorundem errores in Rebus? Ergo in Philologia aliquos ne nega. Hodie multi, etiam doctissimi, Germanica diversim scribunt, qui tamen Germanicam cum lacte quasi suxerunt. Et cur prisci aliter?

Calamitas, id est, calamorum comminutio, à grandine seu tempestate. Κάλαμος παρὰ τὸ κεκλᾶσθαι, ut vult Etymol. Inde & *calamistrum* καλαμίς. In primâ linguâ est קָמַל & קָמַל id est, calamitosus fuit. Plautus usurpat propriè in Cas. a. 5. s. 2. Non fuit quidquam olerum, nisi quidquid erat, *calamitas* profectò attigerat nunquam. Et Terent. Fundi nostri calamitas. I.C. Scalig. in Theoph. κλᾶσις flexura aut fractura. Unde etiam κλάζειν. Unde nostra *clades* metaphorâ sumtâ à tempestatibus, agricolarum usu, sicut & *calamitas*. Jos. Scal. in Con. *Clades* dicebatur fructuum detritio: κλαὰ & κλάδος. Sic *calamitas calamorum*. *Strages* stratarum arborum. Aut verius *Strages* generalè signat: ubi quid *stratum* est, sive homines, sive arbores. Quod nec Vallam præterit. *Strages* (inquit) cadaverum interfectorum uno in loco ac propriè jacentium: multitudo, sive humanorum, sive mutorum. A *Sterno* etiam *stratum*, quòd videtur substantivi naturam assumere: ut dictum, factum, pactum & alia. A *stratum stragulum*, id est, quidquid insternebant,

bant, apud Varronem. Item *Siramen*, στρῶμα: ut à generatum *generamen*, pro *generatum gratum* & sic *gramen*: ut à statum stamen. *Sternuo* quoque à sterno: quod à στρέφω, στρουθὸς: unde & *Storia*, apud Cæsarem l. 2. de Bell. civil.

Calare, καλεῖν, ab Hebr. קָרָא, vox, sonitus. Aut קָהַל id est, congregavit: & propriè dicitur de congregatione hominum, seu per convocationem facta. *Calator*, κλητὴρ, id est, servus, minister. *Procalare* id est, provocare. *Invocationes* id est, invocationes, apud Festum. *Clarus*, vox in celebritatibus orta, cùm victores per præconem *calabantur*, exemtâ vocali *clarus*, quasi *calarus*. Hinc Horatius: *Clarabit* pugilem. *Classis*, quasi *calassis* à convocando. *Classicum*, quo *classes* vocantur. Testes *classici* id est cives Romani. Qui enim cives Romani erant, omninò in aliquâ classe esse censebantur, Jos. Scalig. *Celebris* etiam quasi Calabris. Ita *Calabria* dicta est similiter curia, à *calando*: Vbi vocatâ plebe & Pontificibus ratio sacrorum gerebatur. *Ecclesia* ἐκκλησία, à καλέω. Novè, sed non ineptè κατ' ἀντίφρασιν dicitur *Ecclesia*. Ecclesia est cœtus aut multitudo evocata. *Paracletus* παράκλητος: apud Syros פַּרְקְלִיטָא Paraklita, i. e. advocatus. *Concilium* quasi *concalium*, Festus. Sic *Calendæ* ἀπὸ τοῦ καλεῖν: eò quòd hoc die P. R. in concionem advocatus est per Episcopum, seu præsidem sacrorum indicatum, quæ feriæ toto mense essent futuræ, quidque in religione agendum. Hinc *Calendarium* ἐφημερὶς χρεῶν, tota notatio anni dierum, secundum Solis & Lunæ motum. De scriptione dubitant. Quidam *Kalendæ*, elemento Græcorum, qui tamen Calendas non habent. At quia per C. Latinum idem pari commoditate & scribitur & effertur: Neque enim C. minori potestate est, quam κ. sed ubique vim suam exerit: ideò *Calendæ* potiùs scribamus. Et licèt Ron an. literæ, etiam quoad figuram, è Græcis magnam partem ortæ sint: tamen istæ pleræque omnes ita fiunt, ut peculiarem atque distinctam obtineant *formâ*, nec temerè ulli miscendam.

Deinde si K sit in Calendis retinendum: cur non idem alibi? ut, cur non scribunt Koronis. sed Coronis: Debebant— Kacus, Kantharus, Kalyx, Kalpar, Kylindrus. Kranium, & similia. Sed juvat etiam advocare J. C. Scaligerum sive tanquam testem, sive judicem potiùs. Idem esse (inquit c. 10. L. L.) nostrum C, quod Græcorum K. jam receptum est: explosaque eorum sententia, qui aliter autumarent, Tantoque magis Scauri Grammatici, qui putârit nomina, in quibus A secundâ statim sede esset, per K scribenda esse. Sic: Kalendæ, Karus. Etenim si propterea fiat, quòd Kappa nomen includit vocalem illam, sanè nulla ejusmodi vocalis addatur in contextu dictionis: aut— ea consonans nulli præterea voci ab alijs vocalibus incipienti apponetur. Hoc autem falsum esse, vel ipsi ostendunt— Græci. Præterea ipsum C eâdem ratione non apponeretur, nisi sequenti E, ut, Cepe, cæterorumque elementorum pariter esset ratio. Quin Kappa nomen majus est, quàm— quanta sit hæc potestas, ad quam arctare conatur ipsum,

Alij ita censuêre, Græcis tantùm vocibus attribuendam, qui æquè falsi sunt. Etenim si id verum esset, etiam Chremetem per χ Græcum scriberent. Quod sola aspiratione ab ipso κ distat.

Calasis, tunicæ genus, καλάσεις apud Herodotum. Aut simpliciter χάλασις, i. e. laxamentum tunicæ, nodo retentum: χαλάω est laxo: χαλαρὸς, laxus. Cujus originis est & vox *Caligæ*, quæ laxiores.

Caligo, à *calon*, κᾶλον, quod à καίω. ICO est καλάληξις: sicut in vertigo, prurigo. Igitur *Caligo* notabit densitatem aut umbram, quæ è *lignis*, aut *in silvis* spargitur. Et nihil crebrius, quâ dici silvam, lucum, nemus, caliginosa, opaca, umbrosa. Ita nemus est Homero βαθύσκιον.

Orph:

Orph:
ἐνδρεσιν εὐθαλέεσσι καταύσκιον.
Apollon: πολύσκιον.
Virgil:
nemus umbriferum.
Eidem:
arboribus clausi circùm atq; horrentibus umbris. Eidem:
--- dives opacat
Ramus humum--
Ovid:
nemus umbrosum.
Propert:
molli recubans Heliconis in umbrâ.
J. C. Scaligeri alia sententia est: nescio, quàm probabilis. Hujus vocis (inquit) si patiuntur delicatiores, video acutissimè originem vestigâsse. Primum sui ortum habuit inter

pastores: quorũ mutuus conspectus cum esset ejusmodi aêris ademto spissitudine, vocibus inter se monebant, ubi essent locorum, quid agerẽt, quò eundum esset. Usitatum priscis verbum, *calare*. Altera vocis pars est, sicut in alio verbo instigo: ab instando & agendo: pastorum quoque soboles, certè comes.

Calix, κύλιξ, ob rotunditatem, à κυλίω, i. e. Volvo, *Culigna*, i. e. vas potorium: κυλίχνη, κυλιχνὶς, κύλιξ. Inde *culullus*, ut suspicor, factâ levi mutatione, κύλιχνος. Turnebus per deminutionem fieri existimat: sed nihil opus. Etiam repugnat Horatius, dum magnos nominat *culullos*. Verba illius adscribam: *Cululli* (inquit) pocula erant, per deminutionem dicta, & à *culeo* deducta.

Etsi enim *culeus* primam producit: tamen, Vt assolet, in deminutione corripit, ut *mamma, mamilla* Acron autem, quòd putat fuisse fictiles pontificum calices calullos, quibus & Vestales virgines uterentur, vereor ne cululos pro capedamentis acceperit: lib. 9. ad c. 13. Cæterùm à κυλίω, κυλινδω, est etiam *cylindrus*, κύλινδρος: *Cyclus*, κύκλος. κυλίω ab Hebr. גָּלַל i. e. voluit volutavit. *Calix* verò differt à *Calyx*, κάλυξ à καλύπτω, i. e. tego, operio. Inde & *calyptra*, genus vestimenti, quo capita tegebant. Item *clypeus*, utpote qui tegit corpus. Frustrà igitur sunt, qui à γλύφειν, i. e. sculpendo trahunt. Necessitas enim & opermentum, quod munit, prius ac potius est ornatu. καλύπτειν ab Heb. עָלַף h. e. operuit, velavit. Aut à כָּל־וָסַף, ut καλύπτειν sit penitus aut omnino abscondere vel tegere.

Calo. κάλον, lignum est. *Cala*, lignum apud Latinos. Lucil. Scinde puer *calam*, ut caleas -- *Calopodium*, i. e. pes ligneus, aut forma, quæ supponitur calceo suendo. *Calones* sunt servi militum, qui castra unâ sequuntur, & clavas ligneas, sive fustes gerunt, aut etiam ligna subministrant. Sic *lixæ* à Nonio ijdem vocantur, à *lixa*, i. e. aqua, quam militibus afferùt. Vnde *elixare*. *Lix* est cinis foci, ut placet Plinio lib. 36. c. 27. Vnde *lixivium*. Vel lix est humor cineri mistus. Jos. Scal. in Varr. *Lix* aqua, unde *liquor*. Vt à *Lax*, *laqueus*. Et parens Ex. 106 f. 4. scito, opicâ voce aquam significari, *liquoris* appellatione. Vnde *lixa*, *lixivium*, *elixare*. A Græcâ fluxisse prisca aliqua, quæ nunc, sicuti pleraque alia interciderunt, suspicionem facit verbum λεχειν. *Lixivius* enim non nisi tenuioris succi est Aut fortè *lix* à λίς: ob raritatem & humiditatẽ. Hebræis est גָּלַח i. e. elixavit, quod cæteris σμιάτεσιν.

Calumnia, Prisciano lib. 10. trahitur à *calvo*, *calvi*, *calsum*, i. e. decipio. Plautus Casin: Nam ubi domi sola sum, sopor manus *caluitur*. Et in Adel. Terent. a. 4. f. 3. Muretus ex Donato monet legendum esse: Propter suam impotentiam se semper circumvenire, & *calvier*: Vulgò, *negligi*. Vide Lipsium lib. 5. antiq. Lect. 14. Originaliter verò est *Calvo & Calumnia* ab Heb. כָּלַם i. e. calumniâ & ignominiâ affectus est, calumniosè tractatus est.

Calpar, *Calpe*, κάλπη: nomen poculi grandioris, item Urnæ. Malè corripuit Juvenalis in Sat. 14. *Calpe*. Neque enim fuit ut Chremes, censet J. C. Scalig. c. 36 L. L. Ni forte pro *Calpe* rectius legatur *Calpe*: ut epitome, & epitoma. Ita suspicor. Simile nomen est illud Græcor. φρέαρ, i. e. puteus, item poculum magnum: ab Hebræo בְּאֵר, i. e. puteus: sicuti nostrum Born, ab Hebr. בּוֹר, quod ejusdem significatûs.

Calx, à λάξ, i. e. calce. *Calculus*, i. e lapillus calci molestus *Calcar*, quia calcibus alligatur Vt & *Calceus*, quoniam munit calcem, ut Græci κάδιλον à πούς. *Calcitro*, *recalcitro*, i. e. calcibus repugno. Inde & *calco*; *conculco*, *proculco*, *inculco*. Itaq; καταπατήσας est, dum ajunt: *conculco pedibus*. *Culcita* non *culcitra*, quia tomento infercitur, & q *inculeatur*. Inde & *callus*, qui in eâ parte corporis fit, propter incessum. Facetè Scipio Nasica competitori adolescentulo cuidam, cui erant opere rustico manus duratæ, objecit: Numquid manibus incederet? Alludit originem dictionis. *Callis*, i. e. semita, pedibus nimium trita, duratáve. Igitur Servius 4. Æn. & Turnebus non rectè *callem* ad pecudes restrinxit. Ex eo (inquit) appellatur, quòd pecudum callo calcetur. estque via à pecude durata: ité loca, quæ pecudes calcant. Non, inquam, pecudes solum callem efficiunt, sed etiam homines, Cic. de nat. Deo. *Callidi*, quorum tanquâ manu opere: sic animus usu *concalluit*. *Calleo* itaque metaphoricum est, prout vulgus utitur. Quanquam Heb. עָבַר est calluit. Demto principio, non dissimile Latino. Gnatho Plautinus in Capt: quanta *callo* calamitas. Hier. Mercu. Var. Lect. lib. 2 cap 22. Apri (inquit) lumbus omnibus alijs partibus præponebatur. Hunc Plautus & Cato *aprugnum* vocavêre, cujus tenera durities commendata ipsi etiam *calli* nomen dedit. Propter quod etiam Horat.

longa ova extollens, *calloſa*, nuncupavit. lib. 2. Sat. 4. tanquam compacta illa teneritudo in omnibus ciborum generibus, & dentibus, & palato valde grata ſit.

Camelus à χαμαὶ: quòd exceptura onus humi flectatur, & ingeniculet, Rectiùs cum Varrone & Strabone Georg. 17. quaſi *Gamelus* è linguâ Hebræâ vocatur. גָּמָל eſt Gamelus. A radice גָּמַל i. e. retribuit, affatim reddidit. Matth. 19. εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν &c. Κάμηλον, *Camelum* i. e. animal illud grande. Vt etiam in Syriaco habetur: גַּמְלָא Fruſtra igitur illi, qui κάμιλον i. e. funem nauticum, ſubſtituunt.

Camera, καμάρα. Propertius: Nec camera auratos inter eburna trabes. A camera camerarius: ut à ſtatua ſtatuarius: loricâ, loricarius: tegulâ, tegularius.

Camphora, à כֹּפֶר: Vnde & plerique medicorum, ut Simeon Sethi, Actius Actuarius, *Capburam* ſcribere malunt; i. e. bitumen, materia glutinoſa. Eſt quoque nomen proprium arbuſculæ odoratæ, ferentis botros; à

quibusdam vocatur *Cauphora*. Hieronymus vertit *cyprum*, unde & *Cyperus*, κύπειρος, *compreſſus*, κυπάρισσος, à Rad. כָּפַר i. e. operuit oblinendo, bitumine occultavit.

Campus. Varro: quòd primùm ex agro plano fructus capiebant, *campus* dictus. Poſtea quàm proxima ſuperiora loca colere cœperunt, à *colendo colles* appellârunt. De priori J. C. Scal. ex. 99. ſito, ad Cardanum: Haut igitur rectè hunc ad modum loquebare: Montes ſunt agris magis ſteriles. *Campos* enim dictum oportuit, veteri Æolenſium voce, quos Latini ſunt imitati Vnde κάπος, horti, propterea, quòd in planis eſſent lætiores. Auctus vocis ſonus interpoſitâ ſervâ litera. Et Joſ. Scal. in Varr. Siculi circum aut hippodromum καμπὴν vocabant, à flexu equorum & quadrigarum, quæ ibi certabant. Indeomnia plana *campi* dicti. Poëtæ vocant æquorà terræ. Vnde κάμπτης, meta. Pacuvius Tantalo, citante Nonio: Extremum intra *campterem*, ipſum Jam progreditur Parthenopæum. Idem: *Colles*, κολῶνας.

Canalis, canaliculus, à *canna*. Etiam nunc Itali Cannale. A χάνος. Aut potius à קָנַח vel קָנָה quod idem. Radix eſt קָנָה, nactus eſt, acquievit. Apud Feſtum, *canalicolæ*, forenſes homines, pauperes dicti, quòd circa canalem fori conſiſterent. J. Lipſius Elect. 2. 3. in Agell. l. 4. 20. qui jurabat, cavillator quidam, & canalicola, & nimis ridicularius fuit. Et addit, ita dictos olim homines forenſes, dicaces, ἀγοραίους, quia ad canalem crebri.

Cancer, καρκίνος, ἀπὸ τοῦ χαράσσειν ἀπὸ πηθῶν πόδων, ſicuti Græci ſolent ἐπωνομολογεῖν. *Carcinus* item in uſu Romanis; qui *Cancer* quoque tranſpoſitis elementis, & ne eſſet *carcer*. Feſtus: *cancri* dicebantur ab antiquis, qui nunc per deminutionem *Cancelli*. Niſi fallor à diſcretis cancrorum pedibus. Joſ. Scalig. *Cancer, canceris*. & mutato *N* in *R*, *carcer, carceris*: non à coërcendo, ut Varro. κάρκαρος. Apulejus: inter orci *cancros* jam ipſos adhæſiſti. Græcorum καράβους, Latin. *Carabus*, è genere cancrorum eſt. J. C. Scalig. Ex. 245. Gallica vox ad Græcam, *Eſcrevice* κάραβος. Inde crederem, niſi noſtra nos moneret, ſeſe à Francis in Galliam, è Germanijs importatam *Krebs*.

Candidum ab effectu. Confundit enim viſum: χαίνω, χανῶ. Et albedo, aut etiam lux, ita deſcribitur, quòd viſum diſſipet. Julius Cæſar Scaliger in Crit. cap. 4. *candens*, non ab albedine, ſed à luce tractum eſt. Nam quæ opaca, & obſcura ſunt, per meatus lumen non admittunt: ubi feneſtra, aut oſtium patulum eſt, χάσκει: unde ἀναχανδὸν. Malim verò ab Hebræo: Candeo, per initia Cadeo; ut alibi κατ' ἐπαγωγὴν probavimus. A קָרַח ferbuit, inflammavit: aut à יָקַר canduit, ſplenduit. Eâ cauſâ Virgilio *candidum* eſt plerumque lucidum. ut Phœbus candens: Venus candida dea: Maja candida, quæ una Plejadum.

Candidati à veste, ut in Magia Apulejus scribit: Togam *candidam* tirones induebantur ipso tirocinij die. Eam Cicero vocat *puram*. *Cicindela*, λαμπυρὶς: à κὶς, *Cis* & *candeo*: sicut *candela*, ut à niteo nitela. *Accendo* quoque ejusdem ortus. A *cando*: quod ipsum desitum, in compositis superat. Vt pendeo pendo: fulgeo fulgo: ferveo fervo: ca.. vo: ita candeo cando. Ex quo residuum incendo, succendo, accendo. Propriè Lucretius:

- - quia sol idem sub terras ille revertens.

Anticipat cœlum radijs *ac cendere* tentans. *Accendere*, i. e. illustrare, aut φαεσίειν. Virgil. 10. Æn.

Clamore incendunt *cœlum* - - Servius putat, abusive dictũ. Quod miretur aliquis: Tam facilè judicari Virgilium, aut corrigi solere: & sine causâ. Certè pro re commodum id verbum: videlicet ἀυξητικὸν. Vt indicetur summum studium, serietas vel contentio. Magna ibi pugna. Magnus, qui cadit, Mezentius: major, qui vincit, Æneas. Talis igitur acclamatio, i. e. magna: & talis sit vox, quæ describat. Quid verò

melius potuit, quàm incendunt? Nam si clamore accenditur aër, oportet illum esse grandem atque validum. *Motibus* enim, ut ait Lucretius, *accenditur*. Motum præcedat magna cõtentio membrorum, & attentio. Vtramque singulare factum, quod Æneas hîc edit. Pariter lib. 9. de matre Euryali, quæ inexpletum lamentatur, addit:

Illam incendentem luctus - -

Et ubi quid peculiare & magnum, tali metaphorâ delectatur. Vt:

His accensa super - .
Ardentem affatur amicum.
Ardentem affatur Iulum.
Fervidus implet.
Fervet opus - - -

Ita Cicero: ardor mentis ad gloriam. Studium & ardor quidam amoris. Et alibi sæpius..

Canis. J. C. Scalig. c. 26. L. L. ab obliquo κυνὸς, κύων, κύω. i. e. φίλω. Est enim animal φιλοδέσποτον. Notabile, quòd Poëtæ, cùm de canibus sermo est venaticis, plerumque ament sexum fœmininum ponere.

Lucret: *Namq; canes ut monti vagæ - -*

Virg: - - *rapidæ venantis Iuli*
Commovere canes - -

Horat.

Horat. Aut trudit acres hinc & hinc multâ cane. Idem: Hac rabiosa fugit canis. Sũt, qui causam rejiciunt in Græcos, quos illi secuti: ab istis verò quorsum? Certè ad Physicam. Canis enim fœmina prædæ avidior per naturam est: nempe solicita de catulis, etiam futuris. Sed & aliâs fœmina appetentior masculo, & affectibus obsecuta, citò movetur, atque ruit sæpe ad objectum amabile. Est autem fœmina imperfectior: itaque plus semper desiderat, ut aliquâ perficiatur. Dico, imperfectior: si cum mare conferatur: & quoad accidentia, non verò essentiam. Quamvis Aristoteles etiam hîc longiùs videatur progressus. Sed, ne extra oleas nimiùm: in viam redeo.

Catus, id est, sagax, à canis Aut à caveo cautum, catum. Idem Scalig. c. 31. *Canis*, *catulus*; sed à *cato* deducunt potiùs & placet: at ijdem à *Canis Catus* ipsum trahunt. Varro vult *catum* esse verbum Sabinum; Inde *Catones* teste Plinio. *Catillare* est per alienas domos girare, ut catuli, Plautus. *Canicæ*, aut *caneæ*, sunt furfures de farre, à cibo canum dictæ, Festus. Idem: *Catulus* genus quoddam vinculi: interdum *canis* appellatur. Lucil.

Cum manicis, catulo, collarijs, ut fugitivum Deportem. - - -

Plautus Curc. a. 5. s. 3. Faciam cum *catella* ut accubes ferreo. *Cynosbaton* κυνόβατον, alij *Cynosphaston*. *Procyon*, προκύων. Latinè *præcanis*, aut *antecanis*. Cicero in Phœnomenis *anticanis*: Anticanis, Graio procyon qui nomine fertur. Ex quo patet, malè Plinium l. 18. c. 28. asserere, procyonem non habere vocem apud Romanos. *Conquinisscere* est cernuum se inflectere, vel inclinare, Jos. Scal. Plautus Cistel. a. 4. s. 1. id est, inclina me, Nonius. Lambinus existimat tractum esse à κυνοκυνεῖν: quod valet, inflexo corpore venerari. κυνεῖν *quinire*, *conquinire*, id est, decubare more canum. Inde *conquinisscere*. *Cynalopex*. J. C. Scal. Ex. 102. s. 3. in hunc modum castigat Cardanum: Error in Philologiâ. Appellas è cane & vulpe genitum *alopeca*. Noli hoc obsecro, doctissime vir. Magnum enim tibi periculum imminet ab istis, quos tu grammaticos per contemtum vocas: ne te

quas

quasi Græcæ literaturæ prorsus ignarum infectentur. Esse enim vulpem ἀλώπεκα: κωκαλώπεκα verò spurium hunc, etiam trivijs notum est.

Canistra, κάναστρον & κάνιστρον. Κάνης חֵלֶב, i. e. canistrum: κάνεον & κάνεν. Exinde Latin: *Cana* ejusdem significationis. Pariter *calathus* purè Græcum est, κάλαθος: παρὰ τὸ κᾶλον, quasi sit è ligno contextum.

Cannabis, κάνναβις: Poëtis *Canabis* interdum.

Cano, qui renuit Hebræis קָנָה, i. e. calamus, canna, aut זָנַן, i. e. cecinit; ille apud Græcos subsistat. J. C. Scal. lib 2. de c L.L. c. 52. *Canere* Latini ab hiatu dixêre, Græcâ voce ἔχανον. Nam Æoles ab eo, quod est χάνειν non apponunt incrementa præteritis, sed dicunt χάνον demunq; aspirationes, quasi rem barbaram. Est autem *canere*, vocem modulis certis tollere, aut premere, certisque temporibus producere, aut corripere. A cano, *cantus*, *cantâ*, id est, cantata, priscè. *Præcino*, *præcentum*: unde *præcento* & complicatè *præco*, *onis*. *Occino*, *occentare*, *occentor*, *Recino*, *recanto*. *Succino*, *concino*, *accino*, *accentus*. De eo prædictus Scaliger præclarè egit c. 53. L. L. quidni subjungam? *Accentus* (inquit) est modus syllabæ, i. è. mensura propositæ rei, intelligatur per modum. *Gravem* appellârunt ab instrumentis, scilicet vocis: propterea quòd in guttur, aut pectus eam demitteremus. Alteram autem priorem illam ab effectu nominârunt *acutam*. Ferit enim aures, quarum viribus objecta est: ac sanè plus ponat spiritus latioris in gravi voce, angustioris autem in acutâ. Quare & pueri acutiùs canunt, quorum guttur angustius est, & laxiora, crassioraque instrumenta gravius sonant: ut etiam ab illis gravem sonum dixerit Pythagoras. Ita omnibus in rebus certissimâ ratione sibi ipsa respondet natura. Evenit autem ut duæ syllabæ inter se concurrerent, quarum prior priorem haberet, i. e. acutum: altera posteriorem i. e. gravem. Quare eæ cum concalescerent, concreverûnt in unum etiam ipsi apices, sic quem Græci cum περισπώμενον dixêre, abusi sunt licentiâ inventionis: neque enim circumtractus fuit, sed τυπτώμενον rectiùs nominâssent. Nostri quoque *circumflexum* cùm appellârunt, ad celeritatem potiùs pingentis manus respexêre, quæ unico motu virgulam arcuatam fecit, angulo demto. Hæc ille. Nunc amplius. *Oscines* aves Appius Claudius esse ait, quæ *ore canentes* faciant auspicium ut corvus, cornix, noctua. Nisi quis malit simplicius quasi *pecines*, ab *occinendo*. *Camena*. Macrob. lib. 2. in som. Scip. c. 3. Musas esse mundi cantum etiam rustici (alij Hetrusci) sciunt, qui eas *Camenas* q. *canentes à canendo*, dixerûnt. Ita quoq; *carmê canimen*, interpositâ R ab eodem. Quomodo *Camena* & *Carmena* & *Casmena* παρὰ τὸ ᾄδειν, dicebatur. Et notum quòd *canere* sit poëtis proprium. Alijs *Carmen* est ab ἁρμόν, i. e. aptum, concinnum; harmonicum. Quod Hebr. est orig. עֵרֶם i. e. callidè, & concinnè composuit, seu coagmentavit decenter, aptè conjunxit ritu hominum prudentum & circumspectorum. A cano fit *fidicen*, i. e. qui fidibus canit: *Cornicen*, qui cornu itidem mediâ brevi. *Tibicen*, qui tibiâ: mediâ longâ. Fit enim concursus duûm elementorum quasi *Tibijcen*. Horatius: Nunc *tibicinibus*, nunc est gavisa tragædis, *Sittcines*, qui apud *Sitos*, i. e. vitâ functos, ac sepultos canere soliti sunt. Agell. lib. 20. cap. 2. τυμβαῦλαι. *Siti* sunt mortui, sepositi, sepulti: ut etiam Cicero de legibus testatur.

Canibus, κυνηγός. Aliter Græci, aliter Latini sumunt: ut dubites, utri propriè, nisi subveniat etymon.

Hesych.

καυηγὸς ὁ ὀφθαλμὸς κύκλῳ

Synes:

Καυηγῶν ὁλοφυρομένων λιβάδες.

Contrà Persius:

Vertentem sese frustrà sectabere cantbum
Cum rota - - -

Probus:

imperiti ea plostra appellant.

Sunt enim vehicula, quorum rotæ non sunt radiatæ, sed tympana cohærentia axi & cantho ferreo juncta.

Quin-

Quinct. lib. 1. Ferrum, quo rotæ vinciuntur, dici solet canthus. Et hi propriè: dicturque ab illâ curvatu à, κανθὸς quasi καμπύλος. Ita enim Græca immutari solent ab alijs gentibus: & ipsam hanc vocem, κανθὸς ab Afris vel Hispanis in Latinam orationē veniſſe putat Quinctilianus. Κάμπτω ab Hebr. קָמַץ, curvavit, flexit.

Caperare, Frons *caperata* à frontibus aut cornibus caprorum, quæ rugosa sunt & asperæ. De etymo differit Quinctil. lib. 1. Quoniam à Græcis utrumque ductum est, ad eam rationem recurrunt, ut πατὴρ, patris, κάπρε, capri, faciat. Malim verò Hebræum. עֵז־יר est hircus pilosus. Quasi Latine dicas *Zaper*, aut *Zapir*. Post *Caper*. Agnominant à cornibus & ungulis, quæ capris citò crescunt. A עָזַר, i.e. properavit. *Caprimulgus*, qui capras mulget. *Capripes*, à caprinis pedibus. *Caprificus*. Vt caper omnia carpit & depascit, ita *caprificus* parietes, atque ipsa etiam saxa obstantia disrumpit. Martial: Marmora Messalæ scindit *caprificus*. *Caprotinæ* Nonæ nuncupatæ sunt, quòd eo die in Latio Junoni Caprotinæ mulieres sacrificant, & sub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgam: Varro l. 5. de L. L. Macrob. l. 1. Sat. c. 11.

Capsa. Scalig. in Theoph. de pl. Vas oblongum fictile, quale videmus in antiquis pontificum monetis, κάπτης. Inde Latinum illud: ficut *capere*: κάπτω, fodio; & κάπτομαι, excipio. Quare etiam comedere significavit. Vnde nos quoque, *cibum capere*. Et κάπη est præsepe: ab excipiendo. *Præcipere* est propriè προλαμβάνειν, *ante capere*. Lucret. ... æstus ubi ... *Præcipit*. — Cicero: *præcipere* cogitatione futura id est, προλαμβάνειν. Virg. 10. Æn. *Littora* præcipere & *venientem pellere* terrâ.

Vulgo legitur *præripere*. Vbi tamen addit Interpres: *præripere est ante capere*. Cur igitur non ipsum *præcipere* retinetur, cùm ita habeat vetustissimus codex? A *capio* est *anticipo* ut & *occupo*. Varro l. 1. de Vitâ pop. Rom. Etiam nunc pocula, quæ vocant *capula* ac *capides*, quod est poculi genus. Puto tamen *capidem* Græcum esse: quòd id genus vasis

κατὰ κυπέλλου dicatur, à Græcis. Jos. Scal. Conject. Heb. קִבֵּל id est, accepit, capulavit. Et hæc primæva origo, ut *incepto*, à capio captum: Ita *discepto*, id est, hinc inde, in partes varias capto. Aliquid enim subauditur. Vnde pro litigo ponitur, aut decerto. A capio *capedo*: ut à torpeo torpedo. Supereſt tantùm in comp. *Intercapedo*. i. quod intercipitur, cùm mora interjicitur ad capiēdum. Festus: *anceps*, quòd ex utraque parte caput habeat, ut securis: vel magis à *capiendo*, quòd ex utraque parte æquè capiatur. Glossarium: *ancipites* ἀμφίβολοι. *Ancipit*, ἀμφιβάλλει. Idem Festus: *deinceps*, qui deinde cepit: ut *princeps*, qui primùm cepit. *Deincipem* antiqui dicebant proximè quemque captum: ut Apuleius, sermonem deincipem. Vt *anceps*, *princeps*: ita *præceps*, à *capio* fit. Id est, qui *ante capit*, scilicet locum, sedem, consilium, vel quodvis aliud, pro ratione sententiæ. *Præceps* amentia, i. quæ ante vel prius ruit in exitium. *Forceps*, quasi ferrum capiens. Huc illud: Forfice fila: pilos cape forpice: forpipe ferrum. Dexteriùs Etymologia. Id est, *ferrum*, hoc

enim materia, *facis*, quo sarctores: *pectit*, quo tonsores: *capit*, quo fabri utuntur. Hinc *forcipem* Virgilius fabris Vulcani attribuit, 8. Æneidos. Adde illis, si lubet, *forfex*, i. ferrum secans. *Præcipuum*, non est propriè idem quod peculiare aut proprium, uti explicant: Sed id, quod *ante capitur*, τὸ προλημμα. Sicut *Excipuum*, quod excipitur, ἐκκαικῶς. Glossar. *Exoipulum*, ἐκδοχεῖον. A capio est & *capulus*, um, quidquid rem aliquam capit, Nonio. *Capularis*, i. e. senex, capulo efferendus. Plauto. *Acheruntius*. In asin. *Capuli decus*.

Capsa, *capsula*: quasi κάμψα, i. e. theca. Aut simplicius κάψα, à κάπτω: ut sit, in in qua reponantur edulia. *Cista* verò, κίστη, apud Homerum, παρὰ τὸ κίδω, ducitur: melius è penitrali sanctissimæ linguæ. In ea est כִּיס i. e. cista, genus vasis ex asseribus compactum, in quo aliquid reconditur. Cognationem igitur habet cum כִּסֵּה i. e. operuit. A cista est etiam *cisterna*, ut à luce, lucerna: à cavea caverna.

Caput κεφαλή. *Sinciput* quasi

Semiciput: & hinc in opt. Glossario, *Simicipium* ἡμικεφάλιον. *Sinciput* igitur ἥμισυ κεφαλῆς: vel altera pars capitis, nempe anterior: Græcis τὸ βρέγμα, à βρέχω, ab humiditate. *Occiput* pars, quæ anteriori opposita. Hoc enim notat particula, *OB*; ut in verbis, occino, obvenio, obverto. *Cranium*, κρανίον, κράνιον, κάρηνον. ut ἔγκαρ apud Græcos: Sic etiam suspicor à κάρη Latin, *Cerebrum* dici, quasi *Carabrum*. *Capitale*, quod ad caput pertinet. ut *hostis capitalis*, qui petit alicujus caput, & sic vitam. *Capitale crimen*, quod capite lui meretur. *Capistrum*, quo caput, aut os frenatur. *Strum* est κατάληξις. *Capitium* capitis tegmen. Varroni, Turnebo. J. C. Scaligero, quia *caperet* pectus: à *capio*. Illud verò magis ἀναλόγως: ut *occipitium*, ita *capitium*. *Capito*, à magnitudine capitis: nomen & viri & piscis. *Capillus*, *capitis pilus*. Illi igitur ineptiunt, qui dicunt: *Capitis capillus*. Agellius l. 12. c. 1. abusivè pro pilis posuit: In illis capillum gigni teneriorem. Persius:

- - - *bicolor membrana capillis*.

Ad quod Is. Casaubonus: Capillos κατ' ἐξοχὴν posuit de pilis. *Capitolium* à capite: aut mavis quasi *Capipolium*, id est, πόλις τῆς κεφαλῆς. Scaliger in Festum: *Concapes* rectum est, ex antiquâ scripturâ *Concapet*. Tignum rectè Theophilus πᾶν ξύλον ἐργάσιμον. Et tunc junctum ædibus, ædificiove dicitur: at *concapes* vineæ tantùm dicitur, quia habeat *caput* suum cum capite vineæ commissum. Caput vineæ radix ipsa Virgilio, Columellæ. Significat ergò depactum, ac defixum terra, ad vineam sustinendam. *Concapes*, ut *procapes*. A quo capite multi descendunt. *Primicapes*, *præcapes*, *deincapes*, *ancapes*. Postea dictum. *Primicipes*, *præcipes*, Plauto & alijs. Hodie *princeps*, *præceps*: *deinceps*, *anceps*. Sic *Terticapes*, *quinticapes*, dicebant. Igitur & hinc *concapet* eleganter eâdem formâ.

Caracalla, indumenta fuêre ad talos usque demissa, ab Antonio Imperatore data populo: ex quo *Caracalla* nuncupatus est. Rhod. lib. 16. c. 10. à κάρη & calx; ut sit Græcolatinum.

Carbasus, κάρβασος, Itidem Hebræor. כַּרְפַּס i. e. carbasus, genus lini, vel sericeorum miræ tenuitatis, ex quo conficiebantur vela, & vestimenta, seu pallia dive si coloris.

Carbo i. e. lignum aridum & ustulatum, à κάρφω. κάρφω est arefacio, sicco. Ab Hebr. חָרַב siccus fuit, aruit. A carbo est *carbunculus*: ut à fur furunculus: ab arvus avunculus. Quomodo ad gemmam, & alia, transferatur, notum.

Carolus, à כָּרַי, quod etiamnunc frequentissimum est. J. C. Scalig. Ex. 166. *Carl* prisca vox est, quâ robusti fortesque viri designabantur. Id enim est *Carlman*, quod *Andreas*. Alij ab Hebr. trahunt קָרָא i. e. invocavit, & אֵל i. e. Deus.

Carpo, καρπός, καρπόζω: id est, decerpo, fructum colligo. J. C. Scalig. in Theop. Ἐ-πιμον τῇ καρπῷ, non est à substantivâ, sed eventu: κάρειν. Unde etiam nostrum *carpere*. Transpositis sanè vocis partibus ἔκαρεν, ἔκαι, καρπός; ἀπέκαρεν. Hebræ. גָּרַת non abludit multùm, id est, carpsit.

Carum, principali notione est pretiosum, quod magni æstimatur. *Caritas*, ubi majus precium, aut plus pecuniæ requiritur, quàm alias. Ab Hebræo יָקַר, carè æstimatus est, magni precij fuit: unde etiam careo. יָקָר, est carus, pretiosus. Aliud est *charum*, ἀγαπητόν, scilicet, vel dilectum: à χάρις, χαίρειν. Ita etiam veteres serì bebant, per H, ut sit differentia J. C. Scalig. c. 22. L. L. *Charum* scribebant, nos *carum*: unde & *carere*: quoniam deficiente annonâ carebant, atque ibi tum illa chara erat. Sed ille Hebræorum fons mihi potior. A *careo* est *cassum*. Pacuvius: Tardigradam, herbigenam, domiportam, sanguine cassam. Lucret. animâ cassum corpus. Virgil. æthere cassum. *In cassum* dicitur, quomodo *in vanum*, *in nihilum*. *Caro* à *careo*: *carnis* in Nom. apud Livium Andronicum. Propriè de mortuo, quia *careat* vitâ. *Carna* Dea, à carne. Macrob. l. 1. Sat. c. 12. Ovid. 6. Fast. *Corpus*: *A* transit in *O* ut differentia sit inter *Carpus*, quasi *carnis opus*. Glossar. *Caro*, κρέας, σάρμα.

Postea ad alia etiam ἄσειρα dilatârunt. *Carnifex*, quia facit animal carêre animâ. A *careo* distinctum est *caro*, *carere*: sine dubio à κείρειν, tondere, ἔκαρον: non ut Varro. Vnde *Carduus*, quia aptus carendæ lanæ. *Cardueliis*, quòd carduis crebrò insideat, aut pascatur etiam. *Acanthis*, ἀκανθὶς, ἄκανθα ab ἀκὴ, propter acumen. *Carmen* instrumentum ad carendum lanam. Lucret. 4.

--- *quasi* carmine *lana trahatur.*

A quo *carminare*. Jos. Scalig. ad Varr. & Tibullum. κείρω est à קָרַח, quod idem.

Casia, vel *Casia*, κασία à קְצִיעָה. Est enim cortice, qui abraditur, commendabilis. קָצַע est abrasit.

Castor, κάστωρ, quasi χάσωρ, est animal ventricosum.

Castor. Varro l. 4 de LL. Castoris nomen Græcum & Pollucis à Græcis Latinis literis veteribus nomen, quod est, inscribitur, ut πολυδεύκης, *Polluces* non, ut nunc, *Pollux*. Non possum non his adjicere illud γελοῖον λῆρημα Becani, ut ejus inde magis appareat vanitas. *Castor* (inquit lib. 4) est composita vox ex Ka quo malum significatur, & Stor vocali longâ, quod idem est, quod interventu quippiam turbare & profligare. *Pollux* quasi *Pbollux*, *pbol* sive Poll, & *Luc* vel gluck id est, plenus felicitatis. Quorum illud nomen Joanni Baptistæ: hoc CHRITO tribui debere ait.

Castus. Servius, *Cestus* cingulum Veneris. *Cæstus*, a pugilum. Illud à *cædo*, *cæsum*. Illud à κεστός, Doricè κάστος, id est, zona acu subtiliter & variè dispuncta: item lorum perforatum. *Cestus* Varroni de Re rust. est viculum. Hesychio κάστος est fustis, qui etiam ait, esse vocem Athamanum propriam. Inde *castiga*, ut à fustis *fustigo*, quod verbum νόθον. Est *castigo* primævâ suâ notione, non verbis reprehendo, ut putarunt: Sed loro percutio, aut cesto, ἱμάσσω. Porrò κεστὸς fit à κεντέω. Itaque miror, quòd Fungerus JCtus literarum N & S naturam diversam in causâ esse putet, quo minus Cestus fiat à κεστεῖν: tùm integrum sit Græcum, κεστός. A *cesto* est *castus*, casta, cui cingulum Veneris nondum solutum. Quem ritum Catullus posuit, & lucidè Scaliger explicavit in poëticis. Apud Heb. est. קָרַשׁ id est, sacer castus fuit: si primâ origine magis delectaris. *Incestus*, id est, non castus, *incestare*, id est, incestum facere. Festus: *Incestus* à Græco trahitur. Nam illi sacrificantes dicunt ἀνίερον.

Catapulta, καταπέλτης à κατὰ & πάλλω, sicut *ballista*, machina bellica, a βάλλειν.

Catax, id est, claudus, apud Festum. Vbi Jos. Scalig. Græcum est κατὰξ, hoc est, καταγῶς τὸ μέλη. Isidori glossæ: *Catax*, claudus, coxus. Hispani retinent nomen. Claudum enim hodieque vocant *Coxo*, & *Coxquear*, claudicare. Quod & in illis optimis glossis reperi, *coxigat*, χωλαίνει. Et Nonius: *Catax* dicitur, quem nunc *coxonem* vocant.

Catharma, κάθαρμα; à καθαίρω id est, purgo, mundo. Et ita rectè scribitur per TH. Alijs non benè

Catonium: Sic enim legatur, non *Catomum*. Priscus Laberius usurpavit pro inferno, à κάτω id est, infra. Ita *Catogeum* est domicilium subterraneum. Cicero in Epist. sic emendandus: Vereor, ne in Catonium Catonos, &c. id est, ad inferos nos præcipiter, & sit causa mali. κάτω à תַּחַת, quod locum inferiorem notat.

Cavillum est jocosa calumniatio, inquit Festus. Ad quod Scalig: *Cavillare* dictum à *cavendo*, ἐπιφυλακτικῶς. Propriumque est legulejorum, & moratorum verbum. Nam Jurisconsultorum proprium *cavere*.

Ovidius:

Illo sæpè loco capitur consultus amore:
Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi.

Tibull: Hæc mihi quæ *cavetem* Titio, Deus edidit ore, Nam & *cavo*, *cavis* dicebant. Itaq; *cave* ultimam jure corripit, ut ita superfluâ Grammaticorum exceptione opus non sit. Servius in 4. Æen. Dicimus à tertiâ conjugatione esse imperativum, ut cavo cavis. Hinc etiam Catullus, cavere dixit. Tertullianus lib. de corona: Omnibus modis *cavillandum*, id est, cavendum: παντὶ τρόπῳ φυλακτέον Non ergò obscurum, quare in vitium verterit hoc verbum: cùm genus hoc hominum malè semper audierit. Pontanus cum Varrone, *caveo* ex antiquissimâ consuetudine faciendi, & inhabitandi caveas ducit. Verba hæc sunt: Prisci illi, qui Latium etiam ante Aborigines tenuêre, plerique in cavernis habitabant, quæ à *cavando* essent dictæ: ijs autem, & æstus cavebant, & frigora: pleraque etiam alia incommoda, in illisque se & sua cautiùs tutabantur. Quâ è re verbum *caveo* ab ijs ductum, &c. *Cavea*, *cavile*, *caverna*, *excavo* & similia à *cavum*: ab hiatu & inanitate, χάος, χάσκω, χαίνω. Aut rectissimè ab Hebr. קָבַב, id est, cavavit, cavum

fecit. Idem est נָקַב: unde etiam capis, κάπη. A *caveo*, *cautum*, est itidem *causa*, quasi *cauta*: Vbi inprimis diligentiâ & circumspectione opus sit. Itidem ex crebriori usurpatione verbum Jureconsultorum: postea latissimè fusum. T, autem & S, quod φιλέλληνες nôrunt sunt elementa ἐυεπίβλητα. Itaq; unico S exarantur, quod Scaurus, atq; Priscianus comprobant: & ratione originis & prolationis, & denique compositorum. Vt *accuso*, *incuso*, *excuso*; omnia à *causa*. Alijs à *cudo*: nescio qua ratione. *Accusatio* crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, testi confirmet. Cic. pro M. Cœlio. *Cautus*, quem *cavendum* dicerent: quem, ut ait ille, *atrum*, gnoscerent, aut *fœnum in cornu gestantem*. J. C. Scaliger G ræcorum verò αὔπνον, αὐπνία, descendit ab Heb. אָרוֹת ejusdem significatûs.

Caulis, καυλὸς. *Cauliculus*, καυλίσκος. *Vnicaulis*, μονόκαυλος. *Caulodes*, καυλῶδες. Inde *caula*, quia fit è viminibus, seu caulibus. Aut ex Hebræo מְכֵלָא i. e. caula, quâ claudun-

duntur pecudes. Ablato מ. Simile est כְּלָא id est, claustrum. A Rad. כָּלָא, id est, cohibuit, clausit.

Causia, Suidas: καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ. Adversus æstum. Καίω, καύσω. Heb. est כָּוָה i. e. adussit. *Holocaustum*, ὁλόκαυστον. *Hypocaustum*, ὑπόκαυστον, i. vaporarium. ὑπόκαυμα, Aristoteles utitur: quid sit, docet J. C. Scalig. lib. 3. Poët. cap. 19. ex Virg:

-- orida circum
Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.

Aristoteles ὑποκαύματα vocat.

Cauter, καυτὴρ. *Cauterium*, καυτήριον. Item exinde κηλὸν siccum, κηλέω, & κηλόω, i. e. uro. Vnde & nostrum *Calere*, aut à χαλῶ, ut alibi notavimus. Certè nec Heb. dispar, קָלָה. id est, ustulavit, levius reddidit aliquid torrendo, seu assando ad ignem. Et קַלַחַת est χαλκεῖον aut olla, in quâ aqua calefit. Similiter Latinorum *cremo* κατὰ μετάθεσιν est à כָּמַר. *Culina*, quasi *calina*, ob perpetuitatem ignis aut caloris. Ad-

de istis, *Caminus*, κάμινος, quasi καυτῖνος. Hebræum חָמַם est caluit. *Casa* κάσα, ut sit domus, quæ focum atque ignem alat. Aut ab Hebræo סֻכָּה, ut casa sit idem, quod tugurium: à tegendo: καλύπτω. Jul. Cæs. Scaliger cap. 34. de c. L.L. *Casseus à casa*, ut nos judicamus, à cogendo, ut Varro. קָשָׂה *casse*, priscis fuit vas concavi, vento pervium, ut ne panes computrescant, ac mucidi fiant. Κάσαν ἢ κάσσαν interpretantur quoq; scortum: à domo illa: sicut prostibula à stabulo. Inde κασινα. *Casina*, & duplicato N, *Casinna*: velut κήρη, κορίνα, & κορίννα, *Corinna*.

Cedrus, κέδρος. ab Hebræo אֶרֶז per augmentum.

Virgil:

Discę & odoratam stabulis accendere cedrum.

Celes, κέλης, i. e. equus desultorius. Scaliger lib. 1. Poët. cap. 22. Opibus deinde obtinuit luxus, ut etiam equos alerent cursores: qui privis equis currerent, κέλητες vocati, unde & priscum

Celetis nomen. Idem denotat parvum quòddam navigium, *Celox*. Ejusdem γενέθλης est *Celer*: autoritate Festi: *Celeres* antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus. Verbum est κέλλω, *cello*, *celsum*. Apud Hebræos est קָלַל, celluit, præcelluit, levis fuit. Atque ita inprimis Hebræum, ut & Græcum κέλλω, notat levitatem, κίνησιν τὴν ἄνω, & velocitatem. Levia enim facilè & cito moventur. Vt ita *cellere* proprie sit levare, aut ciere: *celsum* idem, quod leve, velox: deinde altum, vel sublime. Omne enim leve suâ indole attollitur. *Præcellere*, *antecellere*; præ aliis levare se, superiorem esse. *Excellere*, est elevare se, altiora tenere: & *excelsum* est altum, in superiori constitutum. *Procellere*: unde adhuc procella: Servius in 1. Æn. procella est vis ventorũ cum pluviâ, ab eò, quòd ōnia procellat i. cōcutiat. Dict9 Scal: *Percellere* (inquit) percutere est. Græca item vox, κίκλησκω: cum animus quasi verberatur imminentis mali opinione. Hujus summum fastigium est *consternatio*: quoties ex percussione concidimus, & spe, & consiliis abjectis. Nisi atrocior esset *exanimatio*. Hoc enim est, quod è prisco Poëta recitat M. Tullius: Mihi omnem sapientiam ex animo *expectorat*: i.e. vim animi adimit. Top. 4. an ἔκπληξις est perculsio? Sic enim sonat. At *perculsio* prosternit animum, aut saltim, ut ait, Q. Tullius, *verberat*. ἔκπληξις autem est ψυχωσιπόρης ὑπὸ βάλλεσθαι, Exer. 312.

Celeusma, κέλευσμα, à κελεύω. Pes in Poëticis, *proceleusmaticus*, ab hortatu dictus est, sive militari sive nautico. κελεύω, κέλω ab Hebræo קוֹל, vox.

Cella, multis, & in ijs Festo appellatur, quòd eâ *celentur*, quæ volumus esse occulta. Rectiùs è sacrario Hebr. promitur. Ibi enim בֵּלָא i. claustrum, κάθημαι, carcer. à rad. כָּלָא i. e. clausit, conclusit, cohibuit.

Censeo, *census*: non à κῆνσος, sed hoc potiùs ab illo. Vtrumque ab Hebr. סָבַן i. censor fuit. Et propiùs, quoad puncta, מְסֻכָּן i. e. censura. Officium censorum apud Romanos severissimè inquirere in mores hominũ: & opes eorundem æstimare. Ovid.

Ovidius:

- - rigidus munera censor habet.

Martial: *Nudorum tetricus censor & asper erat.*

A censeo est *succenseo*, i.e. subcenseo. ἐξέπεσεν aut censuram comitabatur, ubi res malè habebat, indignatio. Et ira aliàs sequitur, cum putamus rem indignã esse aut iniquã. Hinc *succenseo* est irascor.

Centipeda, à multitudine pedum, καὶ ἑξακόσι. Sicut & cento nominatus à diversis partibus.

Centurio, ut decurio: ex illo Græc. κενλυρίων & Syr. מֶנְטַרְיָא *Kenteruna*.

Centum ἑκατὸν: *Ducenti*, *Trecenti*, *Sexcenti*: in alijs C mutatur in G, ut *quadringenti*, *quingenti*, pro quadrincenti, quincenti.

Centrum, κέντρον, κεντέω: quòd fit instar puncti. κεντέω à נָקַר: sicut κενόω à נָקִיא κατὰ μετάθεσιν.

Cera, κηρός. *Cero*, κηρόω. *Ceroma*, κήρωμα: Juven. fœmineum ceroma. Ab Hebr. רָכַךְ, mollis fuit, vel emollitus. Inde *cereus* pro mollis, aut flexilis, apud Horatium: Cereus in vitium flecti.

Ceraunia, κεραύνια: sub audi ὄρη, vel ὄρη. κεραύνιος est fulmineus. Et ceraunia sunt montes Epiri, qui crebrò fulminibus impetuntur. Claudianus: Sub antris Ignea fulmineis legere Ceraunia nymphæ. Apud Horatium, *Acroceraunia*: ab ἄκρος. Priscianus etiam:

Cum tollunt montes excelsa Ceraunia - -

κεραυνὸς rectà ab Hebr. בָּרַק fulminavit.

Cerberus, κέρβερος. Apud Hesychium, κερβερεγκινδύνως est Tartarus. Per Cerberum q idam intelligunt terram, dicíq; volunt quasi κρεωβόρον, quòd à terrâ omnia quasi devorentur cadavera. Apud inferos autem, qui fabulâ persequuntur, vesci canem ossibus Amphiarai ajunt, quem tellus absorbuit, ut est apud Statium.

Cercurus, Jos. Scal. ad illud Festi. *Myoparo*: Lege, nam & *Myon*, & *Paron* per se sunt. Ab insulis Paro, *Corcyra*, dicta navigia, *Parones*, *Cercuri*. Quin & Syriaca lingua retinuit *Careura*. Hoc enim est *Cercurus*. Nisi mavis κέρκον καὶ ἀρὴν nomen dedisse à formâ; propter longitudinem videlicet. A forma autem μυῶνες: hoc est angusta

& oblonga. Vt *myobarbum*, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. Mures enim & muſtelæ oblongo corpore.

Cerdo, nomen generale, idem quod *Lucrio*: à κέρδος. Nimis qui lucrum quærit, undecunque poteſt, etiã cum ſordibus & turpitudine. Hodie κατ' ἐξοχὴν dicitur *cerdo*, qui cutim detrahit, aut macerat corium in uſum ſutrinæ. Græcis βυρσεὺς, ἢ σκυτεύς: Latinis *coriarius*. Et verò ars illa ſordida præ alijs eſt & ſtercorea, ut qui inde lucrum quæritat, meritò iſta nomenclatione inſigniatur.

Cereviſia, & ſyncope *Cerviſia*, quòd obſcuriuſcula ſit, nec apertæ originis, vidi quendam conqueri, qui integrum fecerat libellum de illo potu. Nomen excidit. Atqui non adeò caliginoſam eſſe vocem ſcit ille, qui οἶνον καὶ ποιητὸν καὶ ὑλικὸν & πρόγμα expendit, ex Herodoto, Strabone, Plinio, Plutarcho, Oroſio. Et ſanè quòd ex frugibus coquatur, tritico, hordeo, etiam vulgus novit. *Ceres* ſumitur pro frugibus: veteri ſuperſtitione harum dea. Ergò *cereviſia*, *à Ceres*: quia *Cereris*, i. e. frugum vis in iſto liquore dominatur. *Cereviſia* Galeno eſt ζῦθος, ζύθος. Theophraſto ζῆθος. Plinio *Zythus*. Ariſtoteli, οἶνος κελέβινος: quaſi tu dicas vinum hordeaceum, Hellanico βρύτος. Græcis aliis ζῦτος, ζύτος, ζύτον. At ſunt, qui diſtinguant *Zythum* & *cereviſiam*: quod videre eſt in Junij Batav. cap. 15.

Ceremonia, Feſto ab oppido *Cære*. Alijs à *Cerere*. Gloſſarium *Cerimonia*, Δεισιδαιμονία. Joſ. Scaligero à *Cerus*, i. e. veteri linguâ, ſanctus. Vt à ſanctus, ſanctimonia: à caſtus caſtimonia. Et myſticum erat nomen Jani, *Cerus manus*, in carmine Saliari. Habes ita & analogiam & rationem & autoritatem etymi. Alijs item *Cerus manus* eſt creator bonus. Nam á *creo*, interpoſita vocali, *Cereo* dicitur: *à cereo*, *cerus*: unde & *cererem* frugum creatricem derivant. Origo & creo eſt κρίνω, & eliſo, N, κρεάω, i. e. efficio, perficio, creo. κρατὴρ, effector. Aut potiùs ab Heb. בָּרָא, mutatâ primâ, id eſt, creavit, ex nihilo produxit. *Ceres* Varroni lib. 4. *à gerendis* frugibus, quaſi *Geres*. Scal. in conject. A Græco γῆρυς, ita enim prius vocabatur. Heſychius: ἀχτὶς, καὶ ὠτὶς. καὶ ἀλὼὴ καὶ γῆρυς, καὶ γὴ, καὶ Δημήτης, ἢ ἀὐλὴ. Hæc ille. Quidquid verò nectant, ex Hebræo eſt *Ceres*, aut *Geres*, γῆρυς. שִׁבֹּלֶת eſt ſpica, calamus. Et uſurpatur de frugibus arvorum pleriſque.

Quid autem *Ceres*?

Diva potens frugum - -
Et frugum genitrix - -

ex Ovidio & alijs familiæ illius. Ita Ethnici, quæ ab Hebræis tranſtulerunt, utut ſiparia aliquo aut nebulâ texerint, emicant tamen illa, & radios aliquot iſthuc jaculantur, unde orta.

Cernuus, i. e ad terram pronus, κατάβλεψ. *Cernuabant* Nonio, eſt terram ſpectabãt: *à cerno*. Scalig. in Theoph. de plant. Verbum frequentiſſimum Græcum eſt κρίνειν. Quod ad ſenſuum opera trãſtulit Philoſ. in 2. de anim. Latini commodiorem atque expeditiorem fecerunt pronunciationem, tranſpoſitis elementis, ſicut ἁρπάζω, *rapio*. Compoſitum autem hoc acutiùs deducam περὶ τὸ κρῖναι. Qui enim *diſcernit*, diſſipat τὰ κεχρημένα. Idem: *Crinis*: παρὰ τὸ κρίνειν. Non ſunt *crines* equini pili, niſi in jubâ & caudâ. *Crines* enim ſunt pendentes & diſcriminati pili. Item ab eodem verbo eſt *Crimen*, i. e. judicatu & animadverſione dignum. Nam & *Cernere* apud Latinos Tropicè eſt judicare: arguit compoſitum *decernere*, *decreta*, quæ ſunt ſuperiorum. Idem Scal. cap. 150. L. L. *diſcretus*, fac ſignificet, virum moderatũ: non eſt, quia *diſcernit*; ſed quia à vulgo ſapientum ſententiâ *ſecretus* fuit. A *cerno*, *cretum*, κατὰ μετάθεσιν eſt & certum, i. e judicatum, firmum probè viſum, Gloſſar. *Cerniculum*, ὁ γνάθος. Item à cerno eſt *certare*, Græcis κρίνεσθαι. Maro: Cernere ferro. Græci: Κρίνειν τὰ ἄεθλα, τὸν πόλεμον. Lucretius imitatur: bellum Magnis de rebus inter ſe *cernere certant*. Ennius: Ferro, non auro, vitam *cernamus* uterque. *Cernit* autem vitam, qui conſtituit eam in diſcrimen adducere, & qui de eâ paratus eſt diſceptare atque decernere: ita, ut ferrum ſit judex. Hoc innuit *Cernere*. Plautus in Amph: *Cernit cum* hoſtibus, i. e. pugnat.

A *discerno* est *discrimen*, ficut à simplici, *crimen*. χεκρυφδον. χείνω per inversionem — à נָכַר id est, discretus est.

Chalybs, χάλυψ. A populis Asiæ, qui *Chalybes* dicti. Virgilius 1. Georgicôn. *Chalybes* nudi ferrum.

Æschylo, πληξιπάτρους. Conjectura Philippi Melanchthonis summopere placet Fungero. Is *chalybes* etiam *Alybes* vult dictos, quasi Jalybas à Jobel: quæ vox derivari potest à יָבַל, Vnde in Hiphil הוֹבִיל protulit, adduxit, nempè è terræ viscerib us, atque cavernis. Mihi simpliciter dicta videtur à fluore, scil. metallico. Nam radix יָבַל est idem, quod profluxit, ulteriùs fluxit—. *Charybdis* & *Scylla*. χάρυβδις, παρὰ τὸ εἰς χάος ῥέον ὑποδύειν τὰ σκάφη. Est enim— vortex maris. *Scylla* à σκύλλω: Aut Heb. גָּזַל i. e. vi rapuit, spoliavit.

Chela, χηλὴ, id est, forceps cancrorum. Virg. 1. Georg. Qua locus Erigonen inter, chelasque sequentes. Aliud est *chelys*, χέλυς Quod facilè ab Hebræo formes, כֶּלִי i.e.

instrumentum, quod tam Musicis, quàm aliis etiam rebus tribuitur. Rad. est כָּלָה id est, consummatus est ex toto, consumtus est totus.

Chermes, vox Punica, è vicinià Judæorum. חֶרְמֵשׁ est falx, aduncum organon, quo segetes & gramina metuntur, qualia apud nos ferè: conflatur ex חָרַם i. e. delo-lavit, & מוּשׁ i. e. removit attrectando. Inde mendosum illud Varronis, ut legitur hodiè, corriges: Has *phancillas Charmoneticè* dicunt. Rectè: Has falcillas Chermet Pœnicè dicunt.

Cholera, χολέρα, χολὴ, ab Heb. בָּחַל id est, bilosus fuit, æstuavit.

Chorda χορδὴ: ita appellatur, quia fit ex intestinis ovium subtiliter filatis & contortis. χορδὴ est intestinum.

Chromaticum, χρωματικὸν id est, coloratum. χρῶμα color: χρόω, χρόα, colore— imbuo: χρῶμα, color. Ab Hebræo רָקַח id est, pinxit, ornavit coloribus, quod pictorum proprium. רֶקַח pigmentum. Melos *chromaticum*, apud veteres.

Quo-

Quomodo χρώματα etiam in Musicis: & τὸ *colorare* hodie Italis, immo quoque Germanis sumitur. Ductâ metaphorâ à varietate, elegantiâ & suavitate picturæ. χρὼς, χρὼς verò i. cutis, ab עוֹר i.e. cutis.

Chrysites, χρυσίτης, aureus. χρυσὸς aurum. Ex eo multa conflata sunt. *Chrysolitus*, λίθος: lapis ab aureo colore. *Chrysomela*, à μῆλον: aurea poma, in Virgilio. *Chrysomallus*, χρυσόμαλλος, μαλλὸς, aureum vellus. *Chrysanthemum*, flos aureus: ἄνθος, ἄνθεμον. *Chrysostomus*, aureum os: στόμα, ab eloquentiâ. *Chrysopolis*, aurea urbs, πόλις χρυσὸς ab Hebr. חָרוּץ aurum.

Cibus. Festo appellatur ex Græco: quòd illi peram, in qua cibum recondunt, κίβωτὸν nominant, id est, arcam, cistam. Et κίβισις est pera, sacculus. Etym. dictum vult παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὰ βόσιμα. *Esca*, ab *esum*, vel ἔδω, ἐδέω provenit. *Vescor* verbum vetus Cicero: Vesci voluptatibus: *Ut esca. Vescus* nomen: Lucretio lib 1. *Vescum* sal Virg. 3. & 4. Georgic: *Vesca* frondes, & *Vescum* papaver. Notetur etiam *Ve-*

scum antiquis fuisse pusillum. Ex paeticula VE quæ minuit Ovid:

— — *Vegrandia farra coloni,*
Quæ malè creverunt, vescaque parva vocant.

Et *vesculi* sunt graciles aut malè curati. *Escaria* vincula apud Plautum. *Esculentum*. βρώσιμον. *Esculus*, ex genere arborum glandiferarum; ab *esca*: teste Servio 1. Georg: quòd prisci mortales nondùm frugibus inventis glande ejus arboris pro escâ uterentur. *Esculetum*, ut *quercetum*, apud Festum. *Chilus*, χιλὸς, & χειλὸς, i. e. cibus, pabulum, fit ab Heb. אָכַל, i. e. edit, devoravit.

Cicadam, si nominari audis, quasi *citò cadentem*, non miraris? Homines malle ineptire, quàm extra Latium pedem usquam ponere. Nos egrediemur, aliudq; vestigabimus. *Cicadam* à cantu commendari, è Poëtis cognitissimum.

Hesiod. prolixè:

— — ἠχέτα τέττιξ.

Et deinceps:

— — πεινημένος τε καὶ ἠῶος χίει ἀυδῶν.

Theocrit. non semel:

τέττιγες λαλαγεῦντες.

Idem:

Idem :

τὸ πίπιζος ἐπὶ τὸν φίστρεον ἄδεις.

Idemque vespam opponit cicadæ :

σφὼξ βομβῶν πίπιζος εἰκάθου. – –

Virgil : *Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.*

Idem : *Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.*

Cantus igitur & nomen dedit cicadæ, ἄδειν. Neque τὸ *CIC*, ab initio vacare putes. Singulari enim causâ appositum est, ut ita modus exponeretur ; sive cantus sive soni. Κίκυ ἄδειν. *Cicum*, κύστις est membranula : ab Hebr. כָּרַח id est, operuit, occultavit. Festus : Cicum, membrana tenuis malorum punicorum. Et canunt aut strepunt cicadæ alis suis aut membranulis. Quod Aristoteles annotat itemque Plinius. Hæc vocis ratio, quæ cùm latuerit hactenus, aperienda nobis fuit.

Cicer, unde *Cicero* appellatus : velut à pisis Piso, à fabis Fabius : à quo hodieque Fabianus, ut à Sebastus Sebastianus ; à Cyprus Cyprianus. Nomen habet *Cicer* à forma, quæ orbicularis ; ut plerumq; leguminibus. כֵּבֶר est orbis pars rotunda.

Cieo κινέω. Percieo apud Plautum Asin. act. 2 sc. 4 & Lucretium : inde *percitus. Incitus incieo, incita.* Lucret. inciebat corpora amantum. Scal. Con. in Varr. Antiqui fines seu terminos, quos ăpiùs promovere non est, *incitas* vocabant. Et qui eò rerum redacti erant ; ut nullum certum rerum suarum consilium capessere possent, ad *incitas redacti* dicebantur. Vbi subaudi *lineas*, Metaphora enim à ludo 12. scriptorum. Nam cùm ad ultimam lineam promoti erant calculi, tùm is, cujus interierat, ad *incitas lineas* redactus, calculi verò ipsi *incitati* dicebantur : quod annotat Isidorus. Glos. Ad incitam ἐπὶ τὸ ἐξεθίσασθαι. *Acitum* est *citare, excitare, cõcitare, recitare, suscitare*, i.e. *sursum citare*. Hoc est *Sus*, in verbis, quæ elevationem quandam indicant. *Concieo, concitum* : unde *concio ônis*, quasi dicatur congregata aut cõvocata multitudo. Inde pendent cæteri significatus. *Accire, accitus.* A citu gnitoris, apud Virgilium, τὴν ἀφροκλόνον. *Cinædus* à κινεῖν & αἰδοῖον i.e. pudendum. Ab αἰδὼς, quod primævâ suâ notione est pudor, veneratio : planè ex Heb. הוֹד, quod ejusdem notæ. *Cunæ* etiam à κινεῖν, quia motantur subinde. Alijs à κύειν, quasi *Cynæ* : quod puerpera indigeat. Sed prius ἀμφοτέρως probant. *Incunabula*, quorum usus est in cunis, ut colligetur primæva infantia. Plautus, fascijs opus est, pulvinis, cunis, incunabulis. Apertè distinguit inter cunas, & incunabula : quod ne confundas. In Amph. Puer ille, quem ego lavi, ut magnus est & multum valet ! Neque eum quisquam colligare quivit incunabulis. Ad extremum est τὸ κινεῖν à נָעַע i.e. motus est. *Cincinnus* i.e. pilus intortus, Κίκιννος. Ablato post initio, *Cinnus* : quod arguit nomen *concinnus* i.e. comtus, politus : sc. à pilis sumtâ figuræ ratione. Item *concinno* .i. conficio, adorno. Vt concinnare vestem, apud Plautum. Et Amp. Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem. Et Capt. insanum verbis cõcinnant suis. Aliter conjectat J. C. Scal. l. 6. in Theoph. de c. pl. Sed à priori illò vincitur. κυκάω (inquit) est misceo. Vnde κυκεών : quod etiam Latini proximâ voce dicebant : Cinnum subeundo & disgregando agitant & miscent.

Cingo, q. *κίγγω* ζώννυμι. Nec dist. ab Heb. זָנַן, cinxit. Et מְזוּרָה zona, cingulum. *Zona* ζώνη cingulum. Herodoto περιφερὴς ἱμάντιον. A cingo, cinctum, *cingulum* : ut à vincio, vinctum *vinculum*. J. C. Scal. l. 3. poët. c. 101. Cunctabundæ virgini promnestria duobus digitis cingulum solvit, quod Dianæ ob eam causam λυσιζώνη, à Latinis *Cinxiæ* cognominatæ, dicabat. Varro apud Augustinum de Civ. l. 4. c. 11. ait, *Virginensem* deam fuisse, cui virgines solvebant zonam. *Discinctus* : in Glossar. *Dicinctus*, λυσίζωνος.

Cinis, κόνις ; quod ejusdem notæ. *Cinisso*, quod in cinerem flat, sive ad ferrum calefaciendum, sive aliâ causâ. Idem & *cinerarius* dicitur. *Conisco*, aut rectiùs *conisso*, quia id analogicè & respectu Græ. Lucret. Et satiati agni ludunt, blandeq; *conissant*. Dicunt esse proprium hedorum & agnorum lascivientium, idem quod cornu petere, seu cornua cum impetu committere. At non ita. Est propriè τὸ κονίζειν, κονίζεσθαι in pulvere versari, aut pulvere implere.

Postea ad luctas & exercitia illa traducitur, ut quæ non sine pulvere, vel etiam in pulvere, aut arenâ fierent. Et eo modo Hebræum capitur Genes. 32. de Jacobo ἀνεχωρησέζοντι. Descendere in arenam, i. in locum athletis destinatum. ἡ κονίστρα est palæstra. κονιστήριον locus, in quo athletæ oleo uncti se pulvere obducebant. Dum itaque pecudes ita luctantur, & cornua collidunt; κατὰ μεταφορὰν conissare dicuntur: & quia pulverem excitant, & quia more gladiatorum velut in arenâ spectantur. Gifanius JCtus Ind. Lucret. ita: Haut scio (inquit) an verius ubique legendum sit *Corussare*, maximè cùm Libri vet. aliquot habeant, *corusscant*; & alij *chronisoant*: ut & hoc sumserint Romani à Græcis, apud quos κορύσσειν & κορύττειν. Idem verò Gifanius retinet τὸ *conisoare*, aut rectius *conissare*. Quamvis nonnihil sit τὸ *corussare*, à κορύσσειν, i. e. galeâ armare. Si de milite usurpes: non hedis quibus τὸ κονίζειν optimè competit. Nam κόρυς, unde κορύσσειν, est galea, quæ munit caput: ἀπὸ τῆς κάρης ῥύεται. A κόνις, est κονεῖν h. e. ὑπηρετεῖν, servire, atque in pulveribus desudare. Διάκονος, διάκονος, servus aut minister, qui μετὰ τῶν κονίων κονεῖ, i. e. ad sudores usque pulverulentos laborat. Vnde colligitur, *diaconos* olim dicta mancipia, quæ sordida & servilia munia heris suis expedirent: quanquam postea ad honestiora ijdem adhibiti. Assonat Hebræum כֹּהֵן, minister, sacerdos, diaconus. A כָּהַן, minister fuit, functus est sacerdotio. Inde τὸ κονεῖν. Apud Græcos τέφρα est cinis: ab Heb. אֵפֶר, quod idem.

Cinnamomum, canna seu arbuscula aromatica, κιννάμωμον. Est verò illud dilatatum ex *Cinnamum*, quod prius. Ab Hebræo קִנָּמוֹן, κιννάμωμον, cinnámum. A radice exoletâ קָנַם. Quidam in Ovid. 3. Fast. legunt:

Cinnamum primum, captiosaque tura dedisti.

Tu cave canem. Rectius ita:

Cinnama tùm primum - -

Poëcæ enim soliti sunt corripere: quamvis neglecto Hebr. illo primordio.

Circus, κίρκος, ut ab Heb. כִּכָּר orbis; ita Sphæra, σφαῖρα à שָׁפַר, rotundus fuit. A *circus*, *circum*. Apud Plautum, *circumcirca*. *Iccirco* est id circa. *Quocirca*, quod circa. *Circulus*, deminutum. Virgil: *Flexilis obtorti per collum it circulus auri.*

Circinus, item *circino*, i. e circum duco, facio, aut simile. *Circius* ventus, à motu illo circulari, & impetu, quo omnia turbat, & quasi in circum. A *Circus* etiam *circensis*: ut ab hortus, hortensis, à virgo virginensis. *Ludi circenses*, à circo, in quo agitabantur, κίρκοι.

Ciris, *ceiris*, κῖρις. Ovid: - - *Et a tonso est hoc nomen adepta capillo.*

Κείρω, tondeo: ab Hebræo קָרַח depilavit, calvum fecit. Ab eodem, *Calvo*, *calvus*: migrante R, in L: quod frequentissimum. Sed de Ciri, video autores discrepare. Vulgo est alauda. J.C. Scaliger Exerc. 233: doctissimorum virorum lapsus notandus est, qui Cirim Virgilianam putarunt esse Galeritam, solius apicis decepti specie; quæ utrique quidem generi communis, haut parùm tamen differt. In alaudâ plumarum series separatarum cristam efficit, ubi sustolluntur. Ciri pinnulæ oblongæ, pulcherrimæ. Et pòst: testimonio doctissimi poëtæ labes hæc eluenda est. Ille in eodem poëmatio sic:

Inde aliæ partes minioq; infecta Cruræ - - - (*rubenti*

Cirrus, propriè τὸ πλεκτὸν, quidquid nexum aut plexum est, ut capillus intortus & quasi textus, qualis fœminarum. Ab Heb. צָרוֹר, fascia, quæ plectitur & veluti constringitur, ut cirrus solet. Martial: *Nec matutini, cirrata caterva, magistri.*

Juvenal: *Flavam cæsariem & madido torquentem cornua cirro.*

Cis, κὶς, è genere vermiculorum, ut sunt tineæ. Ab Heb. סִיס, scatuit tineis.

Cithara, κιθάρα, *Citharista*, κιθαρίστης *Citharus*, κίθαρος: nomen piscis. Gaza appellat fidiculam. Ab Hebr. כִּנּוֹר organon musicum, cithara: & propiùs, כִּנּוֹרָה, quod idem. Vnde etiam *Cinira* vel *Cinyra*, κινύρα. Fuisse, ajunt quidam, instrumentum ad querimonias & lamenta cõparatum. κινύρεσθαι aliàs est queror, lamentor. A קִנֵּן questus est, eiulavit.

Citaris, κίταρις, ab Hebr. כִּתֵּר aut כָּתַר åRa. כָּתַר i. e. cinxit in modum coronæ. Erat insigne regum Persarum, vel fascia cœrulea, albo distincta, si recta gestare. tur. Quâ de re, si vacat, lege Plutarchum in Artax: Arrianum l. 6. de expedit. Alex. Quinctum Curtium l. 6. de gestis Alexandri Magni. J. Lipsium l. 11. Annal. Taciti.

Clamare est vocem contentam edere, postea appellare: ut apud Plautum, transitivè, non absolutè: *Clama* hominem, κάλει. Aut ab Hebr. קָרָא, unde & καλέω id est, vocavit, clamavit, occurrit alicui clamore nominis & verbi expressi. Item צָרַח valdè clamavit.

Claudo, κλειδόω: κλείω, unde & *clingo*, *cludo* apud Festum. Vel *claudo*, *cludo*: sicut aula, olla: plaustrum, plostrum, κατ' ἀνάγραμμον. Ab Heb. כָּלָא i. e, clausit ἐκκλωστ. *Claudus*, κλαῦδος. Doricè, item *cludus* in Plauto: pedes enim quasi clausi aut vincti sunt. *Claustrum*, quod claudit. *Clausula* pro fine, qui concludit, à clausum. Unde & *clam* nonnullis, aliquot elementis exemtis: antiquè dicebant *calàm*, pro *clam*. *Clanculum*, *clandestinum*: penultimâ longâ. Manil. l. 1. Et clandestinis surgentia fraudibus arma. A κλείω eodem est & *clathrus* seu *clathrum*, κλεῖθρον. Heb. כֶּתֶל item *clavis*. Græc. est κλεὶς & κλεὶς ejusdem familiæ. *Conclavia*, quæ unâ clave claudûntur, Festo. Aliquin apud Homerũ κλεὶς est vectis: ut & apùd Plautũ, ubi intrò hanc novam nuptam deduxi, viâ rectâ *clavem* obduxi: quæ & sera Ovidio dicitur: Excute poste seram.

Clino non est adeò in usu hodie: κλίνω. Tamen Lucret. paulùm *clinare* necesse est. Ci*clinatus*. *Inclino* ἐγκλίνω. *Clima* κλίμα. Medicorum etiam titulus erat *clinicus*, scilicet à lecto ægrotorum. Κλίνω, præposito κ, ab Heb. לִין i. reclinavit τρικλίνιον, *Triclinium*, à tribus toris mensisvè appellatum, à κλίνη, J. Lipsius 3. Antiq. lect. Accumbendi modum, quâ ex libris, quâ ex monumentis, hunc ferè fuisse collegimus. In cœnaculo mensa collocabatur rotunda, humilis: Inferiorum quidem hominum tripes, & ex simplici ligno: lautiorum citrea, aut acerna, aut laminâ argenteâ, intecta, quam pes eburneus fabrefactus, puta in modum Pardi aut leonis, sustinebat. Circum mensam tres ut plurimum lecti erant, ex quo *Triclinij* nomen: vel duo etiam quod Plautus *biclinium*: Posterior ætas à Vespasianorum imperio *Sigma* vocare cœpit. Quod cum esset in formam hemicycli, aut lunatæ testudinis exstructum, vocare placuit nomine literæ Græcæ: Quia, ut ex marmoribus liquet, ætas illa *Sigma* literam ut mediam lunam scribebat, C. *Sigma* autem duobus tantùm lectis cõstitisse, colligo ex numero convivarum, apud Martialem, Lampridium, & alios.

Clitellæ dicuntur, sententiâ Festi, non tantùm eæ quibus farcinæ colligatæ mutis portantur: sed etiam locus Romæ propter similitudinem. Et in viâ Flaminiâ loca quædam devexa subinde & acclivia. Ad illud Jos. Scal. *Clitellas* etiam pro locis acclivis dicunt Græci. Nam καθίσιον significat non tantùm clitellas, & sagmata asinorum; sed etiam, ut dixi, acclivia loca. Quin & ijdem Græci κλιτὴν dicunt locum in vallem demissum, à quo *clitellas* formârunt Latini. *Cluo* κλύω. Extat in Ennio, Lucretio, Plauto, ut & Ciceronè libro De claris oratoribus: Multùm *cluentes* consilio & linguâ. *Clutum* κλυτὸν, i. glorioſum. Festus. *Inclytus*, *inclitus*, & *inclutus*. Nam υ non raro in V transit. *Euclyo*, εὐκλύων, i. e. bonæ famæ.

Coccyx, κόκκυξ. Hesiodus: κόκκυξ κοκκύζει imitatione soni, quem & Latini æmulantur, *Cuculus*. De medij quantitate liticula. Vulgus corripit: eruditiores producunt. Rectè; ut Erasmus in Adag. monet. Plautus certè extendit in Pseud. act. 1. sc. 1. *Quid fles, cucule? vives. Quid ego ni fleam?* Et Horatius, *magnâ compellãs voce cuculũ.*

Cochlea κοχλίας, limax: ita dicitur à domunculâ illâ giratâ quam secum portat, Hesiodus vocat φερέοικον & vetus poëta apud Ciceronem, *domiportam*. κοχλῶ est giro. A similitudine ita vocantur etjam gradus, aut scalæ, per quas adstendimus. Item *cochlearium*, κοχλιάριον, cochleare à forma cochleæ. Ars enim imitatrix naturæ.

Cœlum, nonnullis à cælando. Sed analogia manifestò repugnat. Neq; n. simile nomen à tali verbo facilè deductum invenias. Neque

ipsa ratio satis congrua. Itaque rectiùs cum Varrone, Jos. Scaligero & eruditis sanè plurimis derivatur à κοῖλον, propter cavitatem, i. e. partem, quæ regioni elementari obvertitur: itemq; propter χῆμα σφαιροειδές. Itaque dicit Andromeda nocti: quæ *cava* cœli signitenentibus conficis bigis. Et Agamemnon: in altisono cœli clypeo. Cavum enim clypeum. Ennius: *Cava* cœrula candent. Sed & poëtæ apud Festum, *Cohum à chaos*, pro cœlum usurpârunt. Ennius: pilam vix sol mediam: complere *cohum* terroribu' cœli. Præter etymon etiam cœlum scribi oportere per Oe ex eo liquet; ut sit discrimen à cælum, quod est instrumentum sculptorium γλυφῖον.

Cæsius, quasi *cælius*, ut Nigidius voluit apud Agellium. Nec displicet Scaligero Ex. 325. s. 15: *Cæruleus* & *cærulus* idem: ut *binnuleus* & *binnulus*: *eburneus*, *eburnus*: *siculneus*, *siculnus*. Receptâ liquidâ vividiori; ne mollis illa lactentium & latlantium repeteretur, *cæluleus*. A *cælo*.

Sed ἄχλυος est cœlum Philosophis, quî ergò *cæruleum* aut *sapphirinum*? Rectè: potiùs παμφαὲς ἢ στελεσφόρον dicatur cœlum. At ille tamen *color* nominatus à cœlo; quia videtur inesse. Videtur inquam, non inest. Cui igitur? Aëri. Hic è longinquo talis apparet: cùm prope ἀήρ sit. Et subest ratio, Quia densatur, non per compositionem partium: sed per dispositionem. Distantia namque multas repræsentat partes visui, dispositas per longitudinem in lineâ opticâ. Exemplo sit sindon subtilissimi fili: dispansa, fere effugit visum; complicata subit. Tenebras illi nobis offuderunt, qui *cælibes*, quasi cœlites appellatos existimant, quod onere gravissimo vacent, & dignam cœlo vitam agant. Istas luce discussit radianti Josephus Scaliger: κοίλιψ est carens concubitu: ut αἰγίλιψ, ægilips carens capris: κερκόλιψ, *cercolips* apud Catullum, carens cauda, παρὰ τὸ λείπειν. Illud verò prius à κεῖσθαι, κοῖτος: unde ὀρεσκῷος, in montibus cubans.

Cohors

Cohors, *cors* aut *chors* nonnullis à coarctando, aut coercendo: sicuti ex Varrone & Isidoro colligitur. Rectè ab Hebr. חֵרִי id est, cohors militũ armatorũ. Inde Livius: aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant. Qui Græcis involvuntur, non immeritò arcessunt à χόρτος id est, septum. Hinc aves *cohortales* Columellæ. *Cortis* aves, Martiali. Turnebus & Scaliger in Varr. Certissimum est (inquit hic) unâ literâ demtâ *Chorton* legendum in Varrone. χόρτος, ὁ περίβολος apud poëtas. Iliad: λ. πίονα μηρί' ἔκηε βοὸς Διὶ τερπικεραύνῳ ὠλῆς ἐν χόρτῳ id est, ambitu ac septo. Item Iliad: ω: ὠλῆς ἐν κήποις. χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ Inde Euripidi σύγχορτα πῶλα. J. Lipsius 2. de mil. Rom. c. 4 *Cohors* origine Græcanica est, & χόρτος illis περιοδισμὸς κῆπ περιχώρημα, sive (ut Hesychius) περίβολος τῆς αὐλῆς: Vno verbo, quod clausum & septum in anteriore domo, vel villâ, χόρτον illi dixerunt. Latini *chortem* vel *cohortem*. Nam & sic scribebant, & ita docent marmora vetusta. Etsi rursus alij derivent, militariter accipiendo nomen, παρὰ χόρτος, fœno, quòd fortasse jacerent sæpiùs in herbâ sub dio cohortes militares. Sed illa, ut dixi, melior & comtior ratio à septo. A *corte* est *cortina*. Jos. Scaliger Ego puto à rotunditate, quòd, ut cortes, ita hæc rotunda esset.

Colaphus, κόλαφος, à quo &, levi mutatiunculâ, *Alapa*. κολαπίζω, κολάπτω, id est, tundo, percutio, incido. Ἑ venis. Hebra: eruitur: כָּלַם enim idem est, quod ferire, & percutere clavis, aut securibus per multas vices, & sæpiùs repetere ictum. Inde sine dubio est *clava*. כַּלְפָּה quod eodem ponitur significatu. Item *clavus*, quem percussum infigimus.

Colophon, κολοφὼν id est, fastigium, seu apex, παρὰ τὸ κολύειν. Tunc enim incidi oportet, & cessari. Eodem sensu accipitur *Coronis*, κορωνὶς: idem quod κορυφὴ, quasi κόρης ὀφρύς. *Corypheus*, κορυφαῖος i. e. capitaneus.

Color, à κελὸν κάλλος id est, pulcritudo, quæ in primis

mis in colore cõsistit. Aut ab Heb. כָּחַל i. e. pinxit, coloravit. κάλως significat etiam palam galli gallinacei, propter colorem: inde *gallus* κάλως fit ab Hebræo כַּלָּל i. e. consummavit undiquaque, & perfecit: propriè de formâ & pulchritudine.

Colossus, κολοσσός, παρὰ τὸ κολεύειν: statua ingens.

Columbus, κολυμβίς est nomen avis aquaticæ Aristotelis lib. 8. c. 3. Hist. an, & Athenæo lib. 9. à κολυμβάω, i. e. nato. Nec abest Jos. Scalig. in Varr. κόλυμβος à gestu, quem faciunt illæ aves. Et *columbaria* in navi, per quæ videntur remi eminentes κολυμβῆρες.

Comœdia. Scalig. lib 1. poët. c. 5. Juventus olim vacui temporis otio atque licentiâ noctis abusa, secura imperiorum vel heri, vel patroni, vel parentũ, per pagos (nondum enim in urbes convenerãt) discurrit. Qui mos cum ipso nomine ad nos simul deductus est. Legimus enim apud Livium *comissationes*. Inde ij lusus, quos vicatim exercerent, παρὰ τὰς ὠδὰς καὶ τοὺς κώμους, appellè *comœdiam* dixêre: quoniam non in pascuis, aut in arvis, aut ad tumulos, aut ad aras canerent. Habes autem hujus significationis vestigia in mutilis versibus, qui extant, Epicharmi: ἐν μὲν θυσίαις θοίνης πόσις· ἐν πότοις κῶμος, ἐν κώμοις θυανὶς ἐνθυμίων δίκη: ἐν καπηλίκης πίδακι καὶ σφάκελος καὶ ζημία. Vbi comon ex potu, ex *como* insaniam ortam scribit. Lucianus quoque in Discategorumeno, Lunam ait splendere τοῖς κωμάζουσι. Et pòst: Nam quòd ajunt Apollini *Nomio*, id est, pastorali per compita & vicos cantatum carmen, à quibus appellata sit cõmœdia: id postea contigisse arbitrandum est. Et par Varronis lapsus. Neque enim ut arbitratur, iccircò dictam putes, quia juvenes quæstûs gratiâ, vicos circumire soliti essent, in quibus fabulas recitarent. Itaque *comissatio*, *comissari* est à κῶμος, κωμάζειν. Vnde *comiter* quoq;, id est, hilarè & lubenter. Cæterũ non convenit inter eruditos de verbo illo, Hic *comessor* vult, iste *comesor*, ille *comissor*, alter *comassor*, alius *commissor*: Vt in Isidoro, Manutio, Lambino, videre est. Qui M. geminant, id absq; ratione faciunt. Qui *comessor* aut *comesor*, etymo falluntur, quasi à *comesum* sit: Vnde, *Comestor vel comesor*, primâ brevi. Qui *comassor*, sequuntur τὸ κωμάζω Græcorum. Et hi boni. Meliores, qui εὐφωνίαν & ἀναλογίαν præferunt, malunt̃que *comissari*, à κωμάζειν: ut *patrissare* à πατριάζειν. Et quia à *Comus* deducta I habent: V t *comis*, *comitas*, *comiter*. Omitto libros & lapides, in quibus *Comissor*. *Comus* videtur esse *Chamos*, כְּמוֹשׁ, idolum Moabitarum, & Deus temulentiæ, in cõvivijs olim cultus. Tragicocomœdia, Græcis κωμῳδοτραγῳδία, è lætis simul, & tristibus: qualis vita humana & conjugium, ut ait Porphyrius.

Comma, κόμμα, κόμμασι, & κόπτω. Latinis *cæsum*, *incisum*. ut *Colon*, κῶλον: ijsdem *membrum*. Medicis κῶλον & κόλον est intestinum laxius. Jnde *Colica*: scilicet passio. Κωλικὴ ὀδύνη. A κῶλον sumsêre Latini quoque suum *Collum*. Nempe καθ' ὑπεροχήν. Quia capitis fulcrum, aut basis. Neque rarum: nomen Generis peculiariter astringi ad speciem Vt merum, pro vino. Biblia, pro sacris literis. βροτὸς, mortalis, pro homine. ὄρνις, pro gallinâ. ἀκέφη, pro sole. Ita κῶλον & pro pede, & intestino Græcis: pro *Collo* Latinis.

Como, κομῶ: consonat Hebræ. בָּמַם & בָּסַם, i. e. ornavit præcidendo capillos *Coma*, κόμη. *Acersecomes*, ἀκερσεκόμης & ἀκερσεκόμος, idem quod ἀκειρεκόμης, i. e. intonsus, ab ἀ & κείρειν τὴν κόμην. *Cometa* κομήτης, καὶ ἐξοχήν. E longinquo enim intuentibus crinitus & barbatus seu caudatus videtur. Lucanus vocat Cometam

- - - crinem horrendi sideris.

Claud:

- - feralí crine cometæ.

Aratus ἀστέρα κομόωντα. Sed & stellis tribuuntur *crines*. Claudian 7. Paneg. Retuso crine languida stella.

Conciliare à concilium, quod à καλέω. Jos. Scalig. ita: à *cilijs*. & Græcè κιλίκια dicuntur. Ex ijs coacta vestimenta vulgò *Feltra* vocamus: nempè τὰ ἐκ τριχῶν σωλήνια. Vnde cõciliare, fullonum verbum: τὸ συμπιλοῦν, πιέζειν, καὶ συμπαλήσσειν. Inde & *cilium*, *supercilium*.

Condalium in Plauti Trinum: est annuli genus. *Condylus & Condalus*, ἀπὸ τῶν κονδύλων id est, ab articulis digitorum. Servos olim gessisse digitis suis autor est Cælius.

Contamino, à cum & *Tamino*, quod tamen ἄχρηστον. Glossar. *Attaminatus*, χειροδεής, μιαιφόνος. *Intaminatus* apud Hor. Vbi Gul. Xylander substituit *incontaminatis*, putans esse Latinius. Sed labitur. Nam codices nihil tale præ se ferunt: & ubi apud poëtam est *incontaminatus*? At sit ita: tamen erit compositum à Con & simplex *Taminatus*. Igitur ut temeratus, intemeratus, contemeratus: sic taminatus, intaminatus contaminatus, analogicè dicitur. *Tamino* fluit ab Heb. ortu טָמֵא i. e. contaminatus est, immundus fuit. Affinitatem habet cum טָמַן id est, abscondidit: & cum זִמֶּן id est, sterquilinium.

Contus κοντὸς, *Contari*, *percontari*, ceu conto inquirere. Aliud verò est conari: aliud cunctari. De quibus suo loco.

Conus κῶνος, ab Heb.

קוֹן i. e. conus, acumen spiculi.

Cophinus, κόφινος. Juvenalis: Judæis quorum cophinus fœnumque supellex. Ex eo suum fecerunt Syri, *Kuphinin* קוֻפִּינִין

Copula à Latino aut Græco alij detorqueant: facilè duci mihi videtur ab Hebr. כֶּבֶל id est, copula ferrea, vinculum, nexus.

Cor, κῆρ, κέαρ. Anceps faciunt. Ovid. l. 1. de ponto. Eleg. 4. Confiteor misero molle cor esse mihi. In Ep. Sapph. molle meum levibus cor est violabile telis. Malim hoc posterius: quia κῆρ. Heb. זֵכֶר id est, habuit in corde, non multum dissimile. *Corculum* veteres vocabant solertem, acutum, itemque cordatum virum. *Concors*, id est, consentiens, quasi *unius cordis*. Opponitur *discors*. Cic. 4. Tuscul. *discordia* est ira acerbior, intimo odio & *corde* concepta. *Discordor*, διχονοῶ Græcis. *Vecors*, id est, parvi cordis. *Socors* à se partic. separandi. Hinc non pauci malunt *secors*, & apud Festum est *secordia*. *Recordor*, id est, memini, vel reminiscor, cum affectu cordis. Itaque hoc ἐμφατικώτερον. *Misericordia* est ægritudo, ex *miseriâ* alterius, injuriâ laborantis, Cic. 1. Tuscul. Quid est misericordia, nisi alienæ miseriæ quædam *in* nostro *corde* compassio? Augustin. lib. 9. c. 5. De C. D. A *corde* qui *curam* esse suspicantur, recte quidem faciunt: sed malè, dum *uro* adjiciunt. Est enim κηρύνω, κηρῶ, id est, ex corde aliquid ago, quod est *curo*. Ni malis à κόρος id est satietate, cum Jos. Scaligero. κορέω est à כָּרַר i. e satiavit, satur exilijt. A quâ radice fit & *Corus* כֹּר Varroni *excurio* est *curas demo*. Ni rectius sit *excuro*. Varro excurio usurpavit, pro curiâ ejicio. Aliud est *excorio*, à *corium*: unde *crusta*, monente Jos. Scal. in Varr. *crusta* quasi *corusta*: ut à *fide*, *fidustum*: ab *ango*, *angustum*; *augeo auguſtum*: *unco*, *unguſtum*. *Curia*, ait Festus, est locus, ubi publicas curas agebant, βουλευτήριον. *Accuro Accuratum*: quod cū curâ fit, ubi singularis accedit cura. Plautus Mil: ergo accurato & properato opus est. A *corde* est & *corem*, quasi *cor am*, i. e. ἀμφὶ id est, propè: aliis à κόρη, ut sit idem, quod ob oculos. Item *obscurus*, à *cura*, de sententiâ J. C. Scalig. nisi ab Heb. עָטַר id est, obscurus fuit, denigratus est, fuscus fuit. Vt sic exoleverit τὸ *Scurus*. *Securus* id est sine curâ: à se.

Corallium & Coralium: κοράλλιον, κοραλλίον & κεραλλίον quasi χειραλλίον, à χείρ, quòd manibus aut tactu lapidescat. Ovidius:

Sic & coralium, quo primùm contigit auras
Tempore, duresçit: mollis fuit herba sub undis.

Nec ineptè *Coralium* à mari videatur dici: quasi κόρη, κούρη, ἡ κόρος ἄλός id est, pupilla, aut quasi quædam virguncula maris. Scilicet à formâ. Alijs à κῆρ: quasi *cor maris*: propter colorem cordis æmulum: & cordis vigorem roborat, scito medicorum.

Cornix: quid vocis alibi dictum. Hîc dicendum, quale sit illud παροιμιῶδες è Cicerone: *oculos cornicum configere*. Nemo enim, quantum vidi, explicatum dedit. Et Erasmus ipse dubitat, an ex apologo quopiam, an ex e-

ventu, an ex metaphorâ sumtum sit. Liceat nobis ita colligere. Tralatitium est, maximè olim in precio antiquitatem & senectam fuisse.

Plato:

Πᾶς νέος ἡμῖν αἰδείσθω τὸν ἐν αὐλῇ πρεσβύτερον ἔργῳ τε καὶ ἔπει.

Aristoteles:

Τὸ πρεσβύτερον ἡμιόστερον.

Ovidius.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani.

Neque id sine causâ. In antiquis enim est sapientia, ait Jobus. Et iterum poeta:

- - Senibus rerum prudentia major.

Et luculentè Græcus: τὸ πρεσβύτερον καὶ καλλιπλούμβου, δίκαιόν τε εἶναι καὶ εἰλικρινὲς, ἐ παρέχον τοῖς λυπεῖσιν ἀφορμὰς, ὅμοιον εἶναι Θεῷ. Vt ergo magnum decus erat antiquitus, majorum aut senum consilia & instituta sequi: ita ab ijsdem discedere, turpissimum.

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerat - -

Quantum igitur scelus fuerit, senum & majorum sapientiam aspernari? Istud qui faciebant, Cornicum oculos configere dicebantur: ut συμβολικῶς magnitudo scelo-

ris declaretur. Oculis enim quid carius? Cornices notant senes. Illæ quippe maximè senescunt: quod in proverbium abijt. Et Hesiodus: αὐτὰρ ἐπὶ ζῶσι γεραιὸς λακέρυζα κορώνη. Oculi notant sapientiæ lumen. Hinc est Aristoteli ὄμμα ἐμπρέπειας, Ciceroni, oculi mentis. Plinio, in oculis animus inhabitat.

Cornu, item κέρας ab Hebr. קֶרֶן, i, e cornu: metaphoricè, pro robore, ac potentiâ: ut non semel in sacris. Radix est קָרַן, radiavit, emisit radios cornuum similes. *Ægoceros*, αἰγόκερως, i. e. Capricornus: ab αἴξ & κέρας. Vt *Rhinoceros* à ῥὶς & *Monoceros*, à μόνος. *Cervus*, ὁ Græcè κεραὸς: quòd cornua gestet. κέρατα: ob eminentiam, ut solet.

Cornus, arbor à cornea duritie. Vt Græcorum κορμοὶ, à κέρας. Hujus propterea usus in bellis: faciebant inde hastas, jacula. Pro quibus etiam ponitur. Virgil:

- volat Itala cornus.

Claudianus:

- bellis accommoda cornus.

Corona, à κορωνὶς, κορώνη: quòd sit ornamentum capitis, Aut quia sit figuræ rotundæ

dæ seu curvæ. Quanquam κορώνη Eusta: & Hesych: est etiam εἶδος στέφανου. Proba hæc nomenclatio. Jos. Scalig. ad Virg. App. ita: *Choronam* veteres scribebant aspiratè, cõscij scilicet sibi ejus etymi. Nam primum, veteribus στέφανος χορωνὸς vocabatur, παρὰ τὸς χορεύς. ὁμοίως & est Appion Gramm. apud Rhodig. lib. 6 c. 19. Simonides: Φοῖβος ἐσαγείρατο τοῖς πωδαρέοισιν ἀοιδὴς, ἣν ἄμετρος τεπίγης ἀπεμέψατο χορωνῶ.

Corolla, *corollarium*: quod autore Varr: significat id, quod additum, præterquam, quod debitum est, tanquam auctarium quoddam: à *corollis* nomen deducitur: quòd hæ, cum placuerant actores, in scenâ dari solitæ sint. J. C. Scal. in Theoph. de pl. *Corollarium*, i. e. sententia sententiam consequês superiorem, non secus ac flosculus excipit flosculum in corollâ. A χορὸς est *chorea*, χορεία, i. e. tripudium. *Choraules*, Martiali ab ἄυλος, qui modulatur in choro. *Choragus*, χορηγὸς, dux chori. Isaacus Casaubonus: *Choragos* vocant hodie eos, qui pecuniâ suâ chorum conducunt & instruunt: at primitùs χορηγὸς dicebatur is,

qui erat verè ἡγεμὼν & χορεύτης: cujus erat officium videre, ne imperitiâ chori, aut lascivia vetus Musica corrumperetur. χορὸς à Platone lib. 2. de Leg. ἀπὸ τῆς χαρᾶς ducitur. Ita Heb. רָקַד est tripudiavit cum gaudio, vel saltavit. Vnde Germani suum accepêre. Lat. atq; Græci suum ל formarunt, *Lamed in* R transeunt, id est, chorus, tripudium.

Corvus, *Corax*, apud Ciceronem, κόραξ. Ab Heb עֹרֵב à nigredine & clamore: erjam populi suffragijs. A *corvus* est *corbitor* aut corvitor. Jos. Scal. Saltatores vel cernuatores Festus vocat *corbitores*, more scribendi antiquitùs usitato imperitis librarijs, qui B cum V & contra commutabant. *Corvitores* enim sine dubio dicendum erat. Qui enim gestus cernuantium, ut modò sursum, modo deorsum spectent, is & *corvorum* est, & cornicum, & monedularum, quæ ubi pedibus aliquem locum insistunt, modò ἀνανεύουσι, modo ἐπινεύουσι.

Corymbus, κόρυμβος à κόρυς: est enim quidquid superius, aut eminet, sive quod veluti

capus

caput est: ut cacumen montis, coma in nodum erecta, item quod in arboribus & plantis superat, aut eminet. Virg. diffusos hederâ vestit pallente corymbos. Et Statius: teneris crinem redimite corymbis.

Cosmus, κόσμος, mundus. Nomen & Græcis & Latinis ab ornatu est. Nam & illi κόσμον dicunt, primo ejus nomenclaturæ Pythagorâ auctore. Id enim ita Laërtius: τὸν ὅλον πρῶτον αὐτὸν ὀνομάσαι κόσμον: hunc primum Cœlum appellâsse mundum: quod tamen alij ad Parmenidem, Zenonem ad Hesiodum refert. Gasenus cum Laërtio: πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὸν πάντων ὅλων περιοχὴν κόσμον: Pythagoras primus appellavit hunc rerum ambitum Mundum. Idem de eo Plutarchus & causam etiam addit: ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως: ab ordine, qui est in illo. Ab ordine, inquam, sive à toto ornatu. Plinius: Quem κόσμον Græci, nomine ornamenti, appellaverunt, eum nos à perfectâ absolutâque elegantiâ *Mundum*. Nam & *muliebrem mundum* obtinuit dici. Trismegistus interiorem nomenclaturæ causam dat: εἰκότως κόσμον κέκληται. κοσμεῖ γὰρ τὴ πάντα τὴ ποικιλίᾳ τῆς γενέσεως & plura quæ addit: Meritò mundus sive ornatus dicitur. Ornat enim omnia varietate generationis, continuatione vitæ, indefessâ operatione & operatione genitorum. Quæ ratio mundum propriè spectat, quatenus facit aliquid, & est DEVS. Isidori nora originatio est, immò vetus ex Varrone: Mundus, inquit, quòd in sempiterno sit motu, ut cœlum, sol, luna, maria. Vnde & animalia Varroni videntur Elementa, quoniam per semetipsa, inquit, moventur.

Cottabus, κόττᾰβος, & κοτταβος. Græci in conviviis solebant è poculo reliquias vini arte quadam in terram elidere, ut sonum redderet: vel, (ut Cicero 1. Tuscul.) resonaret. Id κοτταβίζειν, λέγειν κοτταβίζειν, cottabum facere, vocabant.

Covali, erant dæmones quidam Dionysiaci, quos nuncupabant κοβάλους, asperi & immites. Item *Covalos* vocabant, qui lusu assimilato fallerent, ut scribit Harpocratio & Philorchus. Κόβαλος dictus, quasi κακόβυλος. A consilio malo.

Crambe, κράμβη: ex quo Arabicum *Corumb* vel *Korumb*, corruptè.

Crapula, extrito I more Æolensium: κραιπάλη, παρὰ τὸ κάρᾳ πάλλειν: ut propriè sit dolor ex nimio haustu, qui caput affligit. A κάρη est etiam *Pallas*, παλλὰς à vibrandâ hastâ. Nitè magis afficit Hebraicum קָלָא seu פָּלַח, i. e. Velatus, absconditus, fuit: item miraculum fuit in oculis hominum: admirationi fuit, arduus & excellens, extra captum nostrũ. Optimè convenit Palladi, i. e. artibus ingenuis. Nam hæ & obscuræ sunt, & arduæ & mirabiles. Ex Hebræo est etiam φωλεὸς: propriè locus abstrusus, & quasi velatus: ut antrum, fovea.

Crater, κρατὴρ & κρητὴρ, in quo vinum aut liquor alius miscetur: κεράω, κεράννυμι est misceo. Ab Heb. קְעָרָה i. e. catinus, seu poculum, in quo miscebant. *Crama*, κρᾶμα, mistura; Item *crates* ab illâ mistione. *Pincerna* quibusdã quasi πῖνον κερῶν. Aut quasi *vincerna* οἰνοχόος. κερᾶν ἢ κεραίειν est miscere.

Homerus:

.. μελίφρονα οἶνον ἐπίρρα.

οἰνοχόημα est, quod à pincernâ infunditur. Herodoto est pincerna, ὁ ὡς τὸ κύλικι οἰνίζων. Athenienses apud Ephesios in festo Neptuni, πῶρ ♀: Apud Hellespontios οἰνοχόη: Apud Hebræos מָסַךְ, à miscendo etiam & infundendo. *Miscere* enim non solùm Latinis: verum etiam Hebræis & Græcis quandoque infundere. Plutarchus sympos. 8 probiem. 6. ubi Græca & Latina quædam vocabula conferuntur, πῶς ἔχει τὸ οἱ παροιμιῶν ἐπὶ κῶμον Ἑλληνικὸς, κωμιασταῖος (commissatum, sive comessatum) λέγουσι, καὶ τὸ κεράσαι, μισχῆσαι (Miscere) καὶ ὑμῆναι. Vbi obiter nota τὸ ἦ esse Etha, non Itha: quod tamen malè pertinacibus eripi non potest.

Crebrum, formant à cresco: sicut *cribrum* cerno. Malim ab Hebræo. Ibi כְּבִיר est creber, frequens. כָּבַר, crebrò, frequenter. Ita כְּבָרָה est *cribrum*. A Rad. כָּבַר crebuit, creber fuit. Fiat levis transpositio literarum. A *creber* fit *increbesco*: non *increbresco*. Vt n. ruber à rubeo, rubesco, erubesco: sic à creber, crebeo

crebeo, crebesco, increbesco. *Dicis, ut putresco, ita crebresco faciendum!* Sanè: si increbruit esset, ut putruit. At non ita: Omnes increbuit, ajunt. Et à putris est putresco, R enim sequitur consonam. Quod non fit in creber. Ergò *crebesco* rectum in quo etiam asse fendo insultus est Manutius, quem consule.

Crepare, Varro. l. 5. videtur natum è sonitu. *Increpare* est cum eruptione vocis & immani sonitu reprehendere, inquit Valla l. 4. c. 29. *Crepax*, *crepitaculum*. *Crepundia*, quibus prima ætas capitur, à *crepando*. *Decrepitus* i.e. senex, ab incessu tardiori, qui crepitum sive sonitum crepantem excitat. Festus: *decrepitus* est desperatus creperâ jam vitâ. Sive, quia propter senectutem nec movere se, nec ullum facere potest crepitum. Jos. Scal. A lucernâ, vel candelâ, quæ ultimùm expirans crepitum edere solet. Hoc enim est decrepare, ut apud Persium, destertere.

Creperum. J. C. Scal. Ex. 78. Veteres Latini dubium vocabant, origine Græcâ, κραιπνὸν, id est velox, citum. Incitatus enim cursus & præceps oratio, ille visum, hæc aurem fallit. *Crepusculum*, quia dubia lux. Ovid. 3. Metam.

Quod tu nec tenebras, nec posse diucere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

Aut à κνέφας, Nin R mutato. Κνέφας, γνέφας ab Heb. גָּנַב i. e. furatus est, involvit tenebris. *Cnephosum* antiquè i. e. tenebricosum, κνεφαῖον: Ita ζόφος à עָבַן, abscondidit, velavit.

Crepida à κρηπὶς, ῖδος apud J. C. Scal. c. 26. LL.

Horatius:

Sapiens crepidas sibi nunquam
Nec soleas fecit --

Catullus:

Crepidas lingere carbatinas.

Carbatina, καρβατίνη: genus rustici aut vilis calceamenti. Suspicor à testa πλὴν καρβατίνη.

Crepido i. e. ora terræ, quam aqua alluit. Nam & κρηπὶς idem est, quod basis, fundamentum.

Cresco J. C. Scal. c. 123. D. L. *crescere* est *creascere*, i. e. accipere augmentum in carne παρὰ τὸ κρέας. Et lib. 1. de plan. Videtur de *carne* primùm dicta ex eo, quod erat κρεάζειν. Vnde fuerit Æolensibus, quos Latini secuti sunt, κρεάσκω.

Creta, κρήτη, sive *Cureta*, insula in medio Ponto, quam incolebant olim viri fortissimi, & rerum bellicarũ peritissimi, qui ubique plurimos excindebant, dicti *Curetes*. Inde nomen obtigit. כָּרַת à Rad. כָּרַת i. est scidit, excidit, percussit, *Cres* κρὴς. Ab eodem est κρητὼν, pulso, percutio. κρήτω, κρότημα.

Crissare, proprièprurire. Verbum Tarentinum, κνισᾶν & κνιπᾶν. Non à κνίσσω. Sed quod alij dicunt κνίζειν, ipsi κνιπᾶν vel κνισᾶν. N in R ut *mora*. φονία, *furia*. φονᾶν *furere*. κνέφας, *crepus*, *crepusculum*. κνίσσω *crispus*. γνῶμα, *groma*. γνωμαλικὸς, gromaticus, Jos. Scal. in Priap.

Crista, in vertice, aut capite alitum: ut galli. Item in galeâ. A κάρη. κρήν: & κρῆας, κρῆς, id est, caput. Si λύξις aut appendicem latinorum admoris, fiet *crasta*: postmodò *crista*. Nec infrequens est vocalis primæ mutatio in aliam. ut κῆρυς, quod item à κήρυξ. Ita habeo ad habeo, adhibeo: impetratus impetritus: state, stire: & sic *crasta*, *crista*.

Crocotula: Turneb. l. 29. c. 25. & li. 26. c. 29. Crocotula vestis erat mulierum, non virorum: & absque dubio ea est, quam Græci κροκωτὸν appellant. Et Maro, dum 9. Æneid. dicit: *vobis picta croco*, & splendenti murice vestis: *crocotium* intelligit, ut effœminatos, & semiviros incessat Trojanos. Vtitur & Cicero de aruspic. Resp. Jos. Scaliger in Ciri: Quæ priùs in tenui steterat succincta *crocota*, notat *crocotam* etiam hodie decurtato nomine *cotam* vocamus in totâ Galliâ. Origo itaquè monstrat, qualis ea vestis fuerit, κροκωτὸς enim est croco tinctus. *Epierocum* genus amiculi, croco itidem pictum. *Crocus*, κρόκος & κρόκον. *Crocinus* & *croceus*, κροκινος: descendit ab Hebr. כָּרְכֹּם, quod idem signat.

Cruor, à κρύος: quia fit sanguis è vena elapsus & jam frigefactus. Sicuti passim discriminant: *Sanguis* inest venis: *cruor* est è corpore fusus. Glossar. *Cruor*, αἷμα πεπηγὸς. *Cruentum*, μιαρὸν. κρύος autem est Heb. קִיר à radice קָרַר id est, friguit, frigidus fuit.

A cruor est *crudelis*, *crudus*. Græcè ὠμὸς, ab אָיוֹם, i. e crudelis. ὦμος verò ab Hebr. אמה, quod idem. A quo etiam Latin. *Humerus*. Ab ὦμος, ἐπωμὶς: & Latinè *Epomis*, i. e. quod ἐπὶ τῷ ὤμῳ.

Crypta, κρύπτη: locus occultus, aut latens.

Juvenal.

Et solitus mediæ cryptam penitrare suburræ.

Crypticus, κρυπτικὸς, quia omnia occultat. A κρύπτω: quod ab Heb. קָבַר, i. e. occultavit, sepelijt.

Crystallus, κρύσταλλος quasi κρυόσταλλος, quippè παγὶς κρύους συστελλόμενον ὕδωρ. Quia fit aqua frigore concreta: aut videatur. Glacies, inquam, videtur esse, & olim putabatur lapis è frigore ita genitus. Quàm falsò. In calidis enim oris legitur: non fortuitæ, sed unius semper figuræ: nec liquitur, aut ab æstu solvitur.

Cubus, κύβος, à κύπτω. *Cubus* est figuræ quadratæ, & immobilis ita jacet. Hinc virum bonũ τετράγωνον, quia à virtutibus non discedat: cõtrà fortunam dixerunt rotũdo lapidi insidere: quòd vo-

lubilis erret, & pasibus ambiguis.

Inde à κύβος est *cubo*, *cubile*, *cumbo*. Ab *accubo* est *accubuus* in Plauto: sicut *assiduus* ab *assideo*. J. C. Scal. poët. lib. 4. cap. 16. mavult à κύμβαχος, quod significat cernuũ. Hinc Virgilius:

Ejectoq; incumbit cernuus armo.

Vbi *cernuum* posuit, quod verbum explicaret. Apud Hebræos שָׁכַב est cubuit. Tolle initium, & veram originẽ habebis. *Incubus*, morbus quanquam externa vis quædam aut moles incubare videtur: unde nomen. Sicut *Ephialtes*, ἐφιάλτης, παρὰ τὸ ἐφάλλεσθαι, ab insiliendo. J. C. Scalig de Insom. Morbi genus est, aut potiùs affectionis, *ephialtes*, quasi *assultorem* dicas: multarum ea pestis index, ac prævia ægritudinis haut dissimilis hujus affectionis, quæ describitur hic: à pondere & pressione dictum putant. Itaque Gigantis cognominem voluêre: cujus meminit Plutarchus in libro de fuga. Paulus mavult ab eo quòd resiliant, qui premuntur. Latini ab oppressione, concinnâ voce incubũ: Sicut à suffocatione Græci πνιγάμονα: à Themisone πνιγαλίων.

γαλίων. Nam & Dioscorides vocat πνιγμὸς σύνωπιον.

Cucumis non à curvus; sed à Græco κικυὸς apud veteres. Inde nostrum Latinum, ait Jos. Scal. ne putes Varroni de hac re assentiendum, à *curvus* facit, *cucurbitam*, idem Scaliger.

Cudo est galea & tegimentum capitis. Silius l. 16. Scipio contorquens hastam, cudone comantes Discecit crines. Alij à *Cudere*. Rectius à קִירוֹן i. e. galea, item lancea. A קִיד i. e cædes.

Culeus. Georg. Agricola lib. 1. de mens. Rom. vult esse nomen Græcanicum. Et recte. κάλεος Jonicè pro κολεὸς. Apud Columellam est dolium *sesquiculeare*. Est enim & vasis genus, & mensuræ. Item saccus simpliciter. Item κάλεος vagina.

Culmen & *columen*: sicut *culmus* & *columus*. Vox à priscis agricolis, qui superiores casarum aut domorum partes *culmis* tegebant. Virg:

- villarum culmina fumant.

Et.

- congestum cespite culmen.

Quod hodieque in usu: ut scilicet culmini stramineo cespes imponatur. Vbi domus jam perfecta suo culmine & tecto, dicebatur domus *columis*, *incolumis*: à parte illâ potiori. Deinde *columis* est idem, qui integer, aut bene habens; sumtâ ratione ab integritate culminis, sive tecti: *Incolumis*, plus adhuc simplici, IN hîc ὠξυλικὸν, quod & alibi notavimus. *Columnæ* ex eadem origine: quoniam instar columi, à formâ: aut quia culmen seu tectum sustinent. Vnde verò *columus* & idem est, qui *calamus*. Quod Virgilius testatur, & ad illum Servius. Tantùm leve discrimen est, in pronunciatu, *calamus*, *calumus*, *columus*: & dein *culmus*. Glossar. *Culmus*, καλάμη, στάχυς. Et qui vel Germanica hodie tam dispari modo pronunciari novit; illas literarum mutationculas invicem apud veteres non mirabitur.

Cuminum, κύμινον. Persius

- pallentis grana cumini.

Quod explicat Horatij, dum vocat exsangue cuminum. Inopiam enim sanguinis, aut corruptionem comitatur pallor. Versus Lyrici: quod si Pallerem casu, biberent exsangue cuminum. Ab Heb. כָּמֵן: dicitur à colligendo.

Cunradus i. e. valens consilio, à Kônnen / posse, potens. J.C.Scaliger Ex. 266. Idem est *Cunrad*, quod consulta audacia. Quæ quid aliud quàm fortitudo? quam solam virtutem veteres judicabant. *Gebhard*, rectius Gebrath/ i, e qui consilium dat. Wolrat, i.e. benè consulens: *Eubulus* Εὔβουλος. *Richardus*, Reichrat/ dives consilij. Vel Reckratt/ i.e. consul inter heroas, sive nobiles. Recke enim significat proceros, magnos, eximios, Lutherus. *Olradus* Altrat vel Saxonicè Oltrat, i.e senior, vel senator, multarum rerum usu præditus. Juvenes enim ἄνυμα τῆς ἐμπειρίας καὶ φρονήσεως nondum habent. *Eccardus*, meâ sententiâ, inquit Lutherus, Hegerat ab Hegen/ i. e. custodire, servare. *Marquardus*, crassè nimis, pro Margrat, seu Marckrat, consul provinciæ. Marck enim est limes.

Curvus à κυρτὸς: κυρτόω incurvo, idque ad differentiam *Curti*, quod aliud est. *Incurvi cervicem* pecus apud Varronem, Pacuvium. Sic *camurus* i. e. inflexus, curvus. *Camura* cornua, 3. Georg: κάμπτω, i. flecto, incurvo κάμπη id est, curvatio. κάμπτης, flexura; κάμπτος flexilis. *Camuri boves* apud Festum. De *curvo* autem possit aliquis scisciatari, an non ad Hebræam linguam referatur? Sanè non ab uno. Nam ibi est כָּרַע i,e. curvavit crura, corruit in crura, flexit crura seu poplites, accurvavit genua, ex quo etiam *crus* ducitur. *Curtus* autem est per transpositionem à קָצַר i.e. decurtavit, abbreviavit cultro seu falce. קָצָר i.e. curtus: unde nostrum quoque vernaculum. *Cuspis*. Servius ad illud Virg: -- *cuspis medium transverberat ictu*. Sanè (inquit) cuspidem abusivè pro hastæ mucrone posuit. Abusive! Res mira: de veteribus tam liberè minores judicare, aut licenter: nec ullâ tamen additâ causâ. Omnium certè Latinorum suffragio *cuspis* est αἰχμὴ, sive mucro. Nec aliunde ingerit origo. Est enim vox à serpente. Cujus ictum & inprimis linguæ acumen quis nescit? Unde recte *lingua vibrante minantis Serpentis*. -- Virgilius. *linguis micat ore trisulcis*: Et *Sibilla lambebant linguis vibrantibus*. -- Vox est ἀσπὶς: inde *cuspis*: simplici mutatiunculâ, ἀσπὶς à πτίζειν, quod est

est sibilare, more serpentis bestiæ. Post etiam extendere, girare: ab ejusdem flexibus, aut giris. Poëta *immensis orbibus angues*. -- Item *Sinuatâ immensa volumine terga*. Deinde ἀσπὶς eâdem causâ est *clipeus* usitatè. Iterum poëta. -- *clipeis sub orbe teguntur*. Æschylus Ἄλλα δ' ἄλλοι πρὸς, ἀσπίδ' ἀσπὶς κύκλον λέγω.

Cymba, κυμβη. Inde *Cymbium*, κυμβίον. Est poculum formâ naviculæ. Talia nomina multa & hodie sunt & fuerunt antiquitus, vel ab effectore, vel materiâ, vel formâ, vel fine, vel loco, vel ab accidente quovis alio imposita. J. C. Scaliger ita: Poculorum, aut à materiâ, aut à formâ, aut ab usu, aut ab opifice, aut à possessore, aut à regione profectæ sunt appellationes. Materiam autem ipsorum duobus modis declaratam esse, primò παρὰ τὴν ὕλην: idque non unâ ratione, sed aut à naturâ, ut κέρως: aut ab arte Cissybium, ex hedera: altero modo ἀπὸ τῆς ἕξεως i. e. à facultate, ut fictilia. E luto enim audis quemadmodum fingi possint. A formâ autem ut κύλιξ. Erat enim rotundum poculum. κυλὸς enim hoc significat. Unde & κύλος. Ab usu, ut pelvis, guttum, capida, quæ à Numa in sacris tantùm ad rem divinam constituta fuerat: cujusmodi etiam πρὸ σπονδείου. Quanquam autem super Amistide Thracia dubitarunt doctores: tamen ab usu dictum qui putat, mecum sentit; quoniam ἀμυστὶ exhaurienda siccandaque erat. Opifices autem multis ab se nomina indiderunt, inter quos Lycius Myronis filius Bæotius, à quo χυκιουργεῖς: item Thericlea, propter possessores, ut Nestoris. A regione verò vulgatius est, quàm ut quicquam de eo scribatur; Dodonæum, Samium, Corinthium, Campana supellex. Quare non est difficile, cujusmodi Cymbium fuerit, indagare. A formâ enim nomen sibi comparasse manifestum est, propterea quòd naviculæ speciem præberet.

* *Cyrus*, id est, plenus autoritate. Κῦρος. Vnde κύριος: κυριακὸς, *Cyriacus*: ex quo defluxit quoque nostrum Kirch. κυριακὴ: nempe, æpes. Hebr. est כֹּרֶשׁ *Cores*, à יָרַשׁ id est, hereditavit, possedit circumscriptos terminos.

Autore Plutarcho, *Cyrus* linguâ Persica significat solem: itidem ex Hebr. חֹרֶשׁ. Deminutivum à Cyrus est *Cyrillus*: sicut *Franciscus* à *Franus*: quod est Germanæ prosapiæ. *Francus* i. e. ἐλεύθερος, liber: à frei aut fry / & auck / quasi Fryauck. Auncle enim est adolescens, juvenis: quod etiamnunc in pagis audias: quando juvenem aratorem nominant: ex lat. ancus, anculus, ancillus: unde & ancilla, ut diximus.

D

Dagnades vel *daonades* apud Festum: Sunt avium genus, quas Ægyptij inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quæ vellicando morsicandoque & canturiendo assiduè non patiuntur dormire potantes. δάκνω est mordeo: δακνώδης id est, mordax. δακνάδες. δῆγμα, δάκνω à דָּקַק id est, attenuavit, comminuit vel à דָּכָא i. e. contrivit, confregit, dentibus contudit.

Damnum. Indemnis, extra

damnum positus: quod veteres propriè τὸ ἀνάλωμα interpretabantur. Jos. Scaliger in Conject. δαπάνη, *dapnum* prius, deinde *damnum* factum est. Ita δαπανᾶν, *dapinare*: Plautus Capt. æternum tibi *dapinabo* cibum. Mutatur *A in I*, ut in ἀφάνης, *apinè*. Est a, δαπανᾶν impendere, consumere: δάπανος, qui omnia consumit; fruges consumere natus. A δάπτω, δάψω, avidè voro. δαψιλὴς, *dapsilis* i. e. copiosus, largus: ut ita *daps* lautum & abundantem cibum significet. Ni malis Hebr. דֶּבֶשׁ i. e. mel, & omne edulium dulce, *dapsile*, largum.

Daphne, δάφνη. Nihil crepitantiùs uritur: ut passim legimus. à δάφω, quod vim intentionis habet: & φαίνω. Quia dum uritur, sonum facit majorem, immò & præsagium; quâ causâ Dionysius dicit μαντικὸν φυτόν.

Defendo propriè est arceo averto. Plaut. Mostell. Ecquis est maximam qui his injuriam Foribus *defendat*? Cic. *defendere* pericula civium. Cæsar: quod bellum non intulerit: sed *defenderit*, i. e. repulerit Virg. Solstitium pecori *defendite*.

Pro-

Propert. lib. 1:20. Nimpharum cupidas semper *defende* rapinas. Lipsius Variorum lib. 2. c. 22. *Infensus*, sicut *defensus*, ab infendo. Fendo, inusitatū, fortè à σφενδόνω: priùs *ffendo*, sicut *ffunda*, σφενδόνη. Aut, ut melius habeamus, quantū potes, fabricare quidvis, quidvis cōminiscere, sed studio veritatis. A *ffendo* est etiam prehendo: prehensum, sicut defensum. Propterea *Joach. Camerar.* ubiq; per AE scribit, *præhendo*, *compræhendo*. *Hendo*, *fendo*; ut *bariolor*, *fariolor*; *borda*, *forda*. Nec mirum, cùm aspiratio jam insit in F. Quod autem *prehendo* in prima corripitur, eâ ratione fit, qua præustus in prima à Virg. corripitur. H enim tanquam litera tenuior, & imbecillior sæpè quantitati haut obest; ut: *illæ hodiè*. Et: *Musæ habitant*. Alijs libitum facere *prehendo*, *deprendo*: dilatatur, preendo: postmodum injecto H prehendo. Tu melius arripe, i. e. prius.

Delphin, δελφὶν: disjectis putāt literis oriri ex לִוְיָתָן: est balæna, aut draco marinus. Equidem non pugnaciter hic pugnavero, qui scio

mirīs, aut miseris sæpè modis nomina ex unâ dialecto in alteram solere verti.

Ovidius:

– – nec se super æquora curvi
Tollere consueti audent delphines in auras.

Densus: faciunt à Græco δασὺς. Potiùs utrumque ab Hebr. דָּשֵׁן i. e. densus, adauctus, pinguis. דָּשֵׁן παχὺς. Ita παχὺς ab עָבֶה vel עוֹב densus aut pinguis fuit.

DERIS, δέρις, δέρρις. est pellis, seu corij nomen generale. Festus contrà: *Deris*, Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus *Segestria*. Ad quod Jos. Scalig. Glossæ veterum, *segestræ*, διφθέρας, διφθέρα πλοίου. Glossarium *segestre*, σέγαστρον, πανδέρμιον, vel potius. κεφάδερμον, vetus pellis, ut κεφάδρυον. Idem in Coni. in Varr. De *Segestri* Lucilius:

Penula si quæris, canteriu' servi' segestre.
Vtilior mihi quam sapiens – –

Erat enim *tegis*, quæ à *segetibus*, ut vult Varro, quod ex eis fieret, dicta fuit. Posteà factam esse ex pellibus, testatur Plautus apud Porphyrionem, qui dixerit de anu dormiente: Anus hæc in pellis

periculum protenditur. Val. Maximus ait Catonem hædinis usum fuisse pro stragulis, tanquam nihil mutâsset è priscâ frugalitate. Certè στέγαστρον pelles significat. Hęc ille. Aut potius generatim στέγαστρον est id, quo operimur, à στέγω, στεγάζω. Præciso S fit *tego*. στέγω & πέγω, *tectum*. S remanet in *præstego*: item in præstigiæ, quasi *præstegiæ*. A *prætegendo*. Eludunt enim, quasique tegunt oculos. Et hoc est, quod J. C. Scal. ait Ex. 303: qui oculos fallunt, alia pro alijs subdititia ostẽtantes, ij præstigiatores ab antiquis dicti sunt: quod aciem perstringerẽt oculorũ. A tego, tectum, fit *tegimen*, ut à rego rectum, regimen; post *tegmen*; *Tegimentum*, item tegumentum, ut optimus, optumus δχαϊκῶς. Est verò *Tegmen* vox admodum generalis: ut origo docet. Et Lucretius:

-- sub eodem tegmine cœli.

Virgil:

Sub tegmine fagi.

J. C. Scal. lib. 1. de C. L. L. cap. 29: *Tega* priùs fuit, inde *tegula*, ut à *pango*, *pactum*, *pagina*. Item à *tego*, *tugurium*, E in

U mutato. *Teges*, stragulí genus ex ulva, aut sirpo aut simili. Idem Scalig. cap. 4. *Togam* definiturus, eam finõrim à *tegendo* dictam, sanè vestigando eius genus sic inveniemus; esse lanam textam ad tegendum. *Epitogium* est Græcolatinum. *Incitega* est machinula, in qua constituebatur in convivio vini amphora, apud Festum. Ad quem Jos Scal. Superiùs monuimus *Incitegam* dictam ab *integendo*. Quia veteres *incitegere* pro integere dicebant, ut Reciprocum pro reprocum: Reciperare pro reparare; concipilare pro compilare. *Dicta* ab *integendo*, quia partem mensæ tegat. Eâ autem utebantur, ne vinarium vas, puta crater magnus, aut amphora labem ex fundo in mensa relinquat. Cæterùm στέγω non malè ab Hebræis טָכַךְ i. e. texit. Vt vetus illud Græcorum κρύω, à חָפָה, operuit. καλυφθῶ, καλυφθῆς, quando velatur facies, in signum tristitiæ. Sed ad δέος revertamur: ἀπὸ τοῦ δέδεμαι est nostrum *dormio*: ut Græc. δαρθάνω, δαρθῶ à δέδεμαι. Nam initio veteres *dermio* dicebant. Pellibus enim

nim incubabant, ut dictum est, & prodidit Virgilius 7. Æneid.

Pellibus incubuit stratis, somnosq; petivit.

Dormito, non est frequenter dormio: sed leviter dormio; cujus significati causa est, quòd qui leviter dormit, repetit somnum interceptum, aut interruptum. Quandoque bonus dormitat Homerus, Horatius. Addit, quandoque: ut verbi vim innuat. Plautus Amph. Te dormitare ajebas: mensa ablata est, i. e. leviter dormire, νυστάζειν, seu desiderio somni teneri. *Dormitorium* Gloss. κοιμητήριον.

DEVS, tanquam nomen *Enius*, quod summè unum numero, individuum & simplicissimum Essentiâ, meritò ad singularia refertur; ut agnoscit Fonseca lib. 1. Dial. cap. 26. & 27. item ad Metaph. c. 18. quæst. 5. sect. 3. Græcè Θεὸς. Alijs à Ϝεύομαι: ἔχει Θεὸς ἔκδικον ὄμμα: Cernit Deus omnia vindex. Alijs à δέος, i. e. Metus. Statius: *Primus in orbe deos fecit timor.*

Lucret:

-- cui non animus formidine divûm Contrahitur --

Ipse sit timor, & pavor vester; Num. 8. Alijs à Ϝεύω, i. e. currere, movere. Quia Deus est merus actus; omnia ambit; omnibus vigorem & motum impertit, Act. 17. Alijs à Διὸς, quod est nomen Jovis, & communiter etiam Dei apud Græcos: qui & σιὸς, Æolicè: inde *Sibylla*, i. e. σιοῦ βουλή, consilium Dei: & *Sylla* à prudentia, quasi *Sibylla*, inquit J. C. Scaliger. Doricè verò & Laconicè est σιὸς. Igitur à Διὸς est antiquum *Dius*, i. e. Deus, aut pro *Deus Dius* ob affinitatem E & I. Plurale *Dij* etiamnunc durat; immò quoque singulare: *Me Dius Fidius*, i. e. Deus fidei præses. Apud Plautum: per *Deum Fidium* credis jurato mihi. Festus ita: *Medius fidius* compositum videtur & significare Jovis filium, id est, Herculem, quòd Jovem Græci Δία appellent, nos Jovem, ac *fidium* pro filio usurpent, quòd sæpè anteà pro L. litera D. utebantur. Quidam existimant jusjurandum esse per Divi fidem; quidam per divini temporis, id est, *diei fidem*. Radix est Hebr. דַּי, i. sufficientia: שַׁדַּי, i. e. omnipotens, ex שׁ relativo. Deus enim unus & unicus, ἀυτάρκης καὶ αὐτοσθενὴς.

Cæterùm ἀ Δὶς, Δὸς, est Δῖος, *divinus, dius, divus.* Item *dives*, quasi divus: quia divitiæ divinitùs contingũt; & dives quasi deus quidã qui nihil indigere videtur. Vt Cicero in Paradox: *Dives*, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facilè contentus sit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil opter ampliùs. A *dives* est *dis* contractè: *divitis, ditis. Dito, ditesco*: item *ditio, onis*; quod vulgò est tractus terræ dominij, non aliunde. Cicero 2. de divi. *divinationi* rei præstantissimæ nomen nostri à divis; Græci, ut Plato interpretatur, à furore dixerunt. Vlteriùs *Dium* dixêre prisci *diurnum* sub cœlo lumen. Deus quippe lux æterna est, omnisque lucis autor, & inde *lux* divinum accidens vocatur J. C. Scalig. Exerc. 71. Hinc etiamnunc aliquid *sub dio* fieri dicimus, i.e. sub Jove, sub cœlo, sub luce, quod non sub tecto fit. Et apud Horat. l. 3. Od. 2. *Sub divo*: uti vetustiss. codex habet. Idem Scalig. Exerc. 165. s. 4. Cùm Pythagoras Deum ψύχωσιν, i. e. animationem nominârit, quid aliud, quàm autorem vitæ faciebat? Hæc autem & in luce & à calore

constituitur, ex sapientum sententia. Sic enim ζωὴ, quæ vox affinis est fervori, Ζῆν, veteres cognominârunt. Et nos ab illo *diem*, Δία. A dies est *diu*, inquit idem lib. 1. dec. L. L. c. 29. Diu, i.e. per dies: notat συνέχειαν & continuationem dierum. Græcis est Δίω. *Interdiu*, i. e. die: *diutinus, diutulè, diurnus*; sicut hodiernus ab hodiè: *diurnare, diuturnus*, & similia. *Diarium* modò cibum unius diei significat, modò relationem historicam, quæ singulis diebus conscribitur. Græcis est ἐφημερὶς, *Ephemeris*, ab ἡμέρα. *Biduũ* quoq; inde, *triduũ*. Bidium, *tridium*, ex origine. Sicut optimus, optumus: ἄριστος. Et melius sonat, Biduum. *Perdius*, i.e. per diem, differt à *perdius* mediâ longâ, i. e. divinus. *Pridie*, i. e. priori die, seu, ut J. C. Scaliger lib. 9. de c. L. L. c. 161. *pridiè* est oratio composita *prædie*. *Postridie*, i. e. postero die. *Æquidiale* apud Festum: sicut *Æquinoctiale*. *Dierectus*, quasi die erectus. Ita dicti sunt crucifixi. *Hodie*, i.e. hoc die. Sicut Græcorum σήμερον καὶ τήμερον. Itaque idem repetitur, si dico: *hodierna dies*: melius, *lux*. J. C. Scaliger in Theoph.

Theoph. de plantis: unum est adverbium *Hodiè*, quod præsentem loquenti designat diẽ. *Dies*, qui præcesserit, hodiernum, hesternus dicitur, cujus nota est adverbium *heri*. Alter ab hodierno, qui antecessit hesternum, denotatur per hanc vocem, *nudiustertius*. Dies secuturus hodiernum, nominabitur crastinus, & significatur per adverbium *Cras*. Ille qui post hunc accedet, appellabitur *perendinus* ab adverbio perendie. Hi dies ipsce nominibus semper dirigunt loquentis orationem, aut ad ipsum, aut ad alium. Hodie feci, feci̇sti, fecit. Et semper ab ipso pendent ita, ut cætera omnia dicantur, non nisi ubi possumus dicere *hodie*. Itaque cùm de tempore alieno loquimur, nunquam dicimus cras, aut heri. Quia dicere non licet *hodie*: sed ubi usurpamus aut intelligimus adverbium tunc, dies præcedens non est hesternus; sed pridianus: neque sequens est crastinus: sed dicimus *postridiè*. *Propediem*, i.e. propè accedens diem. *Perendie*, i.e. ubi abiit unus dies, seu, ut ajunt, quasi *peremto die*, notat eum, qui crastino proxi-

mus fuit, vel erit. *Dies perendinus*, i. e. dies abhinc tertius. *Comperendinare* est differre in longum, de die in diem. *Nudius*, i. e. *nunc dies* tertius, quartus, quintus, & sic deinceps, autoritate Planti. Idem dixit *quot diebus, quotCalendis*: sicut dicitur *quotannis*. *Quotidie*, i. e. quoto die: alij *Coridie*. Idq; propter affinitatem elementorum. Ita olim Lutetiæ Sorbonici ex consuetudine vernacula, pro *Quisquis, quanquam Kiskis, kankam*, pronunciarunt. De antepenultima ambigitur. Martialis lib. 10 produxit. Cultus findone non *cotidiana*. Catullus contrà

Conjugis in culpa flagravit quotidiana.

Hic prior, immò *Docti* nomine honoratur. Ergo huic præ illo major fides.

Diadema, Διάδημα, à Διαδέω, redimio, revincio: est redimiculum sive fascia ex panno preciosissimo: non corona ex auro & gemmis, ut perperam nonnullis persuasum fuit. Testantur id autores unanimi cõtensu. Hinc *diademacus* Apollo apud Plinium. 34. 8.

Diana, quasi duana, quòd duobus temporibus, & die & nocte appareat. *Diana*, prius *Jana* vel *Tiana*. Jos. Scalig. *Trivia* à triplici figura, ait Basius Phænomenωv Arati interpres. Alij, quòd trivijs præesset. Ovidius:

Ora vides Hecates in tres vergentia partes;
Servet & in ternas compita secta vias.

Hinc Virgilius dixit:

Tergeminamq́, Hecaten tria virginis ora Dianæ.

Hecate, ab ἑκατὸν. Quia centum victimis placaretur: vel centum annos errare faceret inhumatos. *Proserpina*, quòd humilior quasi currat & serpat. Jos. Scalig. in Con. prius *Proserpina*, περσεφόνη, Cic. de Nat. Deor. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 9. C. Rhodig. l. 20. c. 60. Perottus in Cornucop.

Diæta, non *dieta*, à δίαιτα: quod à δαὴς δαῆδος. J. C. Scalig. de Iasone: Τῇ λιτῇ dixit ἀνδρομαχικῶς, pro tenui victu. Ductum enim est ab eo, quod spiritus tantùm alimento quis contentus est ἄημι namque spirare est. Ἀήτη perspiratio. Sicut αἰών, ævum, tractus est temporis, quem spirando transigimus. Et ἀήρ, quem spiraremus. Talis victus ratio in principio acutissimorum morborum observatur, quo tempore nihil damus.

Dico, δείκω: sicut *disco*, δάω, δάσκω, ut χάω χάσκω, *hisco*. ait Jos. Scaliger. Parens ita c. 66. de C. L. L. Quod Græci δίκη vocant, causam nos appellamus, Quare addito vocabulo juris, etiam Græcũ sonũ mutuati sumus, & *judiciũ* nominavimus. Quâ in causâ sive judicio, propterea quòd oratio nis usus maximè viget; Latini posteà verbũ *dicere* sumsere ad significandũ, quoties loqueremur. A δίκη, δικάζω est dicare. δίκη ab Hebræo צֶדֶק i. e. justam habuit causam. *Vindicare* à vi. *Vendicare* à *venũ*: ut sit proprium sibi aliquid facere. *Judicare*, à jure. *Indicare* ab IN, quòd hìc auget: propriè ad judicia. A dico, *dictum*, est *dicto*, & inde *dictito*: ut à factum, facto, factito: à tectum, tecto, tectito: à cursum, curso, cursito: à saltum, salto, saltito: ab auctum, aucto, auctito.

Dicis causâ, quid sit Eruditi certant. Alij suspicantur *Dicis* esse obliquum à *Dex*, cujus composita in usu sunt index, vindex, à dico. Sed non quadrat. Vt enim index, est

ait, qui indicat; ita *Dex* qui dicat. Ergò *dicis causâ* erit, dicantis causa vel ejus, qui dicat; quòd contra significationem istius phraseos. Corrasio JCto *Dicis gratiâ* est, remissè & eo tantùm animo, ut officio functi videamur, non seriò, non accuratè: sed perfunctoriè, quantum satis sit ad vitandam reprehensionem. Rectè itaque dicis causa erit δίκης ἕνεκα. Nam & η non semel in I apud Latinos migrat. Id est, λόγου χάριν, verbi gratiâ, cõsuetudinis aut moris ergo. Nam δίκη quoque significat morem. Cic. Act. 6. in Verr. ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, dicis causa daret, i. e. moris ergò, ad speciem, simulatè. Gloss. dicis causâ, νόμου χάριν, λόγου χάριν. *Dicterium* à dico: quod explicat Cicero ad Cornel: Nep. Nostri cùm omnia quæ dixissemus dicta essent, quæ facetè & breviter & acutè locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerunt. Aut dicterium est δεκτήριον, τήριον est Græcorum κατάληξις.

Didymus, Δίδυμος: à δὶς aut δύο: more Græcanico. Malim per δίωλυσιν ἕστάτε, ducere ab Hebr. תָּאַם, i. e. didymus sive geminus fuit, æqualis aut similis extitit, תְּאוֹמִים, δίδυμοι, gemelli. Ex eodem fit *Thomas*, & quidem manifestius priori. *Thomas*, Θωμᾶς ὁ λεγόμενος δίδυμος. Joh. 20.

Diligentia. Cic. 2. de Orat. Quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantiâ, assiduitate labore, cõplectitur uno verbo *diligentia*. Est enim à *diligo*. Idem minorem facit dilectionem, majorem amorem. In Epist. tantum (inquit) accessit, ut mihi nunc denique *amare* videar, anteà *dilexisse*. Grammatici causas ignorarũt. Diligere & eligere pænè idem sunt. Efficacior vox *diligere*. Quia includit & judicium eligentis & actionem sejungentis electam rem ab alijs. Hoc enim valet illa præpositio à Græco δὶς, quia quod *bis* fit, separatim fit. Igitur, quia non sine judicio probarunt amorem veteres sapientes: Iccircò *electionem* antecèdere voluerunt. Propterea inchoatum tantùm amorem indicabat *dilecto*: J. C. Scalig. Exer. 317. s. 3.

Digna

Dignus παρὸ τὸ δεικνύω. Propterea dixit Satyrius Quàm pulcrum est *digito mõstrari* & dicier, hic est. Græci ἄξιον vocant. Vnde ἀξιώματα, sententiæ, quæ omnium consensu *dignæ* sunt, ut suapte naturâ fine ullâ probatione veræ credantur. Itaque nón benè Cic. 4. Acad. dilatavit: Quidquid enunciatur, inquit, appellatur ἀξίωμα, quod est quasi *effatum*. Ex eodem δεικνύειν *digitus* est, ceu præcipuum δείξεως instrumẽtum; & *Index* secundus à pollice, ab indicando. *Dactylus*, δάκτυλος, ut Latinorũ, quasi δείκτυλος etiam à δείκνυμι. A digito est *indigitare*: verbum pro re satis idoneum.

Dipsacus. Afris *Dibsacos*, nomen herbæ. A δίψα, sitis. Ex eo J. C. Scalig. in Poët. Latinè vertit, *Sittam*. Afferre sitim traditur. Etiam *Dipsas*, δίψας ejusdem originis. Genus serpentis: ab eo qui læditur, exarescit ac siti perit. Lucanus, Et *torrida* dipsas.

Silius:

Quippe atro rapidas efferveſcente *veneno*
Dipſadas - -

Dioscorides: Quos *dipsas* percusit, intolerabilis ardor premit, sitisque usque eò pertinax, ut satiari non possit, ac sine ullâ intercapedine excruciet. Et si potum affatim attrahant, illicò in eandem sitim relabantur.

Diribere. Verba Lexici Calep. sunt: Diribere & dirimere, illud tabellarum, hoc suffragiorum video verbum fuisse: neutrum autem satis fuisse manifestum. Hæc illud. Neque invenio aliud, ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα: præter conjecturam. Esse exoletum *Rabere*: ex eo factum *Diribere*: A verso in I: ut in sapere, desipere: capere decipere: facere inficere. *Rabere* ab Hebræo רַבָּה, aut רֹב רַבַּת est multitudo, turba. Vt ita diribere, propriè sit distribuere in vulgum, dividere in multos. Et eo modo Cicero ponit, atque alij. Item diribitorium locus erat, in quo fiebat distributio: diribitores, διανομεῖς.

DO, antiquum δῶ: δίδωμι. Fœcundum est & multa de se format.

Dido

Dido à *di* & *do* i. e. distribuo, *Trado*. i. e. transdo, sicut *Traluceo*, *Trajicio* Lucret. *Trano* Virg. *Trafero* Cic. *Trameo* Varr. *Perdo* & antiq. *perduo* à per: cui Græcanicum πάρ δω rectâ convenit. *Credo*, quasi *certo* i. e. certum do; aut *cretum*, vide cerno. *Abdo*, *abdomen*. Quia sub cute abditum sit. *Condo* i. e. simul do. 7. Æn.

- - *Optaro* eondumur *Thybridos* alveô.

Absconde, *recondo* i. e. tego. Vtrunque majus simplici. *Absconsè*, in Glossar. λάθρα: absconsum, pro *absconditum*, quod ex absconditum. *Condus*, ταμίας, qui *condendis* præest cibis: Sicut *promus*, qui *promit*. Plautus in Pseud. Condus promus procurator peni. *Prodo* id est, vel pro vel ante do, *proditor*. *præditus*, ficut inditus, quasi *prædatus*. Valla l. 5. Eleg. c. 35. *Præditus* sum bono dicitur: & *præditus* sum malo. Sicut affectus sum malo & affectus sum bono. *Dator*, δότωρ, δοτὴρ. *Dos*, *doto*: δῶς, δωτὸς id est, δόμα, seu donum generaliter: alioquin est id, quod maritus cum uxore accipit. *Donum* δῶρον. *Pandora*, πανδώρα. Hesiodus.

- - ὃν πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν - - -

Antidotum, ἀντίδοτον id est, contrà datum. Vulgò medicamentum malo oppositum. A *dono* fit *bonum* κατ' ἀντίφρασιν. Vel tam commodè à טוֹב id est, bonus, Si retrò legas. J. C. Scal. l. 3. poët. c. 90: quemadmodum δῶς, *bus*: *duonum*, *donum*, *bonum*. Sic *duellum bellum*. Heb. דָּנָה id est, donavit. Item נָתַן dedit. A quo etiam Græc. δάνος, δάνεισμα, δανειστής, *danista*: Item Latinorum *Donum*. Hæc enim origo jure anteponitur alteri. A *bonus*, *bellus*. Fuit enim *bonulus*, *bonellus*: posteà *bellus*. Ab hoc *bellarium*, *bellaria* id est, res bellæ. Latini *bellatiorum* nomine accipiunt, quæ Græci ὡραῖα vocant, id est, cupedias. Nam ὡραῖος bellus & pulcher. Vnde *pulchralia* eadem dixit Cato in ea, quam habuit de fundo oleario: pulchralibus atque cupedijs: & res bellas pro cupedijs. *Bonus* antiquè *benus*, unde *benè*. *Benignus*: Lambinus ad Horatium l. 1. od. 17. *Benignus* idem valet, quod largus, liberalis, & dicitur pro-

НВОКМИЦ Инв.№ 6084

propriè de eo, qui *bonis & dignis* largiatur: interdum etiam, qui indignis. Aut simpliciter *benignus à benè* ut *malignus à malè*. *GNVS* est terminatio communis.

Doceo, δοκέω: unde δόγματα, decreta doctorum Joseph. Scalig. *Paradoxum*, παράδοξον i.e. quod præter opinionem. Vetus Glossarium παράδοξον exponit, *Admirabile*.

Dodanim i.e. Judices dilecti. דּוֹד i.e. amicus, charus. A quo nomen accepit urbs in Epiro, ad quam oraculum *Dodonæum* frequentatum.

Dolor est motus asper in corpore, à sensibus alienus, Cic. 2. Tusc. Dici voluére à *dolo*. (Græcum est δόλος) quem, cùm in simplicitate tàquam in nutrice Virtutum, statuerent viam ad felicitatem omnium rerum, maximè detestarentur: J.C. Scal. Ex. 259. s. 2. Sed hoc paulo videtur perplexius. In sanctâ linguâ est חוֹל, doluit. Quod, mirum si improbent. *Dedolere* est Ovidianum. i. desinere dolere *Cordolium* quando *dolet cor*, quod sedes affectuum. Quidam dici volunt ita, ut *dolium* sit ἐνδιάτον: ficuti vinum crucium, verba stridia. Quidam quasi *condolium* à *condoleo*: posteà cordolium N mutato in R. Jos. Scalig. At ita erit συμπάθεια & συναλγέντος; cùm secùs utantur autores. Scilicet pro καρδιωγμὸς ἢ καρδιαλγία. Plautus: mihi *cordolium* est. Et alibi expressè negat, mulieri esse *cordolium*. Nam mulier nulla *cordictus* dolet ex animo. Igitur primum Etymon optimum, à *cor* & *doleo*. A *dolo* fecit Ennius & Nonius *adolabilis* i.e. absque dolo. *Sedulus* i.e. se vel sine dolo. E Plauto percipis Cap. a. 4. s. 2. Parasitus ad herum ita: Quippe quando nihil mihi credis, quod ego dico sedulò i.e bonâ fide, *se dolo*. Δόλος, *dolus* non difficulter formatur ab דָּהַר i.e. dolosus fuit.

Dominus à *domo*: propriè is, qui domui præest & familiam gubernat. δόμος à δέμω i.e ædifico. Inde *domare*, judicio nonnullorum. Rectius à δαμάω, & inprimis assonat Heb. דָּם, item דָּמָה: utrumque est domuit, compescuit. *Indomitus*, non domitus. *Adamas* quasi indomitus, quia ejus duritia inenarrabilis est & ignium victrix. Pro dominus antiquè usurpatum fuit *Dubenus*, apud P. Festum; nisi locus sit mendosus; scilicet *dubenus* pro *dubienus*, qui nunc dubius: sicut *alienus* ab *alio*, *Socienus* à *socio*, ut quidam suspicantur. In prima lingua est אָרוֹן i.e. Sustentator, aut domus familiæ à rad. אָרַן i.e. basis fulcrum. Si aliquis inde velit originem domini quærere.

Drachma δραχμή. Potiùs ab Hebræo דַּרְכְּמוֹן quod idem. Conflatum ex דָּרַךְ & סָנָה, quod distribuitur viatoribus, ἐφόδιον, viaticum. Est etiam nomen pōderis. Cleopatra, δραχμὴν δὲ καὶ ἄλλη ὁμωνύμως καλεῖται σύγκειται δὲ ἡ ἀττικὴ δραχμὴ ἄγεσι ὄβολοὺς ἓξ.

Draco, δράκων: multis, παρὰ τὸ δέρκειν. Quod illud Ovidij firmat: Terrigenasque ferox, insopitumque draconem. Insopitum .i. vigilem, cujus oculi exiomnes. J Cæs. Scaligero Exer 183. παρὰ τὸ δρᾶν ἄχος. Quia animal venenatum atq; homini infestum. Iterum Ovidius:

– aut avido dabitur fera præda draconi.

Drama, δρᾶμα, δρᾶν. J. C. Scal. l. 1. poet. c. 3: Hoc genus ἀφηλοκωλικὸν, etiam ab gestu & actione δεσμαλικὸν appellatum fuit. Δρᾶν enim Doricâ linguâ significat agere. Neq; illud obfuerit, quòd sedendo partes quædam expediuntur. Nam & à majore parte nominandum fuit genus hoc dictionis: & in recessione quoque actio quædam est. Quare histrio, qui est imitator, cùm dicatur δρᾶν, imitativum hoc item genus non sunt veriti quidam nominare.

Dromo est cursor, aut minister. A δρέμω vel δρέμομαι a δρόμος, est cursus. Latinorum *curro* est ab Hebræo קָרָה & aliquando קָרָא i. e. occurrit, cucurrit, obviam factus est. Item Græcorum κυρέω, κυρέω. A *curro* est *currus*; ab usu. A *curro curriculum*, ut à veho vehiculum, à verro verriculum. Item *Currus*, κατ' ἀνάστοιχον *Carrus*: quanquam R geminatum notet etiam illos curruum & carrorum stridores sive impetus.

Dryades, δρυάδες, ut & ἁμαδρυάδες: à δρῦς, quòd quernis umbraculis delectarentur vel quòd unà cum quercubus & ne-

& nasci, & mori crederentur. Eadem à voce dicti sunt *Druidæ*. Quia viſco & hac arbore, in qua ille naſcitur, nihil habebant ſacratius. *Chamædrys* id eſt, querçus humilis.

Dubitatio eſt retentio ratiocinationis ex objice. Iccircò dicebat in 3. Tranſnatur Philoſoph. in ijsdem hærens verborum veſtigijs; qui dubitat vincto ſimilis eſt. In 6. Top. ex aliorum ſententiâ: ἰσότης τῶν ἐναντίων λεγομένων inquit J. C. Scalig. Exer. 312. Cum quibus optimè convenit Græcum δόκησις: ἄπορος, ἀπορέω, ἀπορέομαι: ab a πεπηρωμένῳ μορίῳ: & πείρω, transadigo, tranſeo: πόρος, porus, πορίζω: πόρισμα Sicut, ἔμπορος, ἐμπόριον, *Emporium*. *Aporiari* quoque ortum eſt ab ἀπορέω. Lat. *dubito* non ineptè explanari poteſt, quaſi ſit à *duo* & *ito* ut Græc. δίχωσις, δίχομαι à δίς & ἴσημι. Cùm aliquis in duas, immò diverſas ſæpè ſententias it, animumque nunc huc nunc dividit illuc: nec ubi figenda ſit ancora, videt; idque propter ἰσότητα τῶν λόγων. Veteres etiam *dubitat* pro *dubitat*, dixere, notante Feſto, à dubius.

Duco à δείκνυω: δεικτὴς *ductor*. Ab Heb. נָגִיד, indicavit, nunciavit. Et ut dux à duco: ita ab iſto themate Hebræum eſt נָגִיד i. e. dux, princeps. Feſtus: cùm pro *puto* ponimus, ex Græco eſt δοκῶ. *Induciæ* ab *inducendo*: quoniam ceſſatio quædam ab armis inducitur. Hinc Varro nominat ferias belli. Græci ἐπεχειρίων. Alijs libet à *die* ducere *inducias*: alijs aliunde, ut apud Agell. l. 1. c. 25. videre eſt. *Inductio* apud Logicos, cùm ad aliquid probandum plura ſuperinducuntur. *Conducere* propriè eſt συνάγειν. Cic. in unum multa ſunt *conducenda*. Lucret. at coria & carnem trahit & *conducit* in unum. Poſtea *conducta* eſt μισθῷ: ſubintellectâ mercede. Conducere ſervos i.e. congregare: ſcilicet precio, quod ducit homines, aut cogit. Item *conducit* eſt idem, quod prodeſt, utile eſt: pariter ut Græco. συμφέρει. Vbi iterum quid συμφέρει, Conducit, nempe commoda, bona, aut aliud. Cicero: rationibus noſtris *Conducere* videtur: Scilicet utilitates, commoda, vel quid ſimile.

Du-

Durateus. Lucret. Nec clàm durateus Trojai Pergama partu Inflammâſſet equus. Græcè δρύπος i. e. ligneus. δρῦμα, item δρῦς i.e. ligna. δόρυ lignum, quod à δέρω, quaſi δέρμα ἔχον καὶ πφυκὸς ἀποδέρεσθαι: ſeu ξύλον ἐκδεδαρμένον. Hinc & *durus*: item addito augmento, *Edurus*, apud Poëtas. Ni velis Hebræum ſuſcipere, דָּרַךְ id eſt, perduravit, duruit, durabilis fuit. Aliud eſt *obturo* non *obturo*, ut quidam ſcriptitant. Nam *thuro*, θύρω i. e. fores, ſive januam claudo. Hebr. אָטַר .i. obthuravit, obſtruxit. θύρα enim oſtium eſt, etiam Germanorũ imitatione.

Duplus, διπλόος, contract: διπλοῦς παρὰ τὸ δύο πλοῦς fit διπλόος καὶ διπλόος: aut à δίς, διπλόος. *Diplois*, διπλοΐς, veſtis duplicata. *Diploma*, δίπλωμα, quidquid duplicatum: ut vas; item hodie literæ magnatum: quia duplicantur, aut majoris precij ſunt. Etiam antiquitus in *duplici tabellâ* ſcribi ſolitum, tradunt nonnulli; cùm ſupplices aliquid à principibus impetrarint. *Dis* a. Latinum eſt à ἄλλος, ut ἀλλάσσειν, diſtribuere: ſed & δὶς ſeparationem, ac diffi-

cultatem innuit, ut δυσχέρεια. Niſi ſit potiùs à δίς. J.C. Scalig. perſuadet l. 1. de C.LL.c. 34. Neque enim fuére duæ præpoſitiones, ut ſunt arbitrati Grammatici, *Di* & *Dis*: ſed *Dis* Græca. Nam *binarius numerus* primus eſt, qui dividi poteſt: quod igitur *bis* facimus diſcontinuatâ operâ fit. Iccircò præpoſitio hæc ex uno plura demonſtrat, *Divido*. Quoniam quæ ſecta ſunt, *bis* videtur. Item κατ' ἀντίφρασιν. *Bis* eſt ab eodem δίς, Inde *Bimus*. Cic. Epiſt. famil. l. 9. 22. Cùm loquimur *terni* nihil flagitij dicimus: at cùm *bini*, obſcænum. Nam βινῶ apud Theocritum & Ariſtophanem coire eſt.

E

Echo, ἠχώ. Propterea Ovidio eſt reſonabilis.

Et Perſius

-- *reparabilis aſſonat Echo.*

Horatius:

cujus recinet jocoſa Nomen imago.

Ad quod Julius Cæſar Scaliger: Echo interpretamur, potiùs dato, quàm accepto indicio ſignificatus.

Est enim vocis imago; quam vocem nisi addideris, nihil sonat. Hæc ille. Echo igitur imago: scilicet vocis: quod satis declaratur verbis, Recinit & Jocosa, ubi cantus, ibi vox: si canis, Echo recinit: & quidem jocosa i. e. ut jocari videatur, aut ludere. Lucretius expressè addit, verbum

-- *interdum frustratur imagine verbi.*

I. e. repræsentat & q. pingit verba emissa. Græcis est ῥῆμα τῆς ἠχοῦς: quod ultima semper repetat, vel sequatur tanquam appendix. Ausonius adhuc pleniùs:

Aëris & linguæ filia --

Linguæ: ab hac enim sonus aut vox primitus editur. Aëris; quia fit Echo, ὅταν ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἑνὸς γινομένου διὰ τὸ ἀμβλύνειν τὸ διορίσαν καὶ κωλῦσαν θρυφθῆναι πάλιν ὁ ἀὴρ ἀπωσθῇ ὥσπερ σφαῖρα. Filia, metaphoricè: quoniam ab aëre & sono veluti gignitur. Ita Horatius: pinus silvæ filia nobilis. Et Pindarus: ἔστιν δ' ἀρχαίων ὑδάτων ὁμφαίων, παίδων νεφέλας. Rabbinis, ut Josuæ filio Levi, echo est בַּת קוֹל id est filia vocis.

Eclipsis, ἔκλειψις. Vulgo est lunæ obscuratio & solis. Quãquam hic nunquam amittat lumen suum. Qui enim possit, omnis lucis & caloris fons? Ne itaq; fiat κατάχρησις: pro *eclipsi solis*, dicatur; *aversio luminis solaris a terrâ aut oculo nostro.* Avertitur, quia luna intervenit & solem & oculum intuentis. Plinius *Eclipsin* latinè vertit, *deliquium*. Satis commodè. Est enim Græcum ab ἐκ & λείπω. Vnde quoq; ipsum Latin. *Linquo*: Vt à λείχω *lingo*: à δασὺς *densus*. N inseritur: & P mutatur in Q. Quod aliàs crebrò accidit: & dum *equus* fit ab ἵππος. autore Jos. Scaligero. A *delinquo* aptissimâ voce dicunt Latini *delictum*. Malum enim sive peccatum, non est aliquid, quod est; haut magis quàm tenebræ aut cæcitas: sed duntaxat privatio & *deliquium* boni; & μὴ ὄν, ut Philosophi vocant. Augustinus bellè, ut Solet: *Mali causa efficiens nulla est, sed deficiens tantùm.* Quia malum ut non Ens, aut absentia Entis, seu defectus. Ergo ejus non *effectio*: sed *defectio* est.

ECLOGA ab ἐκ & λέγω I. C. Scal. l. 1. P. 4. Cùm quædam (id quod sapientissimo cuiq; evenire solet) etiam suis autoribus displicuissent, ex incondità turbâ eorum, quæ

meditati non essent, quæque subito calore excidissent, selecta quædam concinniora eâ de causâ ἐκλογὰς appellare placuit. *Lego*, λέγω. Hebr. לָקַח est lectio cõsiderata. לֶקַח i. e. collectio, congregatio. A rad. קָרַל i. e. congregavit. Et לָקַט id est, legit singulatim. *Lego* igitur propriè est multa conjungo, colligo; hinc idem etiam, quod ore pronuncio, & scripta profero: quia utrobiq; fit multorum συλλογή. *Intelligo* i. e. intus lego mecum. i. e. loquor & unũ exalio colligo: quod pertinet ad opus intellectionis. Ita apud Græcos λόγος & εὐδιάθετος & προφορικὸς dicitur. *Negligo* est, ne lectione quidem dignor, aut, ut inquit J. C. Scalig. in Theoph. de plant. est omitto judicio & electione. Negligimus n. quod nolimus curare. Idem c. 34. de L. L. *Intelligo* usu, non lege factum est. Nam *interluo* & *subterlabor* & *perlitus* & *Superlativum*. At Politianus cùm mavult *Pellego*, videbatur in hoc, ut in cæteris, sibi non posse esse princeps literarum, nisi solo esset. Sed aliunde poterat divinũ ingenium sibi párere gloriã, quàm ex deformatione latinæ puritatis. Idem c. 29. l. 1. *E* breve migrat in longum: *A* Legere est *Legare*; quoniam ad legendum i. e. dicendum mittebantur. Et ab hoc *Legati*, quorum scilicet officium esset, dicere. Sed videtur Hebraicum melius: לָאַךְ legavit. *Collega*, *collegium* ab eodẽ dicendi munere, aut ab opibus legatis ad unum aliquem finem. Nam *Legare* Tropicè etiam inter alia est committere, assignare. *Analecta*, ἀνάλεκτα i. e. collectanea. ἀναλέκτης; collector. *Dialectus*. διάλεκτος propriè significat sermonem transmissum: scilicet ad alias vel gentes vel civitates; quarum certa loquendi idiomata. διὰ notat transmissionem. *Ablegmina* sunt partes, quæ dijs porriciebantur, quæ propterea dicebantur *prosiciæ* & *prosecta*, à *secando*, tanquam separata quædam à reliquâ visceratione. Id enim *ablegere*, imitatione Græcorũ, qui dicunt ἀπολέγειν. Ergò *ablegmina*, ἀπολεγμοί. *Ablecta* æs apud Plautũ. *Legio* quòd *leguntur* milites in delectu. Varro.

Formarunt inde ſuum Græci, λεγιὼν, & Syri, לְגְיוֹן Legiion. *Legumina* in varijs frugibus ; quia leguntur. Plin. l. 18, c. 17. *Lex* nonnullis malè à *ligando*. Repugnat n. analogia, & quando *lex* obligare dicitur, metaphorâ id fit, deſumtâ à vimine, aut funè. Rectè à *Lego*, ut rex à rego. Quia ex plurimis ceu regulis *Lex* collecta eſt; quia etiam publicè legebatur. Cicer. 1. de Leg. A *deligendo* : Nam ut Græci æquitatis : ſic nos delectus vim in lege ponimus. *Legitimum* paſsivè. i. e. quod à lege conſtitutum eſt *Analogia*, id optimè aſſequitur, quæ Græcè ἀναλογία, Latinè (audendum eſt n. quoniam hæc primùm à nobis novantur) *Comparatio*, *proportióve* dici poteſt : Cic. de univerſ. *Etymologia* Cicer. in Top. Notatio, cùm ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, i. verbum ex verbo, veriloquium. ἔτυμος, verus : ἐτὸς. Ab εἰμὶ fit ἐτὸς, ut ἧτὸς, à πίθημι inde ἔτυμος ut ἔλυμος ab ἐλὸς. Igitur ἔτυμον eſt ita verum, ut cum τῷ ἔτεϊ rei conſonet. J. C. Scalig. c. 186.

LL. *Etymologiam* Græci vocârunt cauſam, unde voces ductæ ſunt : *Veriloquium* Latinis placuit interpretari : ſed quâ frigidè videamus. Nam veritas in oratione eſt, nõ in verbis privis. Præterea λόγος in hac voce ſignificat rationem, non autem locutionem ut vera ratio potiùs dicenda ſit. Quare nos *vocis rationem* transferre maluimus. Hæc ille. At v. & Græcos & Latinos rectè originationem vocare arbitror *Veriloquium*. Quia per illam veritas ſignificationis, ac proprietatis exponitur, & ratio ita redditur ſignificationis. Quâ tanquam ſymbolo ipſa res vera intellectui noſtro cogitandâ offertur. Dein quod ait tantùm in oratione eſſe veritatem, verum non eſt. Etiam *veritas* ſimplex eſt aut ſimplicium terminorum, quæ ſingulis dictionibus exprimitur. Nam veritas eſt adæquatio cum re extra animum locatâ : & veritas eſt quoque conformatio Entis cum ſuo archetypo. Quod non tantùm Enti conjuncto : ſed etiam ſimplici convenire palam eſt.

Igi-

Igitur Ariſtotelis effatum c. 4. Categ. & hujus ſimiles ſententiæ aliorum intelligãtur de primariâ veritatis ratione, quæ manifeſtiùs & principaliter in compoſitione, & Diviſione extat. Sed quorſum ? Ad ſcopum revertar ; ne ad ſcopulum impingam. Quanquam hîc, ecce, objicitur, dum Elogij perplexitatẽ aggredior. Vbi ſanè Eruditiores σύμβολα nõ ſunt. Alij *Eulogium*, alij *Ellogium*, alij deniq; *Elogium* amplexantur. Recenſebo aliquot ſententias. Turnebus : Nullius, inquit Sueton. c. 22. inſpecto elogio. Multis hoc nomen ſuſpecti ſermonis eſt : immò verò peregrinitatis damnatum urbe Quiritium expellitur, quorum ego judicio non accedo : in cauſa eſt, quod extrita litera C pro Eclogio elogium dici animadverti. *Eclogium* autem ab Ecloge dicitur : hodieq; ἐκλογὴν apud Suidam reperitur. Iſaacus Caſaubonus in Suet. docet Elogium planè nihil eſſe aliud, quàm ἐπίλογον, i. e. titulum, cauſæ brevem explicationem, præfationem. Joſ. Scalig. in Culic. Virg. Multi putant *elogium* Græcum eſſe. Ego verò contrà putem.

Quemadmodum pleriſq; nominibus Græcis Latini præpoſitiones ſuas anteponebãt : ita etiam elogium ex Græcâ voce & Latinâ præpoſitione conflatum, ut in *prologo*, & *prologio*, & *antilogio* videmus factum, quæ qui merè Græca dixerit, is magnas nugas egerit. Sic etiam *propola* ex Græco πωλεῖν. Sed præpoſitio Latina, ut *Prologus*. Producitur enim (And. Terent.) quod non eſſet ; ſi Græca. Si enim eſſet πρόπωλης, i. e. πρόξενητὴς & Pararius Senecæ, ut nonnulli annotant ex Polluce : neque primam produceret, neque eam ſignificationem haberet, quam nunc. Dictus enim, quòd primus vendat merces, quas in portu primus anticipat, & ut Perſius ait : primus tollit piper à ſitiente Camelo, ut prior vendat. Quod manifeſtè innuit Lucilius :

Sicuti cùm ficus primus propola recentes
Attulit, & precio ingenti dat primitus paucos,

Nam quo minus credam doctiſsimo viro, qui cenſet *propalam* dicendum, facit, quòd ea non eſt ſcriptura Etymologiæ : ſed pravæ librariorũ conſuetudinis. Si enim quod unus & alter *propala* ſcripſe-

rit, verum esset, eam rectam esse scripturam: Quidni & ego quoq; contenderem *propula* esse dicendum, qui in opt. Glossario scriptum invenerim propula, πωλεύς; Deinde, quare multis partibus plures libri habent *propola*, quàm *propala*? Quid causæ est, cur quæ usitatior scriptura, ea ut verior non sit? Quare ego puto propolam esse Græcũ cum Latinâ præpositione: quæ tamen idem valet, quod Græca πρὸ. Nam eadem est in πρόλογος, quæ in Prologus. Sic Græci Latina vocabula cum Græcâ propositione Latio abstulerunt, & sua fecerunt, ut ἐπιλόγιον. Sic Arabes addito suo AL pleraq; Græca ad morem suum interpolârunt; ut liber Ptolomæi est *Almageste*. Est enim ἡ μεγίστη συναγωγή. Sic *Alchymia*, χυμεία, & *Alchymista*, χυμιστής. (Rhod lib. 7. c. 2. verbo luxato *alchymiam* dicunt, vel *Archymiam*, puto quasi ἀρχὴν χυμείων) Sic *Almanac*, Calendarium, μανακὸς à luna & mensibus, unde circulus lunaris apud Vitruvium μανακὸς. Sic *Alembic* à Græco ἄμβιξ apud Dioscoridem. Itaque, ut dixi, eo modo propala: ita &

de Elogio. Hæc Scaliger. Acquiescimus meritò. Sunt enim acuta. Et quis Polydamas ausit hunc Hectorem? Quia tamẽ *Elogij* nomen πολύσημον apparet: ut distinguatur, tripliciter scribi posse conjicimus. Et quidem dum usitatè est commendatio, ἔπαινος, testificatio in honorem; (nunquam in vituperationem, ut malè Valla lib. 4. cap. 66. Eleg. censuit) rectum erit *Eulogium*, εὐλόγιον, εὐλογία, i.e. bene dictum, in laudem, ab εὖ. Quomodo Cicero: Quid ipsa sepulcrorum monumenta? quid eulogia significant? Seneca: decessit negotiator, testamẽto omnium bonorum suorum reliquit formosam uxorem heredem, & adjecit *eulogium*. Quia pudicam comperi. Dein sumitur pro simplici interpretatione, aut sententiæ expositione: & tum *Ellogium* scribatur, ἐλλόγιον, ab εὖ. Cicero in Caton. Solonis quidẽ sapientis *ellogium* est, quo se negat, &c. Id est, sententia, vel declaratio mentis. Vltimò *Elogium*, i.e. electum, ἀναλόγιον dicetur, ut horologium, prologium. Græcum est ἐπιλογεῖον. Igitur si utaris *Elogium*,

um, quo nil usitatius, omittitur litera; & sententia fit sensus dubij: an *eulogium*, an *ellogium*, an *elogium* sit intelligendum. Qui itaque perspicuitati servire cupit, servet rationem illam scribendi ex originibus Græcis. Quòd verò *Elogium* attinet, quasi sit Græcolatinum, dubitet aliquis, & quærat, an ita: &, an non melius, si Græcum omninò dicatur: sed literâ apud Latinos neglectâ hactenus, quæ restituatur. Modum jam signavimus, & causam. *Nam* E *Latinum* & λόγος feciſſe elogium, vix credibile. Vbi analogia & par exemplum? *Prologium*, *antilogium* & cætera Græca sunt. Sicut & *prologus*, *propola*, integrè transsumta: πρόλογος, πρωπώλης. At objicitur quantitas, longa apud Latinos: contrà brevis apud Græcos! sed facilè rejicitur. Eodem enim modo *Prologus*, à πρόλογος: quo *Pro* longum à πρὸ brevi venit. Quæ enim totius, ea quoque ratio partium. Et *prologus*, *propola* & similia ponuntur, ut reliquiæ, religio, refectio & multa alia apud Lucretium: consonâ duplicatâ. Quanquam & aliud est, quod respondeam. Nempe quantitas non ubique eadem manet in Deductis, sicut est in primigenis. Exempla habes plurima in libro 1. de cauſ. Lat. Ling. Jul. Cæſ. Scaligeri. Ita *propino* licet à πρόπινω fiat: tamen priorem Martialis produxit:

Hoc quoq, nonnihil est quod propinabis *in ipso.*

Cœnat, propinat, *poscit*, *negat*, *innuit* --

Ni malis in primo versu P geminari, ut dixi: nempe proppino, ut relliquiæ. Et sic propola licèt quoad primam à Lucillio sit producta: tamen non impedit, quo minus oriatur à Græco. Nec primæ quantitas usque adeò urgenda: alioquin idem moneri posset de ultimâ, quæ apud Græcos longa est: brevis verò apud Latinos: πρόπωλης, propola.

Edo, ἔδω: sanè est πολύσημον. *Comedo*, i.e. simul edo. *Exedo*, *peredo*, apud Comicum. *Mando*, μάσδω, τώδω: non aliunde, quàm ab ἔδω, etiam Græcis monentibus.

Peredia, Festus: *Perediam & Perbibesiam* Plautus cùm dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Venustè (inquit Turnebus l. & c. 27.) ut nihil supra. *Perediam & Perbibesiam*, ut provinciarum nomina commentus est ita, ut priùs *Peredia* nomen referat, & escæ tamen comitem continuò potionem attrahat. *Estur* apud Ovid. l. 1. de Pont. pro editur. Ab *esum* est *esuries*. Catullo *esuritio*: Varroni *esurigo*. *Edax* continuitatem requirit. Edit enim quivis etiam abstinentissimus. At Terentianus Phormio seipsum vocat *edacem*. *Edeatre*, i. e. præfecti epulis: ἐδίατρος, apud Persas σωμάτης. Nunc generalius accipitur. *Edera*, *Hedera*: quia omnia consumit & quasi *edit*, quibus adhæsit. H præponitur, ut differat à verbo *Ederam*, *ederas*. *Inedia* privationem notat. *Obesum* ab obedo, i. e. gracile, ac macilentum, quasi *ambesum*, teste Nonio & Agellio. Καὶ' ἀντίφρασιν est pingue, crassum. *Dens*, quasi edens. Est enim instrumentum; aut ὀδούς. Jonicè ὀδών, quasi ἔδων, quod habent Æoles, ab ἔδω. Aut Dens præposito D. ab Hebr.

Ψ. *Tridens* à *tribus dentibus*. Tribuitur Neptuno propter tres orbis partes, secundum priscos, quas ambit Oceanus. *Dentale* est pars aratri dentata, à figura. Maro:

- - duplici aptantur dentalia *dorso.*

Dentex σωόδων, nomen piscis. *Dentiscalpium* quo dentes purgantur. *Mordeo* etiam inde apud J.C. Scalig. in Theoph. de plant. quid est *mordere*? Docet translatio. *Dens mordet*, separat. Est ergò morsus separatio. Vnde & nomen, μόεω ἔδω, cùm abscindimus portionem, neque totum volumus. Hinc Plauto aul. act. 2. sc. 2. *mordices* idem sunt, quod dentes; Sicuti Catullo *nutrices* idē, quod mammæ. *Ador* farris genus, *edor* quondam appellatum, ab *edendo*, inquit Pomp. Festus. Veteres enim omnem ex agris proventum vocabant *adoream* vel *adoriam*, ut Glossarium habet, i.e. ἔδωδα σῖτα: Et dicimus, *Adoriosus*. Hor. od. 4. lib. 4. Qui primus almâ risit adoreâ; quam vetus interpres laudem bellicam significare ait. Festus ita subjicit: *adoream* laudem sive gloriam dicebant: quia glorioſum eum putabant esse, qui farris copia abundaret. Cœpta autem est adorea usurpari pro laude, postquam præmium militibus frumentum erat, partâ victoriâ. Hinc Plinius lib. 18. cap. 3. Gloriam ipsam (inquit) à farris honore *adoream* appellabant. Et Plautus: qui multâ prædâ atque adoreâ affecit populares suos. *Adoriosus*, i. e. celebris, ἔνδοξος. Hinc priùs, quàm abeam, sententiam Jos. Scal. in Festum de origine *Ador* adjiciam: *Ador* dicebant veteres (ait) quod Græcum est ἄθυρ, nullâ literâ immutatâ præter θ in *d* ut Θεὸς, *Deus*. Dicitur & *adus*, *aderis*. Glossarium, *Adus*, σῖτος. Ita enim legendum. Posteà declinatū *adus*, *adoris*: ut pignus, pigneris, pignoris: tempus, temperis, temporis. Itaque fit, ut in obliquis secunda nunc producatur, nunc corripiatur. A. Gannius vetus Poeta corripit in illo Versu:

Illam sponte satos adorie *stra visse maniplos.*

item:

Hinc adoris *dat primitias tibi; sanguine libat.*

Ausonius:

Mox ador *atque* adoris *de polline pulificum far.*

Producit idem Gannius in illo:

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Quare doctissimus Priscianus ait, irregulare hoc nomen esse, quod cùm in OR terminetur: tamen obliquos corripit contra aliorum naturam, & cùm neutri sit generis; tamen in OR desinit. Vtrumque falsum. Nam neque cum obliquos producit, est neutri generis, sed masculini: neque cum neutri est generis, in OR terminatur. Quamvis enim Ausonius dixit: Mox ador atque adoris: tamen ador dictum, pro adus; ut *corpor* dicebant in neutro. Sed adus in neutro dictum & ador in masculino, ut decus & decor.

Elaphus, ἔλαφος ab אַיָל, quod idem. Vbi quidem vestigia non obscura confusionis Babylonicæ deprehendis. Si omnia manifesta integra, utiq; non foret confusio. Homerus vocat ἔλαφον κεραόν, i. e. cornutum.

Elegia, non quasi ἐυλεγία, παρὰ τὸ λέγειν τὰς τελευτάς, ut ridicule autumant Grammatici; sed à miseratione,

ἐλεεῖν λέγειν. Iccircò *miserabiles* appellavit *elegos* Horatius. Ἐλεὸς quoque est nocturna avis apud Aristotelem, quam nos ululam dicimus. Simplicius quoque etymon ἐ ἐ λέγειν. Idem enim αἰ αἰ in Ælino. Nam utraque interjectio frequens omnib. Tragicis. J. C. Scalig. lib. 1. Poët. c. 50. *Elementum*. Aristot. 2. de Gener. anim. & 2. de part. ἐξ ὅλας δέχεται τροφῆς, ἀλ τοιαύτης ξωοειδοῦς καὶ αὐτῶν. Et 1. Polit. ijs animantes ali, ex quibus constant. Παντὶ γὰρ, ἐξ ἧς γίνεται τροφῆς, τὸ λειπόμενον ἐστι. Quæ fuit causa, ut Latini putarent sese Etymon *elementi* excogitare potuisse, quasi quod esset idem etiam *alimentum*. J. C. Scalig. in Theoph. de plant. ELIAS, i.e. Deus meus Jehova. אֵל i. e. Deus Græcè ἠλίας, cujus ductu *Helias* nonnullis scribitur. Atqui puriùs ex ipso fonte biuntur aquæ. Elisabeth, i. e. quies DEI, aut quies à Deo donata. Alijs quasi jusjurandum DEI, נִשְׁבַּע i.e. juravit repetendo septies verba juramenti. שַׁבָּת autem est quies, requies, cessatio; quod potiùs amplector in nomine

Elisabeth; propter ultimam literam. Ex eodem est σάββατον, *Sabbatum*. Radix est שָׁבַת .1. cessavit, sabbatum egit, quievit à motu & opere. Hinc *Sabbatum* græcis dicitur ἀνάπαυσις: Theodoreto & Gregorio Nazianzeno κατάπαυσις. Per abscisionem Elisabeth, est *Elisa* apud Virgilium; ex Hebræorum origine: Nomen *Didonis*. Etenim Phœnices erant populi Syriæ, Judæis contermini; quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Inde usus nominum Hebraicorũ. Quale etiam *Dido*. דּוֹדָה est θηλαστικὸν nutricum, ait Jos. Scaliger. Ejus masculinum est דּוֹד, *David*, i. e. amabilis, amicus, blandus. Fœmininum דּוֹדָה, i. e. amica, cognata. Radix est דוד, i. e amicus, dilectus.

Elysium, ἠλύσιον. De eo multa apud Ethnicos: sed aliunde transumta. Quis abnuerit famam Paradisi, horti illius divini, etiã ad exteros venisse? Quidam etiam venerunt ipsi; nec parum sapientiæ in felicibus his oris acceperunt. Plato Ægyptum lustravit: & hinc, quidquid

quid de Elysio, in Phœdone. Vocat γῆν καθαρὰν. Homerus πεδίον. Odyss. Δ: ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν - -

Attribuit dijs, ut transferant homines in Elysium. Virgilius copiosè nominat *locos lætos, amœna vireta fortunatorum nemorum, lucos opacos, prata recentia rivis, convalles virentes*. Vt ita Elysium Ethnicorum nil fuerit aliud, quàm Paradisus: sed sub umbrâ aliquâ, aut nebulâ. Proclus apertè: μαχάρων δὲ νήσους εἰπὼν (scilicet Hesiodus) παραδέσθαι κατέπεσεν, ἤγουν τὸ ἠλύσιον πεδίον παρ' αὐτοῖς λεγόμενον παρὰ τὸ ἅλυτα τηρεῖν σώματα, ἢ παρὰ τὴν λύσιν τῶν κακῶν. Etymon amplectitur Servius, & juxtà alij. Nec profectò aspernabile. Sed quia res ab Hebræis, non etiam dictio? Fortean pauci repugnabunt: quomodo autem fit, nemo facilè effabitur. Et si corruptam dices ex אֵל אֶשֶׁל, nonnihil dices. i. Dei hortus aut nemus. Aut si ab *Eden* facies, parum quoq; efficies. Vix uni & alteri persuadebis; quibus cognita literarum conversio ex unâ linguâ in alteram: & præcipuè ד D in L.

Emolumentum non modò significare quæstum, aut aliud, quod conducat: sed etiã, quod operosum est, & magnum studium requirit, docet exemplis Varronis & Cæsaris P. Victor. lib. 22. c. 10. Idque ideo, quia à *mole*. Alijs, quasi *emolimentum*, ab *emolo*; & ideo secundam corripuit Juvenalis. A *mole* est *amolior*, *amuletum*, quod corpori alicujus alligatum noxam amoliatur seu depellat. *Moles* (inquit J. C. Scalig. in Theoph. de plant.) deducitur à *molâ* farinariâ, quæ nunquam pusilla est. In acu enim nulla *moles*. Resipit ortum *molestus*, quod primam corripit. Aut forte *moles* à μῶλος: ut sit vox militaris. Virg: tantæ *molis* erat, &c. *Mola*, μύλη, *molitrina*, ut *meditrina* à medeor. *Molucrum*, autore Festo non solùm quo molæ vertuntur, dicitur id, quod Græci μύλακρον appellant: sed etiam tumor ventris, qui virginibus quoq; solet evenire, cujus meminit Afranius in virgine. *Immolare* à mola, i.e. farre molito vel sale hostiam sacrificare, Festus. μύλη & μῶλος ab עָמַל i. e. laboravit cum molestiâ, molitus est.

Enca-

Enæ'nia, posis Latinè *Renovalia*. ἐγκαίνια à καινὸς, i. e. novus. Suidæ festum est, in quo aliquid innovatur. Καινὸς à חָנַךְ, initiavit, innovavit.

Encomium, ἐγκώμιον: ἐν πᾶσι κώμοις tribulibus audientibus, cùm laudes alicujus ita recensebantur, ut longiusculè procederet oratio. Quintil. lib. 3, cap. 1. Rhodig. lib. 7. cap. 5.

Epænus, ἔπαινος. J. C. Scalig. lib. 3. c. 110: Est αἶνος idem quod μῦθος. μῦθος idem, quod dictū, aut Sermo. Nam postea utriusque significatio ad fabellarum angustias redacta est Ergò cum de re quapiam αἶνος esset propositus: auditorum consensus expressus oratione ἔπαινος appellabatur: quasi prioris additamentum. Nullum enim pulchrius auctarium orationis, quàm comprobatio dictorū. Inde tractum est, ut hoc testimonium vel bonæ rei, vel bene cujuspiam facti dictive ἔπαινος vocaretur.

Entelechia, ἐντελέχεια. Hujus vocis significatum & originem multi studiosè indagarunt.

-- *leporem venator ut alta*
In nive sectatur --

Et Hermolaus Barbarus, qui latinè, verius barbarè, *perfectibabiam & perfectibabentiam* vertit, ex dæmone, ope λογικοῦ μανδείας, cognôsse tentavit, quid sub hâc umbrâ Aristoteles abscondat. Nos è Scaligero, qui dæmonium hominis erat, & miraculum naturæ, facilè τὸ πῖσι discimus: Cùm igitur formam, inquit, dixeris: intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc enim est ἐν: quod innuit maximus poëtarum;

-- *totosq; infusa per artus.*

Hoc est πᾶσι: quia est ultima forma sub cœlestibus & princeps inferiorum, finis ac perfectio. Hoc est ἔχειν: quia habet materiam; neq; solùm habet, sed etiam continet, ut sit unum. Neque solùm continet: sed etiam regit. Hoc enim est ἔχειν in 5. Metaph. & in Cratylo. Ex. 307. sect. 12, 39. Quidam Ciceronis præsidio exarant per δ, ἐνδελέχεια: sed miserè falluntur & fallunt. Est enim vox Aristotelica & nova ἐντελέχεια ipsius Ciceronis confessione. Igitur aliam hanc oportet esse ab istâ alterâ, quæ vetus & vulgaris.

Dum

Dum v. Cicero interpretatur, quasi quandam continuatam motionem, & perennem 1. Tusc. mentem Philosophi assecutus non est, an si assecutus, secùs exposuit. Neque enim anima est motio aut agitatio: hæc quippe est accidens: illa substantia & pars compositi & potior & perfectio & finis. Neque ἐνδελέχεια est agitatio: sed continuatio motus, παρὰ τὸ ἐν καὶ δεῖν καὶ ἑλᾶν τὴν ἐκδρομήν.

Eo, ire: ab antiquo ἴω: pro quo nunc εἶμι. Ab *itum* est *iter, iteris*: post *itiner* per ξένον, *itineris, itinerarium. Iterum* ab itere, quod repetebant pastores, antiquissimi ὁμοιοποιοί. *Obiter* ab *ob* & *iter*: ἐν παρόδῳ sicut *ob viam. Licet, ire licet*, ut scilicet, scire licet, Jos. Scalig. in conject. *Extemplo* verbum est sacrorum: sicut *Ilicet* judiciorum. Vt enim hoc dimisso Senatu: sic illud, sacrificio patrato à præcone pronunciabatur; quo significabatur, ut exirent *è templo*. Quod quia citò fiebat, inde pro *citò* & *properè* sumi cœptum est. *Inire, initus, initium. Exire, exitus, exitium, exitiale. Transire, transitus*, unde *transtrum*, sicut à fluo, flustrum, à trio frustrum. *Subire*: *subitum*, quod subit: *Ambire* pro circumire: ἀμφὶ. *Ambitio* proprie περιόδευμα. Glossar. *ambit* περιέχεται: *ambitus* περίοδος, περίδευμα. Deinde est petentium Magistratum, vel aliud hodiè officium. *Perire, peritum, periculum*, κίνδυνος. Interdum est *perire, deperire* quod efflictim, ac perditè amare, ut pereas, nisi potiaris. Ita Plautus pro eodem habet *demori*. *Comire* quasi *cumire* à cum id est, simul. Est hoc integrum. *Comes* inde, qui simul it: *comitum, comitalis. Comites*, titulus dignitatis à comitatu. *Coire* elisō M: ut *circuitus*, quasi *circumitus*, *Coetus* & *coitus* idem sunt. id est, σύνοδος, συναγωγή. Illud enim quodammodo contractum. Terent. prima *coitio* acerrima. Verbum generale. Virgilius.

Inter se coijsse viros. ---

J. C. Scaliger in Theoph. de plant. συνδεγμὸν veteres medici appellārunt coitionem causarum ad morbos constituendos id est, concursus. ξυρρὸν, id est confluxus. σύμβασις Thucydidi compositio

pa-

pactorum inter duos exercitus. Paulus Ictus conventionem maluit. Quam materiarum constitutionem, atque conflationem Lucretius *cœtum* dixit à *coëundo*. *Civis* q: *Coivis* à *coëundo*. *Civitas* à civium conjunctione. Cic. l. 1. de repub. Conjunctionem tectorum, opidum, vel urbem appellârunt delubris distincta, spatijsq; communibus. Omnis ergò populus, quod *cœtus* multitudinis, qualem exposui, *civitas* est. *Seditio*, quando in diversas partes *abitur*: hoc enim *SE*. ut Cicero 6. de Repub. ea dissensio civium, quòd seorsum eunt alij ad alios. *Seditio* dicitur. *Abies*, ut Græcorum ἐλάτη ab ἐλᾶν, ita dicitur Lat: ab *eundo*: quia in altum *abeat*, præ alijs. *Nequeo* à *neq;* & *eo*. Ita n. veteres usi, notante Festo, nosq; non ferè aliter. *præire*, *prætor*, q: *præitor* 3. de Leg. regio imperio duo sunto, ijq; *præeundo*, judicando, consulendo, *prætores*, judices, Consules appellantor. *Combito*, *imbito*, *præbito* i.e. præeo, prævenio, *rebito*, pro redeo. *Perbito* pro pereo. Composita sunt è simplici *betere*: I. Scalig. conj. & in Festum: *Eetere* seu *betere* & *bitire* veteres dixisse ait. Inde *Bitienses* qui assiduè peregrinantur. *Superbire* à *super ire*. Apud Lucret. integrè.

– – docuit superire lacunas.

Vt ita quandam præ alijs eminentiam inferat: sicut ejus oppositum submissionem notat, sive depressionem. *Humilis* n. ab *humo*. Terrâ nihil inferius. Alijs etiam benè *superbus*, ab ὑπέρ. Quomodo illud Plauti a. 1. s. 1. Amph. intelligendum sit, quæritur à philologis: *Faciam ego hodiè te superbum, nî bine abis*. *Superbi* ex notatione nominis, nihil aliud sunt, quàm in superiore loco. Ita sublimes in equo, aut curru, aut qui à servis portantur, hoc nomine vocari possunt. Item qui plagis ita sunt contusi, ut pedibus ambulare nequeant, auferantur sublimes necesse est, atq; hac ratione superbi appellantur. *Gruterus* de divite accipit, qui pedibus suis non ambulet. At sequentia satis abundè nostram sententiam priorem stabiliunt; quanquam lùdat ambiguitate vocis. M E. Faciam te *superbum*. So. quonam modo? M E. auferere, non abibis: si ego fustem sumsero.

Id

Id est, in sublimi, ὑπέρ, super, vel fustigatus vel mortuus, ut Nonius explicat.

Epar. ἧπαρ: παρὰ τὸ ἐπαρδύειν ὅλῳ τῷ σώματι αἷμα. Rectius ab Hebr. פָּרַר, quod idem adeoq; præcipua viscera significat. Item כָּבֵד est Epar.

Epha est genus mensuræ aridorum continentis X Gomer, אֵיפָה A Radice אָיָה: quæ verbaliter nusquam.

Ephemeron ab ἡμέρα i.e. spatio diurno durans. Vulgò nomen animalculi, (ut & plantæ Colchici,) cujus vita non excedit diem. ἐφήμερον. *Ephemeris*, ἐφημερὶς i. e. *diarium*, seu scriptum, quod gesta in unoquoq; die, aut notatu digna quotidie contineat. Jos. Scalig. *Ephemerides* & *Calendarium* etiam vocari nemo ignorat exemplo Calendarij fœneratorum: Sic etiam Calendarium & Ephemerides hodie vulgò pro tabulis festorum, aut Lunarib astrologorum. Vnde ea *Manaca* aliquando dicta ostendimus articulo arabico & voce græca, quam tamen Latini inflexione suam fecerunt. μανιακὸς, *maniacus*, seu *manacus*. At illa vox *Almanac*, quamvis Arabes suam usu fecerunt: tamen non hodie, atq; heri eam agnoveruntiled diu est, postquam hoc factum teste Porphyrio.

Epibda, ἐπίβδα. Dici advertimus ἐπίβδας dies, qui festum insequuntur, quos etjamnunc μεθεόρτας nuncupant, tanquam *Epibades* ocentur ἀπὸ τὲ ἐπιβάζεω τὰς ἑορτάς. Alijs arridet *epibdas* dici, velut ἐπὶ δεῖπνα, per literæ B abundantiam, velut *Sibdam* pronunciamus, quæ *Sida* est.

Epicedium, quòd dicebatur in exequijs, cum justa persolverentur. Κηδεὼς enim fuit curare inferias, ait Jul. Scaliger κηδὼ cura, solicitudo, item mœror. *Epitaphium*, à τάφος, quòd ad tumulum ecitaretur. ἐπιτάφιον; quod duxerim ab Heb. תָּוָה. Nemo facilè repudiat, nisi ἰδιώτης ἀπαίδευτος: & qui nescit, quàm sepulcra, etiam veterum, mirè signata fuerint, aut ornata, ἐπιγεγραμμένη, lapide, statua, alijs. Quod neq; vox monumenti dissimulat.

Epops ἔποψ i e. upupa Faciunt παρὰ τὴν ὄψιν. Rectius

ab

ab ὄψ ὀπὸς id est oculus, vultus. Ita *Æthiops*, Lucretio *Æthiopus*, quasi αἰθόμορφος τὴν ὄπα hoc est, κεκαυμμένος. Theocrito ἡλιόκαυστος, à Sole ambustus. Cointo Æthiops est μελανοχρὼς. Mantuano *ustus*. Pontano *niger*. Tibullus: Illi sint comites *fusci*, quos India torret. Ab ὤψ est ἑλίκωψ, *Helicops*, cui oculi volubiles & emissitij. *Myops*, μύωψ, h.e. μύων ὤπας, laudens oculos, μυωπία est vitium illud oculorum. E Græco est Latinum *Mops*, *Mopsus*, μυωπὸς. ὤψ & deinde ὄψ faciunt Grammatici ab ὄπτομαι.

Equidem, *ego quidem*. Ita apud Virg. ubique, autorem castissimum, primæ personæ in singulari junctum reperitur, ut Servius notat, & Linacer l. 5. de Emen. struct. Lat. Exempla quæ contrà ex alijs afferunt, facilè solvuntur. *Ego*, ἐγὼ. Doricè ἐγὼν ἰγών, ἰγώνα. Sic *Tu* σὺ: æolicè & doricè τύ, τύνη. Heb. אַתָּה: J. C. Scalig. c. 43. L.L. Igeminata, & in seipsam concreta, syllabam potest producere correptam. Vt in 10. Satyr. Juven.

Eloquio sed uterque perit orator, —

Esse enim debuit, *perijt*. Divisa contrà passa est moræ divisionem: *Mihi* pro *MI*: & interposito alio elemento, τοὶ, *Tibi*: οἱ *Sibi*. *TI* enim & *SI* olim fuerant. Cujus rei argumento sunt alij casus, *MIS*, *TIS*, *TE*, *SE*. Et c. 51. quemadmodum ex unâ literâ duæ fiunt, *Mibi*, ex eo, quod erat *MI*, Moi: Ita evenit quoque syllabis aquai, aquâi: *cui*, *cui*. τὸ *Ego* plurale formatur *Nŏster*, *nostras*. De quo scitu jucunda quædam consigno ex c. 130. J. C. Scal. de L.L. c. veteres aruspices atque augures cùm terram dividerent auspiciorum causâ, sic instituêre: Agrum omnem esse aut Romanum, aut Gabinum, aut peregrinum, aut Hosticum, aut incertum. Iccircò *Amatam* doctiss. omnium Virgilius fecit judicare Turnum externum, quia Latini agri non esset; & Cæsar, qui id non ignoraret, Gallias divisit in partes tres: exemtâ ex ea partitione provinciâ, propterea quòd continebatur agro peregrino tunc: Galliæ a. tres, Hostico. Id eâ causâ fecit, quia eadem essent auspicia in peregrino, & Gabino, quæ etiam in Romano. Ergo ijdem augures agrum, qui nondum esset dispectus, quibus auspicis designaretur *Incertum*, vocârunt: ubi liqueret Romanum esse, non satis habuerunt sic dicere, *Noster* est. Nam multi agri pacati peregrini ita ab ipsis poterant appellari, cùm eorum esset populus potitus. Itaque excogitârunt vocem à voce, quo coarctarêt significationem ad regiones: quæ fuit causa, ut esset analogia terminationis communis cũ nominib. regionum: Sarsinatis à Sarsino: sic *Nostratis* à Noster, & per exemtionem duorum elementorum, *Nostras*. Neq, sine ratione à plurali duxêre: quoniam de civibus dicitur, & ad cives refertur.

Eteſiæ, Græcis vocantur ἐτήσιαι παρὰ τὸ ἔτος, id est venti annui vel anniversarij secundum Ciceronem.

Ethicum, ἠθικὸν Græci vocant ad naturam & ad mores, & omnem vitæ consuetudinem accommodatum. Cicer. in Orat. ἠθοποιὸς ab עוֹרָה id est, instruxit aliquem moribus.

Erebus, ἔρεβος: ab ἔρα, quasi in terra sit, & sic Hebræam sapit. Aut ab עֶרֶב potiùs, quod est vespera, tempus, quo tenebræ quasi admiscentur. Nam & ἔρεβος significat caliginem. ἐρεμνὸν, ἐρεβεννὸν i.e. tenebrosum. Hesiod. ἐγείνατο νυξ ἐρεβεννή.

Eris, ἔρις, ἐρίζειν descendit ab Hebræo אֵרֶשׁת i.e. contentio. Radix inusitata אָרַשׁ i.e. contendit, rixatus est. Ita quoq; δέρειν, à דִּין, contendit verbis in judicio, vindicavit.

Erro, ἐρράω i.e. hinc inde vagor, cum difficultate eo. Agell. l. 16. c. 12. Virgil.

Ille meas errare boves—

Errare i.e. pasci, inquit Servius: at non ita. Propriè est vagari: ut,

antè peregratis amborum finibus—

Et subinnuit poëta libertatem, & immunitatem, ab Augusto concessam, quâ etiam bobus liceat hinc inde discurrere in pascuis, sine præscriptione aut noxâ.

Eructo. I. C. Scalig. l. 1. de c. L.L. 26. Puto *eructo* fuisse simplex, non compositum. Est v. frequentativum: à primori *Erugo*, quod est apud Festum, ἐρεύγω. Postea per ablationẽ *Rugo*, *ructo*, *ructus*. Nisi potior fit Hebræa ירק i.e. eructavit,

excreavit. Item רָחַשׁ. Ἐρεύγω & ῥεύγω est idem, quod evomo, *vomo*: itidem natione Græcum, ab ἐμῶ. Vnde *Vomer* ex Varrone. Quippe terram *vomit*, i. e. eruit. *Vomica*. quæ tumet & vomit saniem.

Ervum á græcis, ait Festus, qui illud ὄροβον. *Ervilia*, ὀρόβιον.

Eryngium, ἠρύγιον, ἠρυγχιον; apud probatissimos autores.

Eudiæon, εὐδίαιον: Festus, lineum filum quod medici extremo in clysterio relinquunt. Alijs εὐδίαιον, paxillus seu clavus ligneus sub carina in foramine quodam fixus, quo exemto defluit aqua in sentina collecta. Suidæ est fenestra in navi, è qua sentina egeritur. Hesychius εὐδίαιον à nonnullis vocari dicit metaph. mulieris pudendum. Ab eo Romani *Eugium* dixere.

Eunuchus, εὐνοῦχος, ab εὐνὴ & ἔχειν. εὐνὴ ab εὐδω Græcis: sed tam promtè ab Heb. נוּחַ, quievit, cubuit. I. C. Scalig. Ex. 277. s. 4. *Eunuchus* est nomen, quasi pallium, quo tegatur injuria naturæ facta. Significat enim tanquam si dicam, *Lecticustodem*, propterea quòd ad mulierum observandam pudicitiam adhibebantur. παρὰ τὸ εὐνὴν ἔχειν. Acutiùs ex antiquâ eruditione. Venerea amentiam à priscis appellatam, Aristophanis id versu comprobatur. ὅπου δ' ἀπέχεσθ' ἀφ' ἁπάντων πάντων. A quibus cùm putarent *Eunuchos* abstinere, contrarijs vocibus compositis fecere nomen: εὖ νοῦν ἔχειν.

Euphrates, *Phrath*. Ex ignorantiâ linguæ sanctæ trahitur ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, à lætificando. Hebræum est פְּרָת. Quia suaviter irrigat terram, ut magna copia fructuum frugumq; inde proveniat. Hodie ab accolis *Aphoras* dicitur; quibusdam in locis *Frataba*, & in regione Corasà *Euphran*. Sic itidem *Pison*, fluvius Paradisi. Hebræi פִּישׁוֹן à פּוּשׁ, dilatatus est, excrevit.

Euripus, εὔριπος: ab εὖ & ῥιπίζω. Mediam quotusquisq; non corripit? Non debebant. Ecce Ovidium 1. de Pont. El. 9. Stagna quoq; *Euripi* virgineusq; liquor.

Europa à latitudine: ex voce Græca εὐρεῖα id est, lata, & ὤψ, facies: quasi dilatatio, conveniens scilicet appellationi autoris sui Japheti, qui cum

tum posteris suis divinâ gratiâ longè lateq; ad occidentem, & septentrionem dominaturus erat.

Eurus, εὖρος: ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ ῥεῖν: aut ab ἑῶ καὶ ῥέω. Agell. l. 2. c. 22. Rectius ab ἠὼς, vel ἠῶος, ἑῶος & ῥεῖν.

Statius.

Quà latus *eoos* Ephyres se vertit ad *Euros*.

Ovidius.

Eurus ad auroram - -

Mantuanus.

Non oriens Eurus, *potuit* spirare - - -

Eos, ἠὼς, quasi αὔως ab αὐω. scilicet à fulgore & æstu.

Examen, alijs propriè est σμῆνος, aut Homericè, ἔθνεα μελισσάων. Alijs ἔξεπασμὸς. Glossarium ita: *Examen*, ἐξέπασις, ἀκρόασις, δικαστήριον. Item *Examen*, σήκωμα. Sed re verâ generale, de omni eo propriè capitur, quod *exigi* solet. Forma talis. Vt à levatum levamen, à fundatum fundamen, à dictatum dictamen: ita ab *exactum examen*. Neq; de apibus, aut alijs unquam ita nudè dicitur: sed πρόσθετον.

Juven:

Examen, apium - - -

Cicero off: apum examina fingunt favos. Similiter Virgilius vocat agmen emissum caveis, ab ago actum. Evolãt agminatim, & fœtus exigitur ad novas sedes querendas. Vbi verò *examen* est ἐξέπασις. et jam quid πρόσκοπτον: vel crimen vel profectus in studijs, vel aliud, quod exigitur aut exquiritur. Quod verũ quoq; de libra: in quâ *examen* est stilus, κυρὸν: aliàs lingua, ἰυγὸν Græcis γλωσσὶς, nec non Germanis. Exigitur enim, ut super scapo erigatur & æquetur.

Virg:

- - *æquato examine lances.*

Persius:

- - *examen improbum in illâ*

Castigat trutinâ -

improbum i. e. quod non æquatur, sed in partem alterutram vergit.

Exantlo, ἐξαντλέω, ῶ i. e. exhaurio. *Antlo*, ἀντλέω i. e. haurio. ἄντλος. i. e. sentina. *Antlium*, ἄντλιον vas, quo aqua exhauritur. ἄντλημα, haustus.

Exordium: ab *ex* & *ordium*.

Lucretius:

- - *rediret in ordia prima.*

A græco ὀρδιον, ὀρδιος: quasi *Ordium*, impositio D, *ordium*; ut vox roboretur. Omne autem exordium terminus est, ὄρος; à quo ultrà tendimus. Et terminus est initium, unde motus: uterq; sanè, & *à quo*, & *ad quem*. Ita enim discriminat physicus. Iste ad metam aliquam videtur venisse: at videtur, non venit. Nec finis ullibi, nec quies perpetua. Vlterius pergitur, & velut in circulum. Vndam mihi vide, aut tempus: cùm maximè jam finem tetigisse putes: novum illis initium.

- neq; enim consistere flumen
Nec levis hora potest- - -

Talia sunt omnia nec nostra tantùm, sed orbis universi. Non consistunt: ergò moventur. ubi motus, ibi terminus: ubi terminus, ibi principium: aut ipse terminus est principium sive ordium.

F

Facio, latissimæ significationis verbum; at originis obscuræ. *Facilis*, à *faciendo*. *Facultas*: Cic. 1. de invent: Facultates sunt, aut quibus facilius fit: aut sine quibus aliquid confici non potest. *Feriales*, quòd apud eos belli paciscq; faciendæ jus esset. *Præfica*, quòd præficeretur vicariis: ut *perfica* à perficiendo. *Factus*, non est à fio: Sed ab antiquo *facior*, *facitur*: quod in Nig. Titinn. Catone, qui ait: Græco ritu *faciebantur* Saturnalia. In compositis habetur creberrimè. De *Fac* an quantitate sit brevi disputant. I.C. Scalig. c. 44. L. Lita scribit: Apud Plautum in Curgulione longum est: Sed grandiorem gradum ergò *fac* ad me obsecro. Altera enim est syllaba spondei. Sic etiam apud Ovid. in primo de remedio.

Durius incedit; fac ambulet- - -

Nam litigiosi Grammatici perverterunt cùm volunt depravare, ut legatur *obambulet*. Nesciunt n. quid sit obambulare. Neq; enim in vetustissimo codice aliter, quàm vulgo legitur: & ambulantem vult videri, ob vitium nam obambulare nihil est necesse. Duo, quæ afferunt argumenta, nulla sunt. Primum ab exemplis, ubi corripitur: nam in illis *face*, scriptum est, non *fac*. Alterum ab analogia: nam si apocope in alijs non produxit vocalem *Fer*, quod erat à *fere*, ne in hoc quidem debuit. At enim non semper sequitur nos proportio illa: ut in fio, fies, fierem, eadem vocalis nunc longa, nunc brevis est: & usus extorquet multa. Apocope quoque multa produxit brevia, cùm moram, quam subducebant, ex consonante subtractâ, reponerēt in vocali: *pecus*, brevem habet finalem; *pecu* longam. Quare illi ijdem dedere manus, adducti Ovidij manifesta autoritate, in primo de arte:

Hos fac Armenios: hæc est Danaëia proles.

Hæc ille. Et quidem mavult *a Fac* inter longa referre: alij inter ancipitia, quibus me adjungo, sed hâc lege, ut libentiùs *Fac* breve, si mei foret arbitrij, facerem. Etenim à brevi descendit. Ergo, ut duc pro duce, dic pro dice, longa sunt; quia à longis oriuntur: sic fac pro face (hoc apud Plautum) corripitur, quia à brevi. Nec quidquam obest ablatio E, quasi ideo vox in longam degeneret. Ecce enim *Nec*, *volup*, *viden*, & similia correptè ponuntur, licèt singula in fine patiantur abscissionem. Plauti locum, qui citatur à *Scaligero*, quod attinet, est ille ambiguæ interpretationis, ut pleraque alia comicorum. In Ovidio potest retineri obambulet: nihil vetante proprietate vocis illius, quam ingerit OB. Sed in promtu sunt alia exempla, ubi face tamen positum non est: quāquam omissio E nō mutat quantitatem, ut dixi. Martial. lib. 5. ep. 40. Signa rariùs, aut semel *fac* illud.

Ausonius:

Aut transire jube, vel fac, utrumque parem.

Micyllus lib. 3. de re met: Quomodocunque scribitur, correptio frequentior, & tutior: sive ad derivationem, sive ad exempla & poëtas respiciamus. *Officium* dicitur nonnullis, quasi *efficium*: vel quod nulli *officiat*. Ego simpliciter facio ab *officio*, quod in principio erat verbū melioris notæ, sicut offero, obvenio, obvio: pòst abusu homi ū pejorem induit naturam significandi. Hinc Augustinus, *officium esse* ait, *quod sit*

faciendùm : *finem verò propter quod sit faciendum.* Nî melius ; *officium* quasi *opificium* : sicut *officina*, quasi *opificina*, quod in Plauto. Quid *beneficium*, *officium*, *studium* differant colligitur ex epist. Manutij viri Romanarum literarum peritissimi : Quod verò nescio, quid de beneficio in te meo : noli tantum largiri modestiæ tuæ, ut vocabulis parùm proprijs, nec satis cum re congruentibus utar. Quod enim tu *beneficium* appellas, ego veriùs *officium*, & officium ejusmodi, quod prætermitti à me sine gravi culpâ non posset. Quare si vis, da mihi ornandos atq; amandos, qui ad nos veniunt, amicos tuos : officijs eos, si potero, sin minus, *studio* certè & humanitate complectar.

Falco, à falce, quam imitantur illius ungues & rostrum. Vtitur Julius Firmicus. Et inter cognomina prisca Romanorum, *Falcones*. *Falx* (ait Jos. Scalig. in con.) purum putum Syriacum est, Pheleq, à quo πέλεκυς : & in statu absoluto, (ut ejus gentis Grammatici vocant) *Phalga*. Hebr. פלג, i. e. discidit, divisit, transfixit ; quod falcis proprium.

Fallere est aliud dicere, vel innuere : aliud in animo habere. *Sphalma*, σφάλμα, i. e. peccatum, casus. J. C. Scal. c. 150. L. L. *Falsum* quis neget passivè semper accipi? Etiam cùm *falsum* est testamentum. Iccirco sic dicitur, quia ipsum fefellit scriba. *Fallere* enim est σφάλλειν, φάλλειν, φηλᾶν. Diffusa significatio ad falsum testem, quare activè hîc accipi putârunt, quia falleret : verùm analogia transtulit à testamento ad testem : quoniam utrunq; corruptum esset.

Fama, & demin: *famella*, φήμη. Primum enim fuit *phema*, J. C. Scal. c. 12. de L. L. *Blasphemus*, βλάσφημος, ὁ βλάπτων τὴν φήμην, lædens famam : à quo verbo est *Blatta*, i. e. vermis, qui aliquid corrumpit. *Blammata*, βλάμματα, i. e. detrimenta, Cicero 3. de Finib. Polyphemus πολύφημος, qui multæ famæ. *Euphemia*, εὐφημία ab εὖ. φήμη, à φημί, φάω, φῶ : unde *fo*, *for*, *fari*. *Fas*, dignum dici. *Fatum*, i. e. dictum ac constitutum. *Favere*, quasi *fari avere*, i. e. fari bonam faventiam. Nam *favere* est bona fari, Festus. Jos. Scalig. *Faveo*, ostendo bene-

benevolentiam. φαύω, unde πιφαύσκω : & *faustus*, φαυστὸς. A *favendo* est *Favonius*. Plinius lib. 16. Hic est genitalis spiritus mundi, à favendo dictus.

Lucretius :

- viget genitabilis aura Favoni.

Catullus :

Aura parit flores tepidi fœcunda Favoni.

Ovid :

- sub adventum spiritus lenè Favoni.

Claudian :

- - clementior aura FavonI.

E quibus apparet, *Favonium* favere, aut consulere genituræ. *Fastus* ab antiquo φαστὸς, φάσκω à φάω. Etiam pro superbia, quæ in grandiloquentiâ, aut nimiâ verborum ostentatione. Postea generaliùs pro quavis ὑπερηφανείᾳ. *Fastosus*, ὑψηλολόγος, qui alta loquitur, aut jactitat. Ab eo *fastigium* est ὕψος, altitudo, apex aut extremũ. Formatur, ut à lis litigium, à vergo devergium : ita à fastus fastigium. *Fasti*, sunt libri, in quibus τὰ φαστὰ notabantur. ut sunt *Fasti* Ovidiani ; sed specialiùs. *Dies Fasti*, per quos prætori licet fari. *Comitiales* dicti, quòd

tùm esset populus constitutus ad suffragium ferendum. Contrarij horum vocantur dies *nefasti*, per quos dies nefas fari prætorem *Do*, *dico*, *addico*. Quod est, ut notat Turnebus, *do actionem*, *dico jus*, *addico aliquid* meâ sententiâ. His enim tribus jurisdictio continetur, Ovidius 1. Fastor:

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.
Fastus erit, per quem lege licebat agi.

Nefarium, nefandum, quod fari non licet, aut decet. Alijs *nefarius à farre* : quo sceleratus uti non debeat. *Fatuus*, pro stulto, qui multa & inutilia blaterat. Heb. vocatur פתי, i. e. stolidus. *Fatuellus* apud Lipsium. *Infans*, ab IN περιλυπῶ & *fando*,

Lucretius :

Infantia linguæ.

Sic Græc. νήπιος à νὴ & ἔπος. Ex eadem radice germinat *facundus*, *facetus*, *inficetus*, *fateor*, *infiteor*, & postea *infitior*, *infitias*. *Vates* κατ' ἀντίφρασιν, à *fari*, quod etiam est φωνεῖν. Et Josephus Scaliger in conject. *Fatuos* primùm *vates* vocatos esse, apud omnes satis constat.

Φάτης, *Vates*. Hebræ. נָבָא i. e. prædixit. *Fatim*, i. e. abunde, à multiloquentia. *Affatim* mediâ correptâ, ut tradit Agell. Quinctil. Valla, alij. Glossarium : *adfatim*, πάνυ, μεμιαμμένως, κατακόρως. *Fatisco*, i. e. fatim hisco. *Bifariam, trifariam, multifariam* : æmulatione Græcâ, διφάτως, τριφάτως, πολυφάτως : ut de quo multum aliquis possit dicere. Vt stabilis à stare : Ita *affabilis* φιλοστής, *affatus*, *affamen*, à fari, fatum. Item *fabula* : sicut Græcorum μῦθος, μυθίζω, i. e. confabulor, seu colloquor. *Fanum*. Festo à fando : quòd pontifex in dedicatione templi certa verba prætari soleat. *Profanum*, i. e. *ante fanum*, seu non pertinens ad sacra, quæ peragantur in fano. Alij *fanum* à Faunis, qui edere solebant divina oracula, ait Martianus Capella : & quibus propterea templa erecta, scribit Isidorus. Vel quia *Faunus*, autore Probo, primus horum locorum conditor fuit. Sed melius, à fando : nisi inde etiam ipsi *Fauni*. Vltima origo Ϝφωνὶ, φάω est Hebræa : à פֶּה, os, per quod loquimur, item vox.

Farcimen, quidquid farctum est & impletum : à farcio. *Farctilis, farctum, farctor, infercio, refercio, refertum, differtus*, & id genus pluria. De *suffarcinatus* dubitat Lambinus : Vox Latina (inquit) non est, neque ejus origo, aut ratio explicari potest. Neq; enim à farcio, neque à farcimine oritur. Farcinare porrò aut farcina non sunt Latina. Legendum itaq; *subfarcinati*, i. e. pannis obsiti & vestibus quasi farcinis suffarcti, atq; onusti. Terent. and. act. 4. sc. 4. Vidi Cantharam suffarcinatam. Sic enim & hîc legendum, *subfarcinatam*. Est autem *farcina*, ut docet Fronto, propriè hominum, ut onus navium. Hinc farcinatus & subfarcinatus, occultâ farcinâ onustus. Hæc ille. Sed Eugraphius comment. Terent. à farcio deducit *farcinar*, nec Frid. Lindebruch in observ. suis Terent. quidquam mutat. Nec opus foret. Recto stant omnia talo. Tantùm Lambinus vacillat. Quidni σκαλόω, ut sarcino, sarcinatus, consarcinatus à sarcio : sic farcinatus & suffarcinatus, à farcio & suffercio? Nam & Chirographa vetusta idem habent. Et Turnebus : Terentius vocat *suffarcinatam* Cantharam, i. e. crassam & opimam, velut multo pingui & adipe sufferctam. Nam ut à sarcio, sarcino : ita à farcio, farcino deducitur. Paulinus, quia suffarcinatos arcta non capiunt. *Farcio* est à *far*, i. e. quasi impleo farre. *Far* ducitur aliquibus à ferendo. Potiùs ab Hebr. בָּרָה i. e. far. A Rad. בָּרַר i. e. delegit cibos lautiores. A farre est *farina, farrago*, quæ quid sit, φάγη declarat. *Farreatio, confarreatio* : J. C. Scal. 3. Poët. 101. *Far* tostum præferebant, tametsi non omnibus in nuptijs; sed in ijs duntaxat, in quibus virgo viro dabatur usui tantùm, non autem mancipio : atque iccircò appellabatur jus ejusmodi nuptiarum, *confarreatio*. Glos. far. *Confarreatus*, συμβιώσεως χάριν ζωχθείς. *Horreum*, quasi *farreum*, utpote farris receptaculum : sicut *borda, forda*. Nam, autore Festo, *farreum* erat majoribus, quod nobis horreum. Aut mavis hoc ab ἀφεῖον, vel hornum : quòd omnem proventum caperet. Hebræis est מְגוּרָה.

Fascinum, insulsè à fando. Quæ invidia, omittere

Græcum βασκάνιον? βασκαίνω, quasi φασκαίνω, id est, φάος κτείνω, h. e. lumine, seu oculis interficio. Quod vel nostro hoc tempore non insolens. Et in Africâ Italiaque fuisse olim familias non unas, quæ solo adspectu vel laudatione alios enecarent, testatur Solinus, Memphodorus, Plinius, Agellius, Isigonus, alij. Apud Heb. est כִּשֵּׁף, i. e. fascinavit. *Præfiscine & præfiscini* : Sicut proclive & proclivi. Nomen ut in vulgus non ita notum : ita elegans, priscum, multi ponderis. Dictum quasi *præter* aut *præfascino*; quia depelleret fascinationes. Itaq; pro amuleto è collo pueris suspendebatur. Hinc præfiscine, ἀβασκάντως, citra invidiam. Antiqui scitissimè usurpabant, cùm impensiùs quippiam laudarent. Quod illud Virgilij innuit :

Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Jos. Scalig in Festum, *Præfiscini* aliquid *fieri aut dici* erat, cùm facto aut dicto aliquo, fascino occurrebatur. Muretus Var. Lect. lib. 9.

c. 3: Vetus erat opinio, periculum esse à fascino, ubi quis impensiùs aut laudaret ipse se, aut præsens ab alio laudaretur. Et ex eâ opinione receptum erat, ut in laudando plerumque adderent vocem *præfiscine*: quâ invidiam & fascinum à se amolirentur & deprecarentur. Tale est, quod etiam hodie usurpamus: dicto absit invidia.

Fascis, quidquid colligatum est. Ab Heb. פָּשַׁשׁ i. e. collegit minutatim, colligavit. Item fascia est, quâ aliquid colligatur.

Propertius:

Mollia & birsutum cepit mihi fascia corpus.

Felix, ab ἥλιξ ἡλικίας. ut felix sit homo floridæ ac vegetæ ætatis, corpore & animo valens. *Juvenis* Homero est θεὸς εὐηλίκιος ἄντλῳ. Et Quinto Smyrnæo: θεοῖς εὐηλίκιος εἰδώς. Id est, felix, beatus, ut dij: quorum propria est juventus: & *Hebe* famula, nempe dea juventutis, apud Poëtas.

Fenestra, antiquè *Festra*, Festus. A φαίνειν. J. C. Scalig. c. 27. L. L. περὶ τὸ φαίνεσθαι: aut mutatâ aut abscisâ saltim, ab ἔφωνον. à φάω. i. e.

luceo. Ita apud Hebræos est צֹהַר, id est, fenestra, per quam illabitur lux diei.

Fero, φέρω. haut dubiè ab Heb. פָּרָא, i. e. tulit, fructus protulit. Sicut ἄρουρα, ab עָרָה. *Fertile* quod fert, seu ferax. Fertile pectus, apud Ovid. ἔνφορον. *Ferculum*, quod ad mensam fertur: ἐπιφόριον. Item *missus*, quia mittitur. *Feretrum*, φέρετρον καὶ φέρετρος. Vsitatè pro sandapila, in qua mortui efferuntur. At generale. *Ferentarij*, i. e. levis armaturæ milites: à *ferendo* auxilio: vel quia fundis ac lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur, ait Festus. *Femur*, secundum Phocam, quòd eo animal præcipuè feratur & sustineatur. *Formica*, à ferendis micis. Nisi à Græc. μυρμηξ, vel μῦρμος. A quo *Myrmidones* populi. μυρμηδὼν, agmen formicarum, aut domicilium. *Myrmecium*, μυρμήκιον & μυρμήκειον, congregatio & cœtus formicarum: & ex eo genus phalangis. Apud medicos μυρμήκια sunt verrucæ: à formâ: vel quia instar formicarum morsicent aut pungant cutem.

Forda

Forda & κατ' ἀντίφρασιν, horda.

Ovid. 4. Fast:

Forda ferens bos est, fœcundaque dicta ferendo.

Fordæ φοραδες. *Forum*, quòd omnia huc ferantur. *Inforo* id est, in forum divulgo, Plautus. A foro est *foras*, *foris*, *fores*, *foramen*: quia extrà ἔξω θεν, i. e. in foro. Iosf. Scaliger ita: *Forum*, quòd foràs: forâs à φόρος, & *foris* à φύρω: ut θὴρ, φὼρ, fera. *Fortis*, qui adversa sustinet. *Fortitudo* est (ut ait Chrysippus) scientia perferendarum rerum. *Fortè* adverb: παρὰ τὸ φέρειν: J. C. Scal. in Poët, *Fors*, καὶ' ἀντίφρασιν, *Sors*. Idem Scalig. c. 161. L. L. *Fors*: à quo compositum per dubitationem cum *An. forsan*: & verbo interposito, *Fors sit an. Fortuna*, *fors*, τὸ φέρον: quia in utramque partem, vel secundas ad res, vel adversas, ut inquit Cicero, varia affert: & manet in nullo firma tenaxque loco. Quo sensu & τύχη Graijs est à τυγχάνω: & à Philosophis inter causas per accidens, quæ fortè & interdum accidunt, refertur. Vt ita opus non sit figmento eorum,

qui *Vortunam* ab initio dictam putant, à vertendo, postea in cognatam literam, V migrasse. Qui enim varia fert, sæpè se vertit: & Poëtæ est fortuna volubilis. *Fur*, φώς: Ab initio videtur fuisse honestius: scilicet à *ferendo*, ut servi solent. Et Virgilius: audent cùm talia fures, i. e. geruli, servi. Postea, qui invito, & insscio domino aliquid aufert: Græcis κλέπτης, à quo & *Clepere* Plaut. Luc. Var. Alijs à *furvo*: sed illud è Græcis rectius. Quanquam illud Euripid. non nescio: κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ τοὺς δ' ἀληθεῖς τὸ φῶς. *Furca*, quâ feruntur stramina & quisquiliæ. *Furcifer*, qui fert furcam ob delictum, διαφορικοφόρος: *Fertum*, φέρτον, genus libi, dictum quòd crebriùs ad sacra feratur, Festus. *Fertores*, ferto libantes, Isidorus. *Prosper*, *prosperus*, εὐσύφορος, i. e. conducibilis, utilis: à ferendo. *Amphora*. ἀμφορεύς, & integrè ἀμφιφόρευς. *Pharetra* φαρέτρα: à φέρειν. *Refriva* faba dicitur, quæ ex segete caussâ auspicij domum ad sacrificium referebatur: quasi *referiva*, Festus, Plinius.

Ferè

Ferè, i. e. festinanter & parum abest, quin quasi continuè ferendo & (ut Varro ait) quòd id quod feratur, est in motu atque ventat—. Inde & *fermè*. J. C. Scalig. c. 158. L. L. *Ferè* non est similitudinis, ut ajunt, sed deminutionis. Quid enim simile est, cum dico: *Ferè* poëtæ nullo in honore sunt? Sed sic intelligo, apud paucos pauci poëtæ sunt in honore. Intelligo autem deminutionem non magnitudinis, sed præscriptionis: ut aliquid detrahatur firmitati sententiæ: ut nequeam dicere: Nullus poëta. Et item nequeam omnes. Sic *ferè* singulos parit mulier ut sit, neque semper, neque nunquam. Tractum autem est à Philosophiæ radicibus: quòd enim *fertur* in motu est. Itaque terminum motu est. Itaque terminum nullum attigit. *Aristophorum*, vas in quo prandium fertur, ἄριστον. φερόφορον, est aliger: ita etiam describitur ἔφηβος apud Græcos. *Arferia* aqua, apud Festum: ut *arferium* vinum. Ab *afferendo*. *Arferium*, pro *afferium*. Sic *arvenire*, *arcire*, *arcedere*—, pro advenire, accire, accedere. Eodem modo arferia aqua, quæ asferebatur ad sepulcra, ut liberetur mortuis. *Adiaphoron*,

Cic. in Top. quòd adiaphoron dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerã. *Differo* propriè est dissipo, scindo & divido. Hoc enim dis. Idq; ex Comicis & Græc: ἀλαφίσσομαι. Plautus Cur. jam ego te faciam, ut hîc formicæ frustillatim differant. *Aufero* Agell. l. 15. cap. 3. Cic. in orat. dicit *aufugio* & *aufero* composita esse è præpositione AB & fugio, fero: eamq; præpositionẽ, quo fieret vox pronunciatu audituq; lenior, versam esse in AV. Ad quòd J. C. Scal. c. 37. L. L. B. præcedit F, sed mutatum, *aufero*. Neque enim est ἀφῶ, ut ait doctissimus Agellius. Ejus acumen laudamus, judicium nõ sequimur. *Confero*, *simul fero*, aut in unum, συμφέρω. *Collativum* inde à collatum. Plautus Cur: Cum collativo ventre atque oculis herbeis. i. e. in quem multa collata sint. *Refero*, apud Tullium, pro regero, seu ἀνθυποφέρω; pro Cæcin. In Part. firmamentũ quòd contrà ad labefactandã rationẽ *refertur*. Et pro Quinctio: quid à nobis autem C. Aquili refertur? Et ista propria verbi significatio. Ita Virg: *Talia voce refert*: Et

--sic ore vicissim Orsa refert &c.

Servi-

Servius malè nominat pleonasmum: quasi sufficeret τὸ *referre*. Immò quia id verbum generale, necessario per vocem & os restringi oportuit.

Ferveo. I. C. Scalig. in Th. de pl. *fervor* ignis est in summo semper. Calor non in summo semper. Namque vocis illius origo, à Græco φλέβει. Ista verò etiam sua incunabula Græcis debet. *Calor* enim παρὰ τὸ χαλᾶν. Ex usu scilicet: quia rarefacit, & laxat. *Fermentum*, quasi fervimentum. Inde massa assurgit & rarescit. Plautus: tota in *fermento* jacet. h. e. ἐν ζέσει καὶ ἀποξέσει ἐστὶ. Juvenalis: --accipe & istud.

Fermentum tibi habe. i. e. indignandi causam. Ira enim est ζέσις. Nazianzenus, χόλῳ πυρόεις. Et in sanctâ linguâ τ חֵמָה (à quo ζέσις) de irâ, alijsq; affectibus dicitur. Propriè est fermento intumuit. Horat: fervens difficili bile tumet jecur. Ovid. 2. Met. animus tumidâ fervebat ab irâ.

Fretum & archaicè *fretus*. Prius *fervetum*, pòst extritione *fretum* evasit. Scilicet ab

æstu illo. Inde Lucretio *Freta ætatis*, pro primis annis, ubi calor & affectus calidi dominantur.

Horatius pariter

--juventâ
Fervidus.

(tem *febris* à *fervendo*: more Græcorum, πυρετὸς. *Februare*, i. e. purgare, lustrare. Inprimis igni, aut undis ferventibus. Hinc mensis *Februarius*, à purgando. Ovidius luculentè. 2. Fast:

Februa *Romani dixere piamina patres,*
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices à rege petunt, & Flamine lanas,
Quîs veterum linguâ Februa *nomen erat.*
Quæq; capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum micâ farra vocantur idem.
Deniq; quodcunq; est, quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat avos.

Mensis *ab his dictus: sectâ quòd pelle Luperci.*
Omne solum lustrant, idq; piamen habent.

Fescenium: nominis morisq; origo à Campaniæ opido Fescenio, vel, ut alij malunt,

lunt Sabinorum. Sic deducit Festus. Nam quòd addit à fascino quoq; dicta credi posse, minùs probant verba ipsa, quæ non lasciva solùm, sed subturpicula quoq; sæpè audiuntur. In illis enim aliud, quàm fascinum subintelligas: nisi jocari mavis, atque non ἐκπεπωκως, sed Horatianum agnoscere fascinum: J. C Scaliger l. 3. poët. c. 101.

Festum, est neutrum adjectivum, non verò substantivum. Ideoq; aliquid subintelligetur, puta *tempus*, vel simile. E Græco ἑστία, dea religiosè olim culta. Vt ritus, ita vox ab Hebræis. אֵשׁ est ignis: יְהֹוָה est dominus: quasi tu dicas ignem dominoa ferum, quem Chaldæi & Persæ colebant, pravâ quadam sanctorum patrum æmulatione, quorum sacrificia ignis cœlo delapsus accendit. A festum descendit vox *Feria*, non à *feriendis* pecudibus, ut Festus. Vt enim à χθὲς, χεσι, Hesi, unde adhuc *Hesternus* fit *Heri*: ita à festum, *Feria*, quasi *Festa*, factum est. Jam quia diebus festis vacabant, omissis aliis operibus: *feriari* sumtum est deinde pro cessare, esse otioso animo. Sed redeamus ad ἑστίαν. Inde est Lat. *Vesta*. ἑστία quibusdam dicitur, quasi ἐν στάσει, ἀπὸ τῆς ἕυεν. Quibusdam διὰ τὸ ἑστάναι διὰ πάντων. Et

Ovid:

Stat vi terra suâ: vi stando Vesta *vocatur*.

At meliùs derivatur ab Hebræo, quod annotavimus. Ná Vesta est flama, sive ignis: consensu omnium autorum. Ovidius paulo antè. Fast. 6: Nec tu aliud *Vestam*, quàm vivam credito flamam. Cic. 2. de Leg. Vestâ, quasi focum urbis. Xenophon l. 2. ἀκέσας πῶς τε θερσμένης ἀνεπηδήσεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, cum audisset hæc Theramenes profugit ad Vestam i. e. aram sacrificalem, secundum Pollucem.

Virg:

Vos æterni ignes. Idem — vestamque potentem Æternumq; adytis effert penitralibus ignem. Præterea virgines Vestales dictæ sunt à Vesta, quæ destinatæ foco erant sacro, ad ignem perpetuò alendum. Vide Plutar. in Numa: Macrobium l. 3. Dionysium Halicar. l. 2. antiq. Servium, Porphyrionem, alios. E quibus colligitur, quòd Vesta

Vesta sit אֵשׁ flama, ignis: quatenus (cũ priscis loquor) filia Saturni est: quando ejus mater, pro terrâ capitur: de quâ versus Ovidij intelligitur: Stat vi terra suâ. Quæ distinctio inter matrem & filiam, ut ad multos autores facit enucleandos, qui alioquin κατατηκτὸν invicem adversarentur: ita vulgò negligitur.

Fibra & *Fiber*, unde veniat Varro l. 4. explicat: *Fiber* (inquit) ab extremâ orâ fluminis dextra & sinistra maximè quod solet videri: & antiqui *fibrum* dicebant extremum —; unde in sagis extrema *fimbriæ*, & in jecore extremum *fibra*. Hinc *fiber* dictus. Et Jos. Scalig. in Conject. idem asserit ἐπακτικῶς: Vt à *cerno cribrum*: à *facio faber*: à *tumeo tuber*: à *luo liber*, deglubitur enim. (malim à λέπος *leber*, dein *liber*.) à *crescо creber*: à *glubo glaber*: à *scarreo*, unde *scarrosus* Lucilio, λεπρὸς, *scaber*: à *suo suber*: insuitur enim solo calceamenti; unde ea dicuntur κατάπυματα Græcis: à *craceo craber*, qui postea *crabro* σφὴξ. *Cracere* significat gracilem esse Ennio, & σφηκώδεις graciles dicuntur apud veteres Comicos. Sic à *finio fiber*, extremus. Ab eadem mente *mulciber*, à mulcendo: non à mulcendo ferro. Nam *mulciber* apud vetustissimos Latinos est propriè μειλίχιος θεὸς qualis colebatur. Athenis, qui & μειμάκτης Plutarchus περὶ ἀοργησίας. *Finis* verò fit (teste eodem Scaligero) à χοῖνος; *funis*. Antiquitus *ffœnis*, ut σφόγγος *ffungus*. Postea S perijt. Inde *fœnire*: nunc *finire*. I C. Scal. in Arist. de pl. Nostra profectò latina vox, *finis*, generationem notat; non abolitionem: siquidem à verbo *Fio* ducta est. Ita vulgo quoq; ij, qui metallicis præsunt, ubi aurum argentumque excoctum — est, quasi finem sit, id est, perfectionem consecutum, à fine denominant, tam Itali, quam vel Galli, vel Hispani, vel Germani.

Ficedula ita vocatur per autumnum, quòd ficus edat —, Græcis συκαλὶς. Cætero anni tempore — *Melancryphus*, quòd apicem capitis nigrum habeat —.

Sum-

Sumq; melancoryphus, quòd mihi fuscus apex:

Κορυφὴ. *Ficus* est σῦκον, συκῆς. Valla lib. 1. cap. 4. ut à fumus fumosus, à mos morosus, à gloria glorioſus: ita à ficus *ficoſus*. In Carmin. libero: *ficoſiſſimus*, συκωμάτων, ſive ulcerum plenus.

Figura à fingendo. Agell. l. 13. c. 28. ſicut & *figulus*. I. C. Scalig. c. 87. L. L. γράφειν dixêre, lineas ducere. Pictura primùm à ſole, & umbra orta eſt, unde μονόγραμμος. Poſtea addidêre lucem & umbram. A potiori Latinis viſum eſt denominare: ut à φίγος, dicerent *fingere*, & detractâ aſſpiratione, *pingere*. Eſt igitur *fingere*, exprimere imitatione veram rem: iccircò dicta figura in ſignis & tabulis. Idem de *facie* l. 3. c. 67. à majoribus noſtris *facies* dicta eſt à faciendo: fit enim quod non eſt: itaq; etiam precium perſolvitur artifici. Agell. l. 13. c. 28. *Facies* eſt forma omnis, & motus, & factura quædam corporis totius à faciendo. Valla l. 4. c. 13. *facies* magis ad corpus: vultus magis ad voluntatem refertur: unde deſcendit. Itaq; dicimus: irato & mœſto vultu potiùs, quàm facie. A *voltum*, pro quo *vultum*; ut epiſtola, epiſtula: eſt enim à *volo*: quod à θέλομαι: I. C. Scalig. c. 27. L. L. abjecto υ, more eorum, qui ἀμπίλω dicunt, pro ἄμπελος: dico, abjecto in mora, non in ſcripturâ. *Volones*, qui dicti explicat Macrob. l. 1. Sat. c. 11. Bello punico cùm deeſſent qui ſcriberentur, ſervi pro dominis pugnaturos ſe pollitici, in civitatem recepti ſunt, & *Volones* appellati, quia ſponte hoc voluerunt. *Sis*, eſt *ſi vis*: *Sultis*, ſi vultis: ut *ſodes*, pro, ſi audes. *Benevolus*, qui bene vult. Quidam *benivolus*. At ijdem cur malevolus, beneficus, beneficium ſcribunt? Illud igitur probius: quia à bene. *Nolo*, quaſi non volo; *nevolo*: unde *nevis* Plautinum. θέλομαι eſt à ἐθέλω valde: & λῶ, volo. A *volo* eſt *voluptas*: I. C. Scal. c. 47. L. L. de P non oportet dubitari, an claudat dictionem. *Volup* enim, & apud Ennium, & Plautum etiam nunc quibusdam verſibus extantibus de ſeipſo fidem facit. A *volupe* eſt *voluptas*, quaſi *volupitas*. Idem Scaliger paulo ſecius l. 7. poët. c. 1. Quotusquisq; hactenus

ctenus putavit mediam naturâ corripi in hac voce voluptas? At corripitur. Id quod & exemplis & ratione manifeſtum erit. Sane *volupe* & *peto* confecerunt nomen illud: quæ utraq; tota brevia ſunt.

Exempla è Caſina.

Sine tuos ocellos deoſculer voluptas mea.

Quid deoſculer te? quæ res? quæ voluptas tua?

Et meis inimicis voluptatem ore verim,

Ob iſtanc rem quin te deoſculer voluptas mea.

In Rud: Eat in Siciliam: ibi eſſe homines voluptarios. In Pſeud: Minis viginti vendidit voluptas mea. Hæc Scaliger. Aſſentior, ſed non κατηλικῶς: inprimis quoad quâtitatem medij in *voluptas*. Licèt enim volup & peto brevia ſint: tamen non ideò compoſitum breve manet. Fit ſiquidem conjunctio duarum mutarum, quæ non poſſunt non naturâ ſuâ poſitionem, ut vocant, efficere. Ita meridies quamvis itidem à duobus naturâ correptis oritur; altera tamen ſyllaba, & rectè, à Catullo producitur, meridiatum. Aut *voluptas* ſimpliciùs contracta eſt ex *volupitas*:

ut dixi. Exempla verò propoſita queunt excuſari pede compoſito, quamlibet duriori: ut Comici ſolent. Aut *voluptas* legatur, omiſſo V. Vt ipſi Scaligero haut diſplicet. Nonnihil ſanè ſit (inquit) ſi mihi fuerit ita pronunciandum volptas. *Voluptas*: Græcè ἡδονή: Platoni in Craty: quaſi ἥνη, inſerto δ, quia ſit actio πρὸς ὄνησιν. Verè noſter Lutherus ab עָרַן ducit, quod idem. Rad עָרַן delicatè vixit, voluptate affectus eſt. Vnde etiam ἡδύς, ἡδύνω, ἥδω, & cætera. Cæterùm à volo eſt etiam *malo*, *mavolo*, quaſi *magis volo*. Itaq; minùs accuratè dixeris *magis malo*. Quod ſi verò autoritatem obtendis, ut Plauti, in prol. Menæ: magis majores. In Stichia. 5. 1. 4: magis eſt dulcius. Boethij l. 3. conſol. dulcior eſt apium magè labor. Reſpondeo, imitatos eſſe Græcanicam licentiam, quæ vix certis regulis ullibi caſtigari ſolet. Vt Ariſtoph. μᾶλλον ὀλιγώτερος. Quod notes, non ut Momus, ſed nec ut mimus. Quando, inquam, accurationi ſtudes. Revera enim τὸ *Magis* jam antè ineſt comparativo: nec repetitur ſine περιττολογίᾳ. Dulcius eſt

magis dulce: Igitur mage dulcius, erit magis magis dulce. Quanquam aliter tam Latini, quàm Græci excusandi nobis, non, ut erroris insimulentur. τὸ μᾶλλον, *magis*, reducatur, non ad *Adjecti: Comparativum*: sed vel ad *verbum*, vel *aliud adjectivum*. Ita salva res erit. E.g. pro hoc beneficio ago gratias magè majores, quàm pro isto. Hoc est magis ago: vel potiùs ago gratias majores pro hoc beneficio, quàm pro isto. Virg. in Cul: *Quì magis optato queat esse beatior ævo. Magis* pertinet ad *optato*, non ad comparativum: *Qui beatior esse queat ævo magis optato.*

Filius, qui à fovendo trahit, næ errat longè meâ quidem sententiâ: immò veritatis. Est autem stirpis Græcæ: φίλιος, φίλος. Est enim parèntum deliciæ. Vulgo dicitur: amor descendit, non ascendit. J. C. Scalig. c. 26. L. L.

Fio, à φύω. Scaliger c. 92. L. L. Humanitas (inquit) indicata est subire in materiam, per verba generationis, ut fio, gigno, & ejusmodi. Quæ etsi possint etiam accidentia significare, ut fit albus, fit pater: tamen primo significatu pertinent ad substantias. Generatio enim primò dicitur de substantia. Et pòst: materia hujus verbi duplex fuit. Duplex enim est. Nam à φύω, *suo* nostrum, & ipsum *fio*. Cur I producatur, causam affert c. 43. multum temporis ponimus in exilis vocalis pronunciatu, propterea quòd flatus cunctabundus exit inter oris angustias: iccircò Græci in multis, Latini parciùs produxere: quemadmodum in Fio. *Confit* id est simul fit. *Infit*, id est, incipit, ἄρχεται. Non est *ait* propriè. Glossar. *Infi*, ἄρξι: pro quo legimus ἄρξαι, vel ἄρχε. Exempla etiam clara sunt, ut & etymon. Plautus in Prol Rud. Laudare infit formam. Asinar: me infit percontarier. Livius: ibi infit, id est, ἄρχεται.

Lucret:

- - *Caput erigere infit.*

Firmum, ἀπὸ τοῦ ἔρματος. ἔρμάζω, id est, fulcio, stabilio, firmo. ἔρμα, fulcrum, firmamentum. Huc referas affirmo, confirmo, infirmo, alia. A firmo, *firmatum*, est *firmamentum*: καὶ ὑπερουράνιον cœlum: quia ἄφθαρτον καὶ ἀναλλοίωτον Philosophis. Etiam πολύχαλκος καὶ χαλκοβατὴς Homero: immò & Jobo in sacris. Quo nihil aliud, quàm soliditas illa, perfectio, & immutabilitas designatur. Ita apud Græcos est στερέωμα: apud Heb. רָקִיעַ i. e. firmamentum. aut potiùs expansum, A רָקַע expandit, extendit. Psal. 104. Extendit cœlum ut aulæum.

Fisiculo à *fisso*, *findo*: ut missiculo, à mitto, missum. Penniculo à pendo pensum. Vtitur Apulejus & Martianus. Græci fisiculare vocârunt κωδωνιλκεῖν, fisiculationem κωδωνιλκίαν. J. C. Scal. in Theo. de pl. *Scindo* & *findo* idem est. *Scindo* Græcum est χίζω, additâ servâ ad sonum literâ, & detractâ aspiratione. Quin & apud eosdem tum illa σ litera, tum tenuis non aspirata, in nomine σκανδαλισμὸς. *Schisma*, χίσμα, ubi quid finditur. *Findo* autem est Latinum totum, ab hiatu. Sic *fiscus*, *fiscina*, quæ priùs fuit *biscina*. *Hio*, *hisco* eâdem origine, quâ *Janus*, *Janua*, additâ aspiratione ad oris nostri, & spiritus exeuntis expressionem. χαίνω, χάσκω, χάος, *chaos*, χάσμα, *chasma*. Heb. חָכַךְ, id est, hiavit. χίζω à חָצָה, id est, dimidiavit. Vel à שָׂסַע, id est, fidit. SS facit imitari ipsam scissionem aut fissionem. A *scindo* est etiam *scintilla*, quasi *scindilla*. Videtur enim inde quasi scindi flammula, aut excuti. Dico, videtur. Aliàs scinduntur, quibus ignis excuditur, ferrum & silex: atq; aër ἔμπεσον ita atteritur, immò ignescit. *Scindula* est tabella ex arbore aut ligno assulatim scisso. Plin. l. 16. c. 10. Turneb. adv. 22. c. 18.

FISTULA alijs à φυσάω, inflo. J. C. Scalig. l. 1. poët. c. 4. utebantur musico instrumento: quam Græci σύριγγα, à sibilo: Latini ab hiatu fistulam nominant. Favet ei versus Lucretij: Pan unco sæpè labro calamos percurrit hiantes. A φυσάω est φῦσα, φύσιγξ: & ita Latin. *vesica*, quæ turget aëre plena & distenta. φυσάω ab Heb. נָשַׁף quod idem.

Flagitium. Jos. Scalig. in Festum: *flagitium* apud veteres significabat infamiam.

Itaq; Plautus Ep. a. 3. ſ. 4. majore cum flagitio reddes poſtea, h.e. infamiâ. Et Cato: intercutibus ſtupris *flagitatus*. i. inteſtinis probris infamatus. Vnde *flagitatores* dicti poſtea fœneratores, quòd convicio repetant fœnus. Nam odio fœneratorum hæc in illos appellatio obtinuit; cùm alioquin Leg. 12. *flagitare* i. e. convicijs alicujus exiſtimationem lædere, capitale eſſet. Itaq; rectè Feſtus ait, turpe haberi, quia non ſine causâ fieri putetur. Vix n. quisquam eò audaciæ proveheretur, ut alicujus famam peteret, niſi juſtiſsima cauſa ſubeſſet. Quare *occentare* non licebat, cùm aliquis rem ſuam repetebat. Hoc n. propriè dicebatur *flagitare*: quod idem, ut puto, lex vocabat, *pipulo poſcere*. Ita, quod Plautus in Aul. dicit, pipulo differre ante ædes; idem in Perſa dixit, occentare. Cæterùm *flagitium*, *flagito* videtur naſci à *flagrum*, quod à *flagro*. Horatius: urere *flagris*, ut cenſet Scaliger. Valla l. 4. c. 58. flagitium propriè in libidine, quaſi flagris dignum crimen. *Flagro*, à φλέγω: à quo etiam *flecto*: *flexum*, φλεκτὸν. Vſtulata enim prava fiunt. φλεγυὸς, id eſt, flagrans, ignitus.

Phlegethon itidem à φλέγω: à quo etiam *phlegma*. Quam vim medici & phyſici non attendunt; ſed malunt contrarium, cui reſpondet *pituita*. *Flamma* à ſono, aut *flamo*: unde φλάζειν & παφλάζειν, apud Pindarum & Hippocratem: φλᾷν apud Ariſtophanem, inquit Scalig. Ex. 325. ſ. 12. Et c. 27. L. L. Non ſic in *Phlegethonte*, & *Phaëthonte*. Neque n. ab αἴθω diphthongum traxêre, ſed παρὰ τὸ θεῖν, ut ex Cratylo Platonis & Ariſtot. 1. de cœl. & M. Tul. multis locis diximus libro de inſomnijs. *Phaëthon* eſt ejusdem ortus. Apud Varronem: Et te flagranti dejectum fulmine *phaëthon*. Græcorum φάω oritur ab Heb. יָפַע, fulſit: ut & φέγγος. item φλέγω à לָחַךְ ſi invertas. i. e. flamma, φλόξ.

Flare, à φλᾷν. J. C. Scalig. l. 4. poët. c. 47. Hebræis נָפַח: item יָפַח, flavit, efflavit. Omnia πνεύματα; & ſono reſpondent literæ, f, φ, פ, L, λ, A.

Floccus, à φλόξ: ſi nugari placeat. Immò ab Heb. בָּלַק, evulſit floccos, aut pilos illos tenues. *Defloccati* ſenes, Plauto Epid. 5. 1. id eſt, depiles, aut calvi; λιποτριχῶς. ut cùm veſtes floccos ſuos, aut fila illa eminula, longo uſu, amittunt.

Flos, à χλόη, ἡ χλόα. Ab Hebr. לַח viridis, ſucculentus: לֵחַ viror. χλωρεύω floreo. Ita *Flora* à Chloris.

Ovid. 5. Faſt.

Chloris eram, quæ *Flora* vocor, *corrupta Latino*
Nominis eſt noſtri littera Græca ſono.

Flutæ. Ita dicuntur anguillæ aut murenæ. Macrobius: Murenæ, &c. Latinè flutæ, quòd in ſummo ſupernantes, ſole torrefactæ, curvare ſe poſſe, & in aquam mergere deſinunt. Hæc ille. Si igitur à fluo, neceſſe eſſet formari à ſupino, flutum, deſito; pro fluctum, aut fluxum. Quamvis fluta, vel flutus alibi non legatur: neque analogia aliqua ſubveniat. Et *Flutæ* Græcis ſunt πλωτοὶ, πλῶτες: videlicet à ſupernatando: à πλέω, πλωτὸς. *Flutæ* ergo appellatæ quaſi *plutæ*.

Foetus, à foveo, fotum: ut à cœnatum cœnaculum, à viatum, viaticum.

Ovid. 6. Faſt.

At focus à flammis & quòd fovet omnia dictus.

Foculare, à *focus*, *foculus*: Nonio idem quod fovere. Aut potiùs θερμαίνειν, ſeu calore frigidum reficere. Calor enim, & ille φυσικὸς καὶ σύμμετρος, vitam ac vigorem conſervat: iſtum etiam debilitatum reſtituit. A *foculo*, eſt *focillo*; quod iſto minus; & quod ἐν μέσῳ κείμενον, *refocillo*: cui, qui ἀναπαύειν Græcorum reſpondere putant; neutrius vim odorantur.

Fœtus. J. C. Scalig. c. 79. L. L. Fœmina à *fœtu* (ſicut γυνὴ quaſi γονὴ Platoni) *Fœtus* παρὰ τὸ φοιτᾶν. Nam hoc verbo veteres rem veneream ſignificarunt pudenter: ſicut Latini, *coire*. Quid enim purius, quàm comitem eſſe? Etiam Germanorũ verecundia non aliter. Ita canem dicunt *Currere*. *Fœcundus*, à copiâ fœtus. Gloſſar. *Effeta* ἡ πεπεῖν κεκεσωρόν.

Effœtus, ab EC, ex: ubi nulla ſpes de fœtu amplius. A *fœtus* Varro rectiſsimè ducit *fœnus*: quia ſit quædam *fœtura* pecuniæ parientis. Siquidem pari ratione Græcis τόκος eſt fœnus: τοκίζω fœneror. A τίκτω. Quo errore

Cloatij Verrij arguitur apud Agell. lib. 16. cap. 12.

Folium, φύλλον. Alterum, L, abit in, l, ut alius ἄλλος. φύλλον, à φύω. Subnascitur enim, aut renascitur quotannis.

Forbea, φορβειὰ, & φορβεὺς, φορβὴ, i. e. pabulum, omne genus cibi, à φέρβω, i. e. pasco: quasi φέρω βιον.

Formido Ciceroni est metus permanens, 4. Tusc. Jul. C. Scalig. Ex. 312. derivat à formis, i. e. spectris. *Forma*, κατὰ μετάστασιν à μορφὴ: quod à μορφὸς & φάω: quoniam in bonâ proportione, luce & colore omnis forma conspicitur, ut Philosophi disputant.

Fragor. J. C. Scalig. in Theoph. de plant: ῥαχαὶ, frequentia sarmentorum. Vnde ῥαχὰς, i. e. fruticetum. A fragore, qui auditur istâ cõflictione flagellorum. Sic enim Latina quoque vox hæc à *fragore*. Itaque *fragor* & *frango*, imitatur sonitum e. g. bacilli, cùm frangitur. Non secus ac βοῴχω Græcorum. Josepho ita videtur in Varr. *Frago* antiquum, ut *pago*, *tago*. Est lentare, flectere: περὶ τὸ φέφγειν, unde φέφγυμι.

Quod significaret Lentare, ut lentare remum, Virgilio: & lentare arcum Statio. Ab eo φέφγειν & φέφθειν dici cœptum, pro ambire. Et Latinum priscum *fraxare*, obire, circuire vigilias, à *frago*: ut à veho, vexo: tago, taxo. *Fraxatores* ergo custodes circumientes vigilias. Ab eadem orig. *frequens*, qui sæpius fraxaret vigilias: non à ferendo, ut Varro. Hæc ille. Ex quo intelligitur, quid sit *anfractus*. Nempe ab AN & AM: sicut IN & IM in compositis. AM ab ἀμφὶ, id est, circùm. Sic *amphitrite*, id est, mare, ἀμφιτρίτη: ab ἀμφὶ καὶ τρίβειν.

Ovid. 1. Metam.

- - nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat
amphitrite.

Ita & *amphitruo* seu *amphitryo*, ἀμφιτρύων: à circumfluentiâ laborum. Cæterùm *infractus* est valde fractus. Docet id verbum *infringere*. J. C. Scalig. c. 157. L. L. *infractus*, qui ipse intus fractus sit. Apud Cicero: Virg. alios. 12. Æn: Turnus ut *infractos*, i. e. valdè fractos, ut Donatus: infractos, i. e. minimè fractos, ut ibi Servius interpretatur. At

At facilè hîc refellitur, vel unâ voculâ, *Defecisse*, quæ sequitur. Latini deficiunt: quare? quia valdè fracti. Vnde fracti? adverso marte. *Suffrago*, inis, Græcis ἀμφίδια, est flexura in posterioribus quadrupedum cruribus retrorsum incurvata: dicitur, quòd ibi cruris continuitas divisa & quodammodo *fracta* appareat. Exinde est *suffragium*, *suffragor*; quod propriè erat annitor, & adjuvo; postea restrictum est ad comitia, rostra, & forum, pro, sententiâ meâ sive per tabellam, sive voce declaratâ scisco ac jubeo: itemque faveo ac consultum volo. Ejus contrarium *refragor*, est, obnitor, ac repugno. *Frater*, quasi *ferè alter*, ut Nigidius apud Agell: lib. 13. c. 10. Idq; propter convenientiam ortus & natalium. Nisi melius sit à φρήτρη, i. e. contubernalis, conjunctus. φρατρία est societas. A φρέαρ, puteus, quo communi utebantur. Item grande poculum. Jul. C. Scalig. c. 26. L. L. φράτωρ. Sic enim mutârunt Æoles, quod erat φρήτης, & integrum φρεάλης. Ab Hebræis בְּרִית, id est, societas, fœdus, pactum. A frater verbum extitit. *Fratrare* enim puerorum mammæ dicuntur, cùm primùm tumescunt: quòd fratres quasi pares oriantur: sicut *sororiare*. Plautus Fribularia ex correct: Jos. Scalig:

- - - tunc papillæ primitus
Fraterculabant, illud volui dicere
Sororiabant, quid opus est verbis?

Politianus:

Nam quæ tibi mamillulæ
Stant floridæ & protuberant
Sororiantes primulùm.

Apud Agell. lib. 13. cap. 10. Labeo Antistius: *Soror* appellata est, quòd quasi *seorsum* nascitur, separatúrque ab eâ domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur. A sorore est *Consobrinus*, quasi *consororinus*. Obiter hîc quæritur: Recténe dicam? Meam Julij sororem. Affirmo edoctus ab autoribus probatissimis. Homerus Il γ: δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔπεα κυνώπα πάσσατο, οὔποτ' ἔλωγε: levir item meus erat impudicæ, si unquam fui. Horat:

- - - cum mea nemo
Scripta legat vulgo recitare timentis - -

Ovid:

--- Sæpe rogabis
Vt mea defunctæ molliter ossa cubent.

Valla lib. 6. cap. 16. abige muscas à facie meâ scribentis. Et Josephus Scaliger in Ausonium: Notandum genus loquendi, tuum acumen Samij Lucuminis. Tale illud Jurisconsulti: cum mens mea fuerit facientis testamentum. Et Græci, ἡμιλίφα γνώμη ὅτω βελομένων: & similia. Hoc igitur modo hîc dictum: tuum acumen Lucumonis. Intelligendum enim τὸ σοῦ Genitivus secundæ personæ: quod à Plauto rectè expressum est, duorum labori ego, &c. Pseud. act. 1. scen. 1. Tanquam si diceret: nostro labori mei & tui. Quid, quòd eodem modo dicitur? Noster utriusq; labor. Agell. lib. 20. c. 26.

Fricare propriè est leviter scalpere, aut radere: ut ungue solemus cutem. Græcis est ψάφειν aut ψήχειν. Ex Hebræo פָּרַק, fricuit. פֶּרֶק fricatio. *Refrico*; Cicero, quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. *Perfrico*: homo *perfricta frontis*, i. e. ἀναιδὴς. cui pudor periit. Rubor est indicium pudoris. In-

de Ovidio est pudor purpureus. Is occupat frontem aut faciem, estque color virtutis. Qui igitur perfricat faciem, ut ruborem cohibeat, sive repellat; etiam videtur unà virtutem. Inde *Dentifricium*, ὀδοντόψιμμα, quo dentes fricantur, aut abstergantur.

Frigere, frixum, ut caro frixa. Isidorus à sono illo vult appellari. Quod non facilè repudiare quis ausit. Et æquè Græcorum assonat τὸ φρύγειν φρύσσειν: φρυκτὸν frixum: φρύγανον, Fryganum. Etiam Hebræorum רָבַךְ, frixit, in sartagine torruit.

Frons, quasi *ferens*, aut à φέρυτις: quia præ se ferat cogitata animi. Inde natæ phrases: *exporrigere frontem*, *contrahere*, *perfricare*. Prout enim animus habet: ita frons esse solet. A *frons* ut discrimen sit: scribunt quidam, *Fruns*, *frundis*. Nam & ita ubique MSS. vetera habent: & ita Virgilium scripsisse 1. Georg: testatur ibi Nonius atque Servius. Fruns, i. e. φύλλον, aut potiùs κλάδος φυλλώδης.

Frumentum, quasi *fruimentum*: alijs quasi frugamentum: de-

tum: sicut *armentum* fit ex *aramentum*. A *fruor*, *fretum* est & *fretus*. *Fruor*, *fruitus* sum, *fruitum*, *frutum* & *fretum*.

Fucus, φῦκος. *Fuco*, φυκόω. *Officie* ab OB & fucus. Igitur alteram jure producit: contrà nostri peccant versifices. Vltima origo petitur ab Hebr. פּוּךְ i. e. fucus, seu medicamen, quo mulierculæ faciem tingunt ac pingunt.

Fugio, à φεύγω, ἔφυγον. Aut simpliciter à φυγω, φύζω Jonicè, *Fuga*, φυγή. A quo est *fugo*, i. e. in fugam converto. *Fugax*, φυγὰς: non à *fugo*, ut perperam Erasmus; sed à fugio. Vt salax à salio: capax à capio: rapax à rapio. τὸ φεύγω ab Hebr. פָּגַף fugit, vertit terga.

Funes, ἶνες. Potuissent *Fines*, vel *Ines*: nisi tam perspicuitati, quam euphoniæ issent consultum. Ab ἶνες facit Jos. Scalig. *Venas*. *Venari* est scrutari venas. *Venatur*, qui scrutatur & indagat aliquid. Sed & *Ina* Latio usurpatur: ut apud Festum. Est enim filamentum fibrarum minutum. Vel, ut Festus,

ilia, dicta ab *Ina*, quæ pars chartæ tenuissima. Item ab *Ina*, *inane*,, i. e. tenue, minutum. Et apud Græcos ἰνέω est inane facio, vacuo.

Funus propriè nîl aliud, quàm cadaver; etiam annuente Virgilio & Servio. Vel quando mors hominem occidit. *funus* dicitur: olim etiam *Fonus*. A φόνος φοῦνος: ut μύνος μοῦνος: τοὺς νοῦδας: ὄρος οὖρος: κόρη κώρη. *Fenæ* est cædo, occido. *Funeræ*, ad quas funus pertinebat, olim dictæ: ut mater, filia, soror, socrus.

Virgil:

Nec te tua funera *mater*,
Produxi--

Funera est Nominativus fœminini. Servius, *funera*, i.e. funerea. Jos. Scalig illud Ennij in Cicer. ita corrigit:

Nemo me lacrimis decoret, neque
Funera *fletum*
Faxit: *quum volito vivus per ora virûm.*

Nam facere fletu funera non est Latinum. Latinum *funesto* est funere aut cæde polluo. Pompa, quâ effertur funus, dicitur *exequiæ*. Id est, cùm funus seu mortuum sequimur: & quidem *Ex*, ut locus, qui extrà, designetur,

& ultimum humanitatis officium. Isidorus, Donatus, Servius funus malunt à *funalibus*: quoniam in gentilitate olim candelas sevo vel cerâ circumdatas funeri præferebant. Ritum illum non ignoro: inde verò funus dictum, credere non possum. Non enim video ejusmodi adjectivum περισύκαδον fieri à Διοσυκάδῳ. Nec *funalia* aut *funale* propriè est candela. Sed ut murale à murus, navale à navis: gregale à grex: lethale à lethum; sic à *funis funale*, i. e. quidquid è funibus, & ad funes aliquâ refertur. Vt funalis equus, in Suetonio. Et ut *cereum* primò est, quòd è cerâ, κήϊνον, aut ceræ simile: postea *cereus* est fax; quia è cerâ, tanquam materiâ fit: Sic deinde *funalia* pro ipsis candelis sumta: cùm funis sit illarum ὑλικὸν μέρος. Nec facilè, quantum scio, reperimus vel cereum, vel funalia ita nudè posita pro candelis; sed ubiq; apponi vel ignem vel flammam, vel lumen, vel aliud simile, ut laxitas illa significandi contrahatur.

Virgil:

- - noctem *flammis funalia* vincunt. Horat:

Hic' hîc ponita *lucida funalia*.

Silius:

Cui nocturnus honos *funalia clara* - -

Politian:

Omnis *ceratis* radiat *funalibus* ara,

De cereo Martial:

- - nocturnos præstabat *cereus ignes*.

Furere à φορεῖν, φορεύειν, φέρειν. Liquida transit in fortiorem. Vt pro *cæluleus* dicitur *cæruleus*. Thema est *furo*, non *furio*. Dicimus, *furunt*, non *furiunt*, *furebant*, non *furiebant*, apud Ciceronem. Quod autem *furia* dicitur, fit ratione ortus Græc. φονία. *Tisiphone*, à τίειν τὰς φόνους, i. e. vindicare cædes.

Furfur, βόρβορος. Alijs à *far*, per repetitionem. Varro, Pascuntur farre & furfuribus hordeaceis.

Furvus, J. C. Scalig. Exer. 325. sect. 12. *fulvum* quod est *furvo* propius: unde *fulmen*, *fuligo*. Origo item Græca: φέρβω. φορβή: mutatâ in molliorem asperâ literâ.

Fuscum, J. C. Scaliger Ex. 325. sect. 17. Si niger esset citra illud obscuritatis fastigium, *fuscum* dixere, Græcis principijs: ubi φῶς σκιᾶς.

τος. Quòd si minùs acutum videatur: esto simpliciſsimè παρὰ τὸ φώσκειν. Hoc enim est tustulare, apud Hippocratem. *Offuscoo*; unde triviale: Lumen majus obscurat, seu offuscat minus. Non rectè. A lucido corpore tale nihil. Potiùs tegit minus. *Infuscare* vinum est aquâ diluere: quòd cum vini generosi nigrior sit color, dilutior mixtâ aquâ fusciorque reddatur.

G

Gagates, γαγάτης, lapis preciosus: כֹּרְכֹּר à fulgore, vel igne denominatus est: & bene conveniunt, quæ Plinius, Dioscorides & alij super isto lapide memoriæ prodiderunt. Qui à loco vel amne appellari malunt, vulginenias sequuntur.

Galbanum, χαλβάνη, à חֶלְבְּנָה. Est succus virgæ aut stipitis in Syria.

Galea, non nemini à γαλιὸς, i. e. vas militare. Alijs à γαλεὰ, i. e. latibulum. At hi *antiquitatum* rudiores. Isidorus veram designat originem: *Cassis* (inquit) de lamina est: *galea* de corio. Propertius eleg. 1. lib. 4: Et galea hirsutâ comta lupina jubâ; Item Suidas: ἀλωπεκίδα, (sic enim Lipsius) ἢ βεμβεφαλαίαν, vulpina ipsa galea. Nempe à γαλέη, γαλῆ, ab Hebr. חֵלֶד, quod planè idem. Jos. Scalig. in Conj. olim *galeæ* ex diversorum animaliũ pellibus conficiebãtur. Quod patet ex ipsis nominibus apud poëtas. Sunt enim apud illos κυνέαι, λυκέαι. Sic etiam, quòd ex felinâ pelle fiunt, γαλέαι dictæ. γαλῆ enim felis, vel simile animal ei, quod vocant Græci ἴκτιν. Quare & Homer. quoque ἰκτιδέην *galeam* vocavit. Ex quibus apparet Varronem non rectè sensisse, qui à *galero* deduxerit.

Galerus, mediâ longâ, à *galea*. *Galerita*, avis propter apicem in capite, instar galeri dicta. Propert: Prima *galeritus* posuit prætoria Lycmon. *Galerita* vulgo est alauda, à laude.

Et Cassitam non à casside, sicut galerita à galero: sed à חסידה volunt nominari: quod aliâs ciconia.

Ganeum, γάνεον: γάννυμι, non à subterraneis cryptis, ut Grammatici: J. C. Scal. Exerc. 317. sect. 2. γάνεον ab Heb. ענג, delicatè vixit, aut jucundè. *Ganeum* dicitur fornix, γάνειον: ait Had. Turneb. lib. 20. cap. 33. Nam Latini e in a sæpe commutant: & ei in E breve: ut *gynæceum* apud Terent. penultima brevi γυναικεῖον. *Cyclopeus* apud Maronem 1. Æn. κυκλάκειον. *Conopeum* apud Hor. od. 9. ep. quod est κωνωπεῖον.

Gangræna, γάγγραινα, à γράω, vulgò, i. e. ἐσθίω. Alijs à γάγγρης antiq. i. e. cancer. Fœmininum γάγγραινα, cancer morbus. *Cancer* Latinum ejusdem ortus: nisi velis id, quod alibi annotavi in Cancer.

Gannire tribuitur volpi: ut sic propria ejus vox quodammodo exprimatur: quod inprimis fit sono N N & I. Jos. Scalig. in Con: *Ganniunt* canes gestientes ob heterorum adventum, ut apud Lucret:

- - - gannitu vocis adulant.

Et Homero: γάννυμι semper est gestu quodam oris exprimere gaudium ob amici aut alius cari adventum. *Ogganire* ab Oh, Ter. Plauto.

Ganymedes, veteribus Latinis *Catamitus* dicebatur. Plautus Menæch. ubi aquila *Catamitum* raperet. Nam videtur à γαδαμείδης, quod idem est cum γανυμήδης, detortum esse. γάδιος enim & γάννυμι idem. Vt prius diceretur *Gadamidus*, inde *Catamitus*. Sic *Laumedo*, pro *Laomedon*: Jos. Scalig. in eleg. de ob. Mecœn.

Gargarismus, γαργαρεών, γαργαρίζω, γαργαρεών, gargareon. A similitudine soni. Ita Hebræis est גרגר guttur tam exterius, quàm interius. Apud medicos & alios *gargarizare* est guttur aquâ colluere, ex quo asperior ille sonitus oritur; apud Aëtium, Oribasium, Celsum, Plinium. Apud Latinos est, *Gurges*, similis monetæ.

Virgilius:

Clauso fit *gurgite murmur*.

Hebræis est גר tractus, per quem murmurat aqua,

Garga-

Gargarus Idæ montis cacumen, teste Macrobio, Strabone, Plutarcho lib. de montibus. Dicitur eodem modo à strepitu aquarum, quibus abundat. Homerus in Vener:

- ἐν ἀκροπόλοις ὄρεσιν πολυπιδάκου Ἰδης.

Gaudium est voluptas faciens spiritibus effusis animum sese efferentem. *Exultatio* verò est gaudium gestuosum. quod notat origo. Ab *Ex* & *Salto*: cùm quis, ut ille ait, *incedit omnibus lætitijs*. *Gaudeo* est à γηθέω, vel γαυρόω, aut γαυρόομαι. A γαῦρος, quod à γᾶς, interjecto ρ, γαρῦς à γεύω. Ab Heb. גאה, elatus est. Jos. Scalig. in Con: *gaudium*, γᾶθος: priscum. Vt à πλαδὸς, unde πλαδαρὸς, *plaudus*, *plaudo*.

Gaza, גנז, id est, ærarium, scrinium, repositorium. A Radic: גנן i.e. reposuit in gazam, thesaurum collegit. Aut ab ארגז i.e. capsa, arca.

Gehenna, γέεννα. Latini, H, imponunt, hiatus causâ: & quia in Heb. est ה: quod Græcis in medio omittendum. Vox conflata è גיא vel גא i.e vallis, τόπος ἐμπύ-

ρευμα: & הנם, *Hinnom*: quod nomen proprium. Cognatum est נהם, fremuit, ululavit, ἔκλαυσε. Quod postea contigit, cùm Judæi in eo loco Moloch offerrent & cremarent liberos suos. Quorum ejulatus ne tam à parentibus audirentur, pulsata sunt tympana. Inde nomen Tophet, תפת. Quod affine est תף tympanū: תפף pulsavit. Locus igitur iste adeo horribilis & Satanæ ipsi destinatus, meruit, ut pro tartaro aut inferno sumeretur. Vt passim in novo Testamento. Et Elias Levita: Gehinnam (inquit) vocant Rabbini nostri locum, ubi impij plectuntur post mortem.

Geminus, propriè est similis, per omnia æqualis: ab Heb. תאם geminus, aut æqualis fuit. Cicero: consortes quidem in lucris atq; furtis, *gemino* & simillimo nequitiâ. Idem: *simillima* & maximè gemina societas. Et alibi. Sic *geminare* est simile facere. Plautus Amph: Sosia ad Amphitruonem:

Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam: Nunc

Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminavimq. Id est, quisq; sibi similem dedit. Deinde, quia similitudo aut comparatio est inter duo, inde factum, ut *geminus* etiam idem sit, qui duplex, aut duo. Iterum Plautus: Quid opus est verbis? *geminus* Sosia hic factus est tibi Item *Gemini* sunt duo uno partu editi, qui admodum similes quoq; propter nimirum parentes, natalia, locum, tempus & cætera. *Tergemini* fratres, i.e. tres, & quidem similes. Nam si geminus hîc esset duplex, ter geminus foret ter duplex. & ita sex fratres. Quod autores, qui eâ voce usi, non patiuntur. Itaq; primaria vocis significatio discernatur ab alterâ, & adventitiâ sæpè aut spuriâ.

Gemo, γέμω i.e. plenus, atq; onustus sum. De animo etiam acceptatur. J. C. Scal. l. 5. poët. c. 4. *gemitus* ex repleto pectore est. Hoc namque γέμειν. Vel, cùm plenum mœrore pectus erumpit in sonitum. Assentit Valla l. 5. El. c. 52. *gemere* est in pectore, cùm præ angustia in sonitum prorumpit. Ideo & jumenta sub nimio pondere *gemunt*: & inanimata quoque, cùm nimis onusta sunt. *gemere* dicuntur: ut apud Virg. 6. Aen. gemit sub pondere cymba. Servius, gemere est canere. Propriè tamen dicitur de turture. Falsò, ut antegressa docent. *Gemæ*, ait J. C. Scal. in Theo: de plan. i. e. oculi in arboribus & vite, quæ sunt tubercula quædam prodeuntia. *Gemmas* Latinus nominat appellatione Græcâ. Turgent enim. At hoc est γέμειν, id est, plenum esse. *Gemursa* sub minimo digito pedis tuberculum, quòd gemere faciat eum, qui id gerat, Festus. Aut quia turgeat, sive sit tuberculum. Cæterùm τὸ γέμειν, scaturigo est Heb. גָּמַם i.e. plenus fuit, expletus est.

Gena propriè est membranula illa, quæ circùmcirca oculos tegit, aut munit. Ab עַיִן oculus: item גָּנַן, texit, circumdedit. Plinius: Pisces & insecta non habent *genas*, nec integunt oculos. Idem: Sed quadrupedi in superiori tantùm *genâ*, volucribus in superiori. Et post: graviores palpebræ inferiore *genâ* connivent. Valla lib. 4. Eleg. c. 52. *Genam* membranam tenuem, & quasi vestem, quâ oculus integitur & connivet, i.e. aperitur & clauditur: hoc enim est connivere. Et paulo pòst: quam vetustatem à posterioribus quibusdam servatam reperimus, nec Poëtis modò: ut, Draconis *genæ*, pro oculis, continens pro contento: & Seneca in Trag. de Oedip. loquens inquit: Et per irati sibi genas parentis: etiam continens pro contento: Verùm oratoribus quoq; ut Quinctilianus de cæco loquens: Illâ perpetuâ nocte clausæ genæ non custodierunt. Hæc princeps significatio, & quidem apud vetustiores etiam: postmodò dilatata est ad partem genæ inferiori contiguam.

Lucanus:

humentes mirata genas - - -

Genu, γόνυ: genu. Aeolum more, qui ἐδὲς, quòd alij ὀδὲς. *Ingeniculo* congeniculo i.e. in genua procumbo, sicut Græcorum γονπίζω, γονατέομαι, γονέομαι. In sanctâ linguâ est כָּנַע i.e. humiliatus est, supplex fuit, submissus fuit, & propriè significat se submittere in poplites, & genua, ut supplices asolent.

Gerræ, Glossar. *Gerra*, ὀδάμινος. Et pòst: gerræ, πλεκταὶ ῥάβδοι. *Intergerivi* parietes, qui inter confines struuntur. Aut potiùs *intergerrivi*, nempe à *gerris* i. e. cratibus. Nam ijdem etjam *concratitij parietes* dicuntur. Glossar. *Intergeries* paries: τοῖχος ὁ δύο κλῆσεις διοείζων. *Augur*, *augurium* à *garritu* avium. *Garrio*, cum quo ferè congruit γηρύω, est à gerris. Pindar: κόρακες ὡς, ἄκρον ἐπὶ γαρύετον. Athenienses cùm Syracusas obsiderent, & milites crebrò *gerras* poscerent, irridentes Siculi *gerras* clamare cœperunt. γέρρον, γέρρα i.e. crates viminee. Postea pro rebus frivolis, & nullius precij. *Gerrones* i.e. leves & inepti à cratibus dicti. Inde *concerrones* & *concerræ*. Item *conceræ* & *congerræ* unico R antiquitus. Lucilius: Tapullam legem rident *conceræ* Opimi.

Gibbus, κῦφος. *Gibbus* terga premit: sed collũ *struma* molestat. Græcum κυφὸς, ὑφὸς, κυλλὸς, à κύπτω. Ab Heb. גִּבֵּן, gibbosus, gibber. גָּבַב gibbosus fuit, eminuit. Item כָּפַף est flexit, curvavit.

Gigas, à γίνεσθαι & γῆ: quasi γηγενὴς. Homer. in Batrach: γιγάντεων, ἀνδρῶν μιμήματα ἔργα γιγάντων.

Ovid:

Ovid:5.Fast:

Terra feros partus, immania monstra, gigantes
Edidit, ausuros in Jovis ire domum.

Orpheus:

ἣς πολέσι γίγαντας ἐπώνυμον οὐ μακάρεσσιν,
ἄνεκ' γῆς ἐγένοντο πολὺ αἵματος ἀρχαίοιο.

Terra mater omnium & altrix. Inde à γῆ, γίνομαι, γενάω. Ex quo antiquum *geno*, apud Varr. γένω. Nunc *gigno*. Aut ab Heb. יָלַד genuit, perfecit. *Gens* quasi *genens*, quæ ope generationis perpetuatur. Heb. גַּיְא. *Ingens* id est tantum, quantum sufficit in gentem. Aut potiùs magnum natum, ut *IN* hîc augeat. Itaq; plus est, quàm magnum. Etiam ex illo Terentiano: magnas verò agere gratias Thais mihi? GN. ingentes. *Bignus*, pro *bigenitus*. Et *bignæ* (inquit Festus) geminæ dicuntur, quia bis unâ die natæ sunt. *Genitor*, γενέτωρ: ut & *genitrix*, à genitum: sicut *meritrix*, à meritum, non *meretrix*. *Genero*, tanquam generis propagator. *Germen*, alijs q. gerimen. Jos. Scaligero, quasi *genimen*. Nam archaicè R pro N substituebant, ut cortumio, pro contumio. Sic & *gramen*, quasi generamen: κατ' ἐξοχήν. *Ingenium* i. e. vis innata, ἐυφυία, φύσις. Salust. *ingenium boni*. Nævius, *ingenio arbusta consita*. Tertul. de Habit. mul. c. 2. *herbarum ingenia*. *Ingenuum* i.e. proprium & naturâ inditum. Lucret. *ingenui* fontes, i. e. nativi, non manu facti. Glossar. *Antigena*, ὁ προγεννηθείς. *Indigena*, *endo* est *in*: qui in eo loco, quem incolit, natus est. *Genius*, à *genendo* quòd unumquemq; jam *genitum* suscipiat & tueatur, opinione veterum.

Menander:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ, μύστης τοῦ βίου.

Vocat *mystagogum*. Seneca ep. 111: *pædagogum*. Alijs à *genendo Genius*, hac causâ: quia genuit nos, sive, ut Apulejus, quia nobiscum genitur. Verùm ista Ethnicorum deliria sunt: apud quos etiam hic mos, ut die natali, immò quoties hilariùs ac lautiùs vivebant, sacra quoq; facerent Genio, ac *piarent Floribus & vino*, ut ait poëta. Ex eo nata sunt: Indulgere genio, apud Persium: Curare genium, apud Horatium: Defraudare genium, apud Terentium. Quibus hodieq; utimur: Sed utamur parcè, in tempore, & ut priscorum fuisse propria meminerimus.

Gentiles (ait Cicero in Top.) qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi: quorum majorum nemo servitutem servivit. *Genus*, *eris* γένος. *Genero*, est genus propago. *Prægenero* olim, nunc *prægno*, *prægnare*. Antecedit enim: quod innuit πρὸ præ. *Degenero*, à genere decedo: sive ad bonum fiat, sive ad malum. Ita rusticus degenerat, qui depositis rastris, sequitur castra. Opponitur *generosus*, qui à genere non deflectit. *Gnatus* quoq; non aliunde: quasi *generatus*. Igitur *gnatus* primum: ex eo per ἀφαίρεσιν *Natus*. Scal. c 19. L.L. Exinde *nasoor*, *natalis*, *cognatus*, similia. *Agnatos* dicimus (inquit Scali: l. 4. L. L. c. 92.) qui familiam augent accessione suâ: & *agnata* membra apud Plinium, quorum additamento corpus auctius factum est. Vltimò γῆ, γαία fit à גַּיְא vel גַּי, id est, vallis, terra profundior. Est enim in natura infimum elementum.

Girus, *gyrus*, γῦρος: *giro* vel *gyro*, γυρόω. Tibullus, seu libeat curvo meliùs contendere giro. Planè ab Hebræorum גָּרַר, giravit.

Glacies, quasi *Gelacies*, à gelu: quod à כְּלָה. gelatio, senectus gelida, ætas frigida & sicca, vel etiam alba.

Virgil.

Canentem molli plumâ duxisse senectam.

Ovid.

Inficit & nigras alba senecta comas.

Item apud Hebræos גָּלַשׁ est nituit ritu nivis, aut glaciei.

Glamæ & *Gramiæ* sunt vitia oculorum. Græcum est λήμη & additione τοῦ γλήμη. Hinc *glamæ gramiæ*. λημαλίος, γλημώδης: gramiosus, lippus. λήμη, *lema*: item *lama*, apud Festum i.e. collectio aquarum. λήμη ab עָלַם, id est, occuluit: propriè de oculis limis, vel lippis, & vitiosis. Sed & *Lamia*, à rubore & sordibus oculorum denominatur i. e. venefica, à λήμη. Nam ex oculis de affectione animi, aut moribus facilè capitur judicium: de oculis verò incantatricum, quòd rubeant & sordescant, quis non audijt? Maro

alludit: oculo fascinat agnos. Et hoc magis placet, quàm istorum conjectura: quasi *Lamiæ* λαμίαι, vocentur, propter similitudinem aliquam, quæ ipsis sit cum Lamijs antiquorum. Horum enim Lamiæ spectra & phantasmata erant, formosarum mulierum specie cũ insigni splendore apparentia, quæ sese amore juvenum captas mentiebantur, & cum ipsis conversabantur, dum eos perderent, atq; devorarent. Quoniam ergò sagæ nostræ non quidem spectra sunt: sed cum spectris convivantur, colludunt, negotiantur, libidinem exercent, ac infantum nonnunquam succos expetunt, Lamiæ sunt vocatæ: Thomas Erastus de Lamijs. Etsi autem λαμίαι etiam antiquitus significat φάσμα sive spectrum; tamen id parùm quadrat ad anus veneficas, quæ non tam cum spectris, quàm pharmacis & characteribus rem habent. Et vox λαμίας usitatè significat bestiam quandam. De quâ autores adhuc litigant: ut videre est in Plinio, Nicandro Colophonio, Diodoro Siculo, alijs. Nostra sententia innititur signo & receptâ ubivis opinione.

Glans, quasi *Blans*, à βάλανος. *Juglans*, quasi Jovis glans, ut Cajus Ictus. *Jugula*, stella est Orion: dicta, quòd amplior sit cæteris, quàm nux juglandis, Festus. *Orion*, ὠρίων. Quibusdam quasi *Vrion*, ab ὕειν. Ex eo *nimbosus*, poëtæ. Et Ovid. 4. Fast.

Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Orion
Perdidit antiquum littera prima sonum.

Alijs ab Heb. אוֹר, lux. A Rad. אוּר, illuxit. Item חָרַס est coruscatio, splendor. Vnde item *Horus* ὥρος. Macrob. l. 1. Sat. c. 21 apud Aegyptios Apollo, qui est sol, *Horus* vocatur, ex quo & *horæ* 24. quibus dies, noxq; conficitur. Sanè credibile est, Judæos multa cum Ægyptijs vocabula communicâsse; non secus atq; ritus & particulam sapientiæ, ac religionis. Ab ὥρος est *coruscus*: Aut ab isto Hebræo חָרַס: quod sanè αἰρετώτερον. Sed & quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, *horæ* vocantur. J. C. Scalig. c. 98. L. L. *Hora*, ὥρα, habet *horarium*, cùm diei partem significat. At Græci quaternas anni partes sic appellârunt. Vnde Latini *Hornum*, quod hujus anni esset, neq; in alienas transîsset ὥρας anni sequentis. Horatius vocat *hornum* vinum. Ep. 2. & *hornam* frugem 3. od. 23. quod Cicero frumentum *hornotinum*. *Horæum*, sallamenti genus ex Pelamyde pisce. Dicitur non à tempestate, sed à veris tempore, quòd tum sallamentum istud fieret, ὡραῖον: Turneb. l. 2. c. 23.

Glaucus, γλαῦκος, γλαυκὸς. γλαὺξ, ulula, noctua. *Glaucoma*, γλαύκωμα γλαύκωσις. Celsus l. 6. nominat *suffusionem*; Græci ὑπόχυσιν. Plinius semper *glaucoma* vocat. Plautus Mil. Glor. liberiùs dixit Glaucomam: & de oculis. Ita habet: Glaucomam ob oculos objiciemus.

Gliscit. Græcum γλίχεσθαι est origo nostri verbi, quod significat appetere. Signatissimè apud poëtam: Turni violentia *gliscit*. Quia crescebat & præceps ferebatur. J. C. Scal. in Th. de plant. Et γλίχρος est lentum, viscosum, tenax. γλιχραίνω, lentum reddo. γλίχεσθαι, cupitor, ἐπιθυμητής.

Glumus, nomen vitij in plantis λοπάς, quia λέπος cortex est, & squama. *Deglubere* ad verbum. Vnde *glumus*. *Glabrum*, cùm deglubitur radix. Hoc in plantis vitium nomen apud Latinos non habet. At in pecore habet. Ovis enim *glabella* dicitur, *Apica*: J. C. Scal. in Th. de pl. *Apica*, ἄπεκος i. e. glabra. A πεπος πέκος λέπω autem est decortico, putamen detraho. Inde & *Lepidium*, λεπίδιον: herba, quæ squamas, & maculas faciei abstergit. Alijs *glubo*, *glabrum* fit à γλύφω, γλάφω i. e. sculpo, fodio, abscindo. Ab Heb. גָּלַב i. e. tonsor, qui abradit & facit glabrum. Porrò *glumus*, seu *gluma* differt à *glomus*: de quo dictus Scalig. c. 31. L. L. *B* mutatur in *M*, *globus glomus*. Malim tamen Heb. גָּלַם i. e. glomeravit, volvit in glomum, seu globum. Ex quo & *Chlamys*, vestis ita convoluta. Nomen est גֶּלֶם. i. glomus. χλαμὺς. Heb. גֶּלֶם est glomus massæ informis in matrice mulieris fœtæ, item involucrum.

Glutire: unde *Gluto*, apud Persium:

Nec gluto sorbere salivam - -

Deglutire compositum usitatius simplici.

Gloſſæ: *gluttit* ἐγκάπτει. *Gluttus* ζορυχῶ: Inde *gluttire, glutire* Iſa. Caſaubonus: *Gluttus*, ficta vox per onomatopœjam. Nam *Glut* eſt imitatio ſoni, quem edit liquor, per anguſtum tramitem means.

Gnatho, à malarum officio, γνάθων· γνάθῳ eſt mala, bucca. *Paraſitus* à παρὰ & σῖτῳ. Latini carent tali appellatione. J. C. Scaliger in comœdia ceparum poſuit nomen novum *cœnaturionis*. In oratione contra Saluſtium, eſt affecta menſarum. In Horatio & Plauto, *umbra*. Item Cap. a. 1. ſ. 2. *profundus*, quòd impleri non poſsit. Et *Profundus* veteribus dicebatur Venter. Ita *curgulio*, à gula. Hinc Plautus comœdiæ nomen indidit, quę fraudem paraſiti depingit. *Paraſitaſter*, qui haut magnâ cum re paraſitatur: & quia agit, ſive imitatur paraſitum, citra paraſiti modum eſt, ait J. C. Scal. c. 95. L. L. Apud Syracuſios Ceres colebatur σιτὼ *ſito*, ut ſcribit Athenæus: ὀβ σῖτα i. e. frumenti curam. σῖτος ab Heb. סָעַר, id eſt, pavit, fulcivit.

Gnavus, prius eſt, quàm *navus*, *navare*. Itaq; hìc malè figuram quæſivére. Documento ſit πηγὴ: quippe à γράφω, γράπτω, κράπτω, quod eſt carpendo, vellicandoq; expolio, carmino. Proprium fullonibus. Igitur γναφεὺς, ſeu κναφεὺς, i. e. fullo, noſtrum genuit vernaculum, Knappe. Alij à *nave* ſuſpicantur fieri, ut ſit celer, ſtrenuus. At melìùs à κνάπτω: quod à κνάω, item κνέω, κνῆμι, quod eſt rado, ſcindo, polio. κνήθω, ſcalpo, frico. Hinc *cnaſon*, id eſt, actus, quâ mulier caput ſcalpit. Eſtq; formatum more Tarentinorum: κνάω, κνῶ, κνάζω, κνάζων, & Latinè *Cnaſon*.

Gomer filius Japheti. גֹּמֶר à Rad. גָּמַר i. e. finijt, finem habuit. Habitavit in regione ſeptentrionali: à quo orti, & appellati ſunt *Cimmerij*, qui ad pontum habitarunt, ſub cœlo craſſo & nebuloſo. Ex eo *cimmeriæ* tenebræ dicuntur, pro denſâ caligine. Hi poſteà ſunt dicti *Cimbri*, quadam literarum mutatione. Id nomen retinent hodie Holſati, Sleſvicenſes, item Cimbrica Cherſoneſus, quæ eſt Dania.

Item Sicambri, qui hodie ſunt Geldrienſes & Clivenſes. Goropius de orig. Cimmeriorum ita lib. 4. ſuo more: Strabo (inquit) Diodorus, Plutarchus eoſdem *Cimmerios & Cimbros* eſſe putant. Quidam Cimmerios dictos eſſe arbitrantur, quaſi *Chimerios*, i. e. hibernos: quam rationẽ, Proteas Zeugmatites tuetur. Feſtus Pompejus de Cimbris & Cimmeriis in hæc verba ſcripſit: Cimbri linguâ Gallicâ *Latrones* dicuntur: Cimmerij homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt.

Martialis:

Si daret autumnus mihi nomen,
Oporinus *eſſem*:
Frigida ſi brumæ tempora,
Chimerinus.

Fuerunt, qui pro Cimmeriis, *Cemmèrios* ſcriberent, à caligine, quam κέμμερον vocant, quòd in perpetuis tenebris habitarent. Longiùs originem Euſtathius quæſivit, dicens Cimmerios, quaſi κεκμῆρες ἐν τῷ νέφει, i. e. caligine. Alij *Cerberios* dixerunt, in quorum numero fuit Crates, quòd loca tenerent *Cerbero* vicina. Eſt verò Cumber vox in uſu frequenti, i. e. impedimentum, vel onus grave. Componitur è *cum*, i. e. vix: & Ber, i. e. fero, unde Bare, vel Bery, i. e. feretrum. *Cumber* igitur ab eo, quod vix tolerari poteſt, ad omnia ferè onera atque damna tranſijt. Atque æquè *Cummer* atque *Cumber* pronũciatur ἰυφωνίας gratia. Hinc fortaſsè alluſione vocum *Cimber*, *Cumber* nominatus eſt, eò quòd intolerabilis & damnoſus vicinis eſſet, propter rapinas & latrocinia. Hæc ille. E quibus facilè apparet, quàm feliciter omnia ad ἰδίωμα Germanorum revocet.

Gorgon, à terribili aſpectu. γοργὸς. Nam & velox & terribile eſt τὸ γοργὸν. Hinc *gorgoneus* vultus: *gorgonei* oculi: *gorgoneus* anguis, id eſt, truculentus. In Gloſſario Agilis exponitur, γοργὸς.

Grabatus, κραβάτῳ, κράββατος: παρὰ τὸ κρεμᾶν πὸς βάσεις, à ſuſpendendo gradu. Qui enim penſibilibus lecticis incumbunt, vel ſedent, pedibus terram non attingunt.

Gracilis. Nomen verbale: ut labilis, mobilis, ſtabilis, ſutilis. A *gracere*, aut *cracere*, apud Ennium. Ab Hebræo רוּחַ

רָזָה, emaciavit, gracilem reddidit. רָזִי macies, gracilitas, ἰσχνότης.

Granum, granulum: proprie de seminibus frumentorum. Postea de arenâ, & aliis. Ita etiam à similitudine, grando appellata. Granum à גָּרַשׁ de quo ante. Item גֹּרֶן, granarium, horreum, area.

Grassor, à gradior. *Grallator*, à gradu magno. Ita gradus militares in proverbium abierunt pro grandibus, celeribus. *Gradarius* equus: pro quo Manutio, equus alterno gressu crura molliter explicans. *Adgressus*, pro aggressus, Enn. Festo. Mars *Gradivus* appellatus est, à *gradiendo* in bello ultrò citroque. Sive à vibratione hastæ: græcè κραδάω, κραδαίνω, i. e. vibro, concutio, Festus. Potes Latinum habere ex Hebræo דָּרַךְ, i. e. gressus est, incessit per gradus: si literas modò transposueris.

Gratia, quasi *charatia*. C enim & G στοιχεῖα πυέφωνα. Et coaluit postea vox: à χάρις. Quæ ἀλλοίωσις si ferenda: etiam hæc non minus. *Gratia* aut *Gratum* ab Hebræ.

רָצָה, i. e. gratum habuit, acceptavit, dignatus est gratiâ. Tantùm antepone augmentum & habebis, quod dixi. Tuis *ingratijs* Latinè dici negat Gifanius Indic. Lucret. Aut errat, aut Plautus latinè non loquitur, qui habet in Casin. a. 2. s. 5. in Merc. a. 2. s. 4. *Gratuitus*, sicut & *fortuitus*, autoritate Horatij contra vulgum, penultimâ productâ. *Ingratum*, à probatis autoribus usurpatur: *ingratitudo* explodituR. J. C. Scaliger. Ex. 317. s. 2. *gratitudo* barbarum est & non necessarium. Non enim reperitur ipsa res in animis mortalium. At *ingratitudo*, ut æquè barbara: ita maximè necessaria vox ad significandum id, quod frequentiùs, quàm Sol ipse reperitur.

Gregorius, i. e. vigil, Latinè Vigilantius. γρηγορέω, i. e. industrius sum & vigil. Ab ἐγείρω. Hujus præt. medium ἤγρεμαι & atticè ἐγήγερμαι, & cum pleonasmo ἔγρ, ἐγρήγερμαι. Vnde ἐγρηγορέω & per apocopen ἔγρω. γρηγορέω.

Grumus, Hebr. est גֶּרֶם i. e. grumus, frustum, pars cujuslibet rei quomodocunque divisæ. Rad. est גָּרַם. i. grumulos

mulos fecit, in frusta comminuit, in partes minutatim divisit, aut contrivit.

Grus, quæ pygmæo sanguine gaudet avis. Convenit cum Heb. עָגוּר, *Agur*: & cum Græco, γέρανος. Geren, γέρη, inquit Ælius Dionysius, grus fœmina. *Gerium*, non à γέρανος; sed à γέρας. *Geranium*, herba à rostro gruino. Cæterùm vox Hebræa & Græca & Latina facta est à sono illius avis. *Gruere*, est verbum ejusdem soni. Glossar *Congruere*, συμφωνεῖν. *Congruere* inde vulgo consentire. Nam grues nunquâ solivagæ: & cum volant, certo ordine distinctæ, literâ ע, aut λ exprimunt. Id primùm Palamedes observâsse scribitur. Hinc Avis Palamedis, id est, grus, apud Martialem. Christoph. Colerus docet *ingruere* verbum militare esse, & significare, clade afficere. Vt & Servius ad illud Virg: *ingruit* Æneas Italis. Causam affert, ex Joh. Sarisberiense lib. 2. c. 13: Grus semper affert, quod expedit: unde & *gruere* verbum ambiguum: à quo *congruere*, quod perficit: ingruere contrà quod officit. Vnde illud - - *vitibus ingruit horror.*

Guberno κυβερνάω. Æolenses κυβέρνλης & κυβερνήτωρ: quâ

formâ verbalia nostra sunt. Heb. גָּבַר i. superavit, gubernavit, prevaluit. Habet literas radicales, ex quibus τὸ κυβερ, ᾶν germinet. In Gloss. *Guber*: sed puto decurtatâ esse você.

Gula, de gulare. Jos Scal. in Con: *ingluvies* à gula dicta: hinc & *ingluvioſus*, & *gluto*, *gulo*, *gumio*, *guttur*. Id manifestò est à Græco γόμος, quod significat πλήρωμα τῆς κοιλίας: *Saburram*. Latini vocant. Itaq; qui nimis se ingurgitât cibo, ita dicti ab eo. Quare & Plauto, saturæ mulieres dicuntur *saburratæ*. Hæc ille. Hebræis vocatur gula, maximè affinibus literis, עֵלִית à Rad. לוּעַ i. e. deglutavit, ligurivit. Propiùs accedit λίχνος, i. e. liguritor, gulo. Si præsertim τὸ ע legas, sicuti olim γόμος & γομάω ab Heb. etiâ.

Gutta, χυτή, quasi Chuta. *Guttus*, χυλός, à χέω. Fundi tur sanè. *Gutturnium* vas, à gattis, quas excipit. Hebræis שָׁפַךְ i. e. fudit, ἔχεε.

Gymnasium, γυμνάσιον, γυμνὸς i. nudus. J. C. Scal. lib. 1. poët. c. 22: à nudis dicta gymnasia: quod nomê hautquaquâ convenit literarijs ludis. Nusquam n. minus, quàm in tam fâctis sodalitatib. nudos agere convenit. Sed,

Sed, pace tanti viri, scholæ atque Musarum domicilia, non à nuditate sic dicta: sed ut indicentur perpetua exercitia, caque satis difficilia: qualia fuerunt athletarum, qui ideò, ut etiamnunc operarij solent ac messores, corpora nudabant; aut saltem vestes aliquà detrahebant: quo agiliores fierēt & promtiores. Neque γυμάζω, γυμνασία, γυμνάσιον, nisi pro exercitijs, aut loco istorum, facilè, quantum scio, inveniuntur. Et ipse Scal. de Insom: consentit: ἐπιγυμνάζειν. τὸ ἐπὶ significat, præter deambulationem etiam exercitationes, quas nudi magnâ ex parte faciebant. Vnde & nomen. Quanquam etiam in vestibus currebant, & in πυρρωλίᾳ, sicuti qui pyrrhicham saltabant.

Gymnocribum, γυμνόκριβον, non est, quod vulgo *scandella* in Italia dicitur: ut censuit Julius Alexandrinus: sed potiùs hordeum, nudum & decorticatum, ut nomen indicat, cùm in se contineat nomen κριθῆ: quod & Gorræo probatur. Istud est, quod à Columella lib. 2. cap. 9. *hexastichon* & *Cantherinum* dicitur. ἑξάστιχον, quia spicam fert, quę sex ordines complectitur. *Cantherinum*, quia folliculo castratum nascitur, ut exponit Ruellius lib. 2. c. 16. quod nomen ductum est à similitudine quâdam ab equis castratis, quia, quòd semine carerent, *Cantherij* vocabantur, Catone & Varrone autoribus. Vel, ut Columellæ verbis utar, quia & alia animalia quæ ruri sunt, meliùs, quàm triticum; & hominem salubriùs, quam malum triticum pascit. Cæterum Græcorum καυθήλιος & κάνθων non longè abit à significatu *Cantherij*. Est enim asinus item equus, aut generatim quodvis jumentum. Glossar. *Cantherius*. καβάλλης μηχανικός. A κάνθων est *Cantharus*, κάνθαρος, i. e. scarabeus. Gignitur enim è stercore κάνθωνος. *Cantharis*, καυθαρίς: simile animalculum.

H

Habena, lorum, quo equi inhibentur, ab *habeo*. Cujus origo alia fortean non est, quàm

quàm ab ἀφὴ ἄπτω. Aut potiùs ab Hebr. יָהַב, i. e. habuit, adhibuit. Interdum sumitur pro *habito*, à Nonio, Afranio, Salustio, alijs. Nec temerè: cum hoc sit ab illo, tanquam frequentativum. Plaut. Truc: nam mihi hæc meritrix, quæ hìc *habet*. P. Manutius notat in Ciceronis eo modo legi. *Habito* melius cum accusativo.

Virg:

Habitarunt di quoque silvas.

Idem:

Atq; humiles habitare casas - -

Servius: sanè meliùs, habito illam rem, quam habito in illâ re, dicimus. Nam etiam principalitas hujus verbi frequentativi, accusativum regit: ut habeo illam rem. Inde fit, habito illam rem. *Habitior*, i. e. pinguior, Verrius Flaccus: qui *benè habet*. Ter. Eun. act. 2. sc. 3. quæ *habitudo* est corporis? Et: si qua est *habitior* paulo pugilem esse ajunt. Ab *habeo*, *præbeo*, quasi *præhibeo*. Pariter Græcis est παρέχω. *Præbitum* quasi *præbibitum*. Plaut. Menæch. ancillas, penum, rectè *præbibet*. Sic *Probi* apud Festum, quasi *probibi*, qui se à delinquendo *prohibent*.

Virg:

Labor omnia vincit Improbus.

i. e. qui non inhibetur, ἀπαραπόδιστος. Quam vocis proprietatem Interpretes secuti non sunt. *Inhibeo* est totum verbum nauticum (inquit Cic. 13. epist. ad Att.) arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Atqui tàm etymon, quàm usus laxæ significationis esse ostendit. *Debilis* quasi *debabilis*. *Habeo* est Græcis ἔχω & inusitat. χέω: fit ab Hebræis אָחַז i. e. tenuit, habuit.

Hæresis, αἵρεσις: ab αἱρέομαι. Ab eligendo, quòd quisque eligat, quæ sequatur vitæ instituta, ut fuerunt Philosophorum sectæ. Ita apud Judæos septem fuerunt hæreses; quod Epiphanius notat & Carol. Sigonius lib. 5. c. 11. de Repub. Heb. Nempe Sadducæi, Scribæ, Pharisæi, Hemerobaptistæ, Nazaræi, Ossæni vel Essæi, & Herodiani. αἱρεῖν à בָּחַר i. e. elegit.

Hagar הָגָר, nomen ancillæ, quod è Biblijs notum. Inde *Hagareni* populi: nunc *Saraceni*, corruptè. ח enim, ut apud Græcos iste spiritus, aliquoties in Sibilum abit.

Aut à *Sara*, cujus ancilla fuit Hagar.

Halcedo: cur enim Eustathius H negligat non video. Ab ἅλς & κήδω, quod sit avis marina. Aut ab ἁλκυών, *Halcyon*, quod fit à κύω: quoniam pullos in scopulo maris pariat.

Halec, non *alec*, vel *alex*, ut malunt aliqui. Ab ἁλυκὸς: ἅλς, mare, sal: quo gaudet & maceratur. *Haleces* quidam dicere trepidant: cum & soles & lunas & mundos & Phœnices admittant: nempè *singularia*, & præter necessitatem. Quæ tamen *Haleces* dicere omninò jubet: scil. ob multitudinem. Nec abest autoritas. Jul. Scaliger in Ex. multitudo *halecum*. Euricius Cordus 2. epig. Quòd tres *haleces* dixi me, Sexte, reprendis.

Haliæetus, & *Haliætus*, ab ἅλς & ἀετὸς, Jonicè αἰετὸς: Latine Aëtus ex ἀετὸς. J. C. Scalig. Exer. 23. Idem Falco, Nisus, Haliætus, è Virgilij pulcherrimo poëmate. Nisus enim in Haliætum, eo canente, mutatus est.

Halo ἅλως: area circa Lunam: Latinis corona. Scilicet à figurâ illâ.

Halophanta, seu rectius *Holophanta*: quid sit dubitatur. Quidam *Holophanta*, malunt: Græcè ὁλοφαντὴς, qui omnia ostentet, & mentiatur. Ab ὅλος & φαίνομαι. Ita enim Turneb. lib. 11 cap. 5. putat, *Holophantem*, i. e. in omni re impostorem, vel qui omnia mentitur. Festus: *Halupanta* significat omnia mentientem ἀπὸ τῆς ἅλης, i. e. πλάνης, & ἀπάτης. Ad quod Jos. Scal. Ego suspicor Plautum scripsisse *Halopanta* per O: ut παρὰ τὴν ἅλην simile faceret: ut παρὰ τὸ σῦκον factum est sycophanta. Nihil significat *Halopanta*, sed Comicè ex tempore lusum est propter habitum marinum. Et rectè hodie in codicibus Plautinis legitur per O, Halophantam. J. Palmerius: ἅλς contumeliæ verbum est, ut *febris*, *vomitus*, *pus*: hinc in Curgulione, *halophanta*: & Pœnulo, *balagoras*, seu ἁλὸς ἀγορᾶς. At enim quænam istarum opinionum optima? Difficile est agere Palæmonem, & rectam instare viam, ubi tàm magni viri diversè abeunt. Interim si, & origo, & significatio putetur, malim cum Turnebo facere: ut sit ὁλοφάντης, quasi totus in ostentatione

tatione, & mendacijs. Quo sensu tantum abest, ut aliquid textui Plautino decedat, ut plus lucis accedat. Expressè enim ibi vocatur, *Nugator lepidus*: id est, qui omnia lepidè fingat, ostentet, mentiatur. Et Nonius ob fuenda mendacia conduci Holophantam affirmat.

Hallucinor, ab *Hallux*, aut *hallus*, i. e. maximus pedis digitus, i. impingo vel illido *hallum*: ab ἅλλεσθαι. Glossar. *hallus*, ποδὸς μέγας δάκτυλος. Formatur ut à balbus, balbucinor: à sermo sermocinor. Aliud est *alucinor*, i. e. videndo fallor, à luce aberro. Lux enim objectum visus. Itaque quod ab ἀλύω apud Agell. lib. 16. c. 12. minus commodè flectatur, indicio aut documento sit compositum illud priscum in Festo, *oblucinasse*, i. e. mente errasse. Ad quod Jos. Scaliger: Manifestò ostendit & *allucinasse* compositum esse. Et ita est. Nam *Lucini* inter eos numerati, qui aliquo oculorum vitio laborant. Plinius: *Ocellæ & Lucini* cognomen injuriæ habuerunt. Hæc ille. Fuere tamen, qui cum S scriberent *Luscini*. Sed & *Luscus*, *Luscosus* à luce nominantur, interjecto S: sicuti *cœsna*, *dusmus* erat antiquis: quod nunc cœna; dumus. Illa autem retinuimus τῆς διαφορᾶς ἕνεκα. Nam *Lucus* aliud significat. Itaque *Luscus* dici oportuit.

Hara pro stabulo porcorum, anserum & similium. Etiam origo locum quemvis cœnosum esse arguit. Ab Hebr. חֲרָא, i. e. excrementum, stercus, hara. Ex eodem formatur χέω: inter alia polluo, inquino.

Haurio, ἀρύω, J.C. Scal. in Theoph. de plant: *Auster* è siccis locis flans humidus est nobis propter mare, quod transmeat: unde ab *hauriendo* Latinum nomen.

Haut. Quinctil. ait lib. 1. sermo constat ratione, vetustate, autoritate, & consuetudine: Rationem præstat præcipuè *analogia*, nonnunquam & *Etymologia*. Quidnî ergo nos quoque rationi litemus ante omnia: nec *haud* ex consuetudine scribamus, sed *haut*? Quia, sic pronunciamus, non molliter: quia fit ab *aut*, conjunctione disjunctivâ. Nihil enim aliud negatio, quàm subjecti & prædicati divulsio.

J.

J. C. Scalig. c. 22. L. L. potius utrunq; ficciore elemento ſcribendum ſit, *aut*, *baut*. Negativæ *haut*, addita eſt aſſpiratio differentiæ cauſâ. Græcum fuit αὖϑι. Omnis autem disjunctio obtinet vim negationis. Græcorum νὴ & νὶ, quod cernis in νέποδες eſt per μετάϑεσιν ab אַיִן & Latinor: IN. quando privat. Ibidem. *Adque* illi dixere, nos *atque*. Sanè melior priſcorum ratio. Nam & mollior ſonus eſt, & origo ſervatur. Præpoſitionis enim vis ad huc manet, ut dicamus: Tu *atque* ego: & ſit, *Tu & ad te* ego. Sed voluere diſcrimen eſſe inter præpoſitionem & conjunctionem. Ejuſdem modi fuit, *ſed*. Nam è contrario olim erat, *Se*, *Et*. Diſjungit enim, Tu curris *ſe & ego* ſedeo. Separata enim eſt actio mea ab opere tuo. Adverſatur enim vox illa, *S E*. Papæ, βαβαὶ & παπαὶ ab Hebræo אֲבוֹי, quod ejuſdem notæ.

Hedus, nonnullis ab αἰδὼς, i. e. membrum genitale: quia ſit animal libidinoſum Ovid. 13. Metam: *tenero laſcivior hedo*. Et illi per Æ ſcribunt. Malim *Hedus* ab Heb. גְּדִי quaſi *Gedus*. Eſt ejuſdem ſignificatus. Veteres etiam ſcripſerunt, *Edus*.

Helcium eſt lorum aut capiſtrum aut tænia ſpartea collo jumentorum indita, ut eâ machinas trahant. *Helciarius* apud Martialem, qui fune navim trahit, adverſus undam. Et Sidonium: curvorum hic chorus *helciariorum*. Ab ἕλκω. Sicut *alea* ab ἄλη. ἀλάομαι. erro. Nihil aleâ incertius.

Helleborus, ἐλλέβορος: παρὰ τὸ ἑλεῖν τὴν βορᾶν: quòd eſu perimat.

Helucum & languidum ac ſemiſomnum, quod poſt ebrietatem contingit. Græci vocant ἔωλον, Feſtus. Ita Tertullianus gravitatem capitis vino excitatam, ſeu crapulam appellat, cùm ſcribit: Liberum eundem apud Ægyptios *Oſirim*, Harpocration induſtria hederatum argumentatur, quòd hederæ natura ſit caput ab heluco defenſare. Eò facit, quòd etiam hedera Baccho olim conſecrata ſit, Rhodig. lib. 11. cap. 4. *Helucum* ab *beluonc*.

Hemi-

Hemina, mediâ longâ. Perſi. Sat. 1. *Fregerit heminas Areti adilis iniquas*. ἡμίνα: ab ἥμισυ. Eſt enim dimidium ſextarij. In ſancta lingua eſt חֲמָה quod non abludit. Eſt quippe urceus, vas, quod ſecundum Hieronymum *utrem* vocare poſſis. Ab ἥμισυ eſt Latinorum *Semi*. ut *ſemineces* apud Virgil. *Semita* ab *itu*, ut ſit via minoris ſpatij. Varro: quâ ibant ab *itu iter* appellârunt: quâ anguſtè *ſemitam*. Nec *ſesqui* aliunde, ſicut enucleat J. C. Scal. lib. 2. poë. c. 16. Ac viri quidem docti, quid eſſet *ſesqui*, diligentiſsimè declarârunt: unde eſſet non dixere. Nobis in originibus ita viſum fuit. *Sesqui* fuiſſe per initia *ſemis æquum*. Idem enim eſt, quod ἡμιόλιον, ſemis totum. Poſtea uſu extorquente coaluiſſe ad brevitatem. Inde Terentianus novam poſuit vocem, *ſeſquata*. Quam vocem Auguſtinus in lib. de Muſica malè fuit interpretatus: quaſi, inquit, *ſe abſq;*: veluti dicas, præter ſe 1. e. ſuam quantitatem, etiam dimidio ſuperat.

Hercules, ἡρακλέης & ἡρακλῆς contract. Ab ἥρως, id eſt,

Juno, quæ denotat aërem: & ἀπὸ κλέος gloria. Quaſi dicatur, vir ſupra vulgarem conditionem, aërius, cæleſtis. Aut quaſi *Heroum gloria*. ἥρως *heros*: ab ἠέρα, vel aër, quia Heroes non ſapiunt terreſtria, ſed ſupereminent inſtar aëris. Heb. eſt חֲרִים Heroes, illuſtres. Bene Auguſtinus: *Herois* nomen à Junone dicitur tractum, quod Græce Juno ἥρα appellatur: & ideo, neſcio quis, filius ejus Heros fuerit nuncupatus. Hoc videlicet veluti myſticum, ſignificante fabulâ, quod aër *Iunoni* deputetur, ubi volunt cum dæmonibus *Heroas* habitare.

Lucanus.

Quòdq; patet terras inter Lunæq; meatus
Semidei manes habitant: quos ignea virtus
Innocuos vitâ, patientes æthe-
Fecit - - - (*ris imi*

Semidei i. e. heroes: ἀνδρῶν ἡρώων γένος, ut vocat Heſiodus. *Heroina*, ἡρωίνη. Herois, ἡρωΐς. Heroicus, ἡρωϊκὸς. *Herodes* non aliunde: Item *Herus*, *herilis* annotante J. C. Scal. lib. 1. L. L. c. 26. Et ab *Herus*, *heres heredis*. Aut ab Heb. יָרַשׁ poſſedit, heres fuit. Gloſſar. *Heres*, κύριος, κληρονόμος.

Me hercule & *mehercle* & *me-hercules*: Cicero orator. Libentius dixerim *me hercule*, quàm *mehercules*. Juramentum Ethnicorum, Christianis fugiendum. A μὰ. Caterum ut Medius fidius, Mecastor: ita etiam mehercules ἀναλόγως, rectè dicitur, ut docent exempla.

Herniæ nomen, παρὰ τὸ ἔρφω formarunt, ut & ramicis. Vtrunq; enim, quod cùm intestinum incipit in scrotum decidere, videtur ramum facere. *Hirnea*, vel potius *Irnea*, ut apud Plautum amphit: genus vasis vinarij. Antiquitus *Erneum*, unde & ita genus libi ei simile, aut ad ejus formam fictum, vocabatur: παρὰ τὸ ὄρνεον, quòd *avis* figuram haberet: ut quod musculi formam, μυόβαρβον. Vnde *Myobarbum* Ausonij. Nam βάρβος vasis genus. Sic quod *Scarabæo* similis, κάνθαρος. Ios. Scal. in Catal.

Hetruria, quasi ἑτερωρία: ab ἕτερος ὄρος, qui extenderetur ad alteram ripam Tiberis. Ita ajunt in trivijs, & plura. Alijs ab ὄθρυς, quod Creticè mons est. Ios. Scalig. in Var. de re rust. ut λύγυς (inquit) *Ligures*: sic ὄθρυς, *Etrures* Vbi O in E mutatum more illo Romanorum antiquo. Nam veteres Pelasgi, qui insederunt in Italia, ita vocârunt nobilem partem Italiæ montosam (ὄθρυες enim montes) ut τὴν πεδιάδα *Campaniam*. κρεμπὶς enim eorum vox prisca. Sic *Herniceam*, asperam, ut in Græcia τὴν τραχίνα. Sic oppositam orienti *Apuliam*, Ἀπουλίαν, ἀπωλίαν. ἥλιος enim sol. Eodem modo in Etruria vocarunt umbros. Ea enim vox apud veteres significabat spurium. Vnde apud Plinium insititium quoddam genus ovium *Vmbri* dicuntur; ut apud Græcos ὀμβρίκιοι.

Hetta. Festus: est res minimi precij, quasi *hieta*, id est, hiatus hominis, atq; ostentatio. Inibi Jos. Scalig. Veteres glossæ, *hetta, ebia*, φλυαρὶς δόξης. At *Hitta* aliter interpretantur: *Hitta*, *Hitta*, ὑμὲν ῥοιᾶς: quod ciccum dici alibi diximus: & *Hittus* φωνὴ κυνὸς. Vnde factum *Hittio*, ἰχνεύω, proprium canum vestigia indagantium cum aliqua vocis nictatione. *Hieracium*, ἱεράκιον: ab ἱέραξ, διὰ τὸ ἱερὸν ῥᾶον id est, φέρεσθαι: quia sit pernicissima avis, ut proverbio locum dederit: Ocior accipitre. Apud Hebræos est רָאָה: dictus, ab acuto visu. Inde malim ἱέραξ facere. Latini ducunt suum ab *accipiendo*, id est, rapiendo Mar. l. 14. prædo volucrum.

Hilaris & *hilarus*, ἱλαρὸς: ab ἱλάω. Ab hilaritate olim *Hilaria*, quæ ex eo concepta est, quòd sol ab hoc æquinoctij die diem longiorem nocte protendit, ut Macrobius ait. Celebrata enim sunt 25. Martij. Turnebus Matris deûm fuisse credit illas ferias. ἱλάω, ἵλεως ab Heb. חָלָה mitis, benignus fuit.

Hinnus, è Græco ὕννος vel ἴννος dicitur ἡμίονος, ex equo & asinâ natus. *Hinnulus* deminutum. Vel propriè *binnulus*, ἴννος, est pullus vel equarum, vel cervarum, vel caprearum, vel damarum, vel similium. Varro: muli & hinni bigeneri. Glossar. Hinnulus, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου. Hinnuli, λεπτοί.

Hippomanes, quod equos ad furorem & intemperies libidinum stimulat: ἱπποµανὲς, à µαίνοµαι. Ita dicitur

nunc *planta* apud Theocritum. ἱππομανές φυτόν ἐστι παρ' ἄρκασι - -

Neq; id abusive, ut cēset Servius: quia etiam in rabiem agit equos. Nunc *virus* ex inguinibus equarum defluens appellatur Hippomanes. Aristoteles: ὃ ἔκρει ἐκ τῶν αἰδοίων ὁμοίον γάνει, λεπτότερον δὲ πολὺ καὶ τὸ τῶν ἄρρενων.

Virg. 3 Georg.

Hinc demum hippomanes, vera quod nomine dicunt
Pastores, lentum destillat ab inguine virus.

Vero nomine i. e. congruo cum re ipsâ: utpote quâ equi in furias aguntur. Tibullus l. 2. E. 4. *Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ.* Cupidæ h. e. maris, aut coitus: dum amat, ut Ovidius ait: quid valeat virus amantis equæ. Deniq; hippomanes dicitur caro illa tenera in fronte pulli equini, recèns editi; quam genitrix illicò devorat, tanquam fomitem & q. illicem amoris.

Virgil. 4. Aen.

Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus,
Et matri præreptum amor - -

Etiam Aristoteles: ὅταν δὲ ἵππη ἡ ἵππος, τότε χόριον ἐνῇ

ἐυθὺς καρδίαν καὶ ἀπροβίαν τὲ πόλλα, ὃ ἐπιφύεται ἐπὶ τὲ μετώπε τέτων τῶν πώλων, ὃ καλέεται ἱππομανὲς. Nomen igitur, Hippomanes, tribus illis, quæ dixi, commune; propter eundem effectum h.e. insaniam, sive furorem, qui ex nimiâ cupiditate & æstu Veneris: quod ajunt Physici. Cæterùm ab *Hippus*, ἵππος, est *Hippacare*, aut, ut Glossæ Isidori volunt, *hippitare* i. e. celeriter animam ducere, ab equi halitu, qui est supra modùm actutus, Festus. *Hippagines*, naves quibus equi vehuntur: Græcè ἱππαγωγὶς. *Ephippium*, ἐφίππιον. *Philippus*, φίλιππος: à φιλέω. i.e. eques, amator equorum. *Equisetum*, rectius *equisetum*: ab equinâ caudâ: ἱππουρὶς, Hippuris.

Hirundo. Vt cœruleus, pro cœluleus factum: ita hirundo, pro *belundo*, uti veteres utebantur, à χελιδὼν. *Chelidonia*, Gazæ hirundinaria: quòd eâ hirundo oculis pullorum medeatur, Plinio autore. Vel quòd sub hujus adventum germinet: Theoph. l. 7. c. 14.

Historia est gesta res, ab ætatis nostræ memoriâ, Cicer. 1. de Invent. At popularis illa est finitio. Nam historia est

etiam nostrâ ætate factorum: immò rerum, quæ semper obviæ & æternæ. Quò Aristotelis Historia animalium referenda. Igitur alia desideratur. Ex origine ἱστορία est cognitio ocularis: ἵστωρ, ἱστορία, ab ἵστημι & ὁράω. Quando quid novimus, non leviter, non ex rumore: sed indicio, & judicio visus, sive nostri, sive alterius, qui non fallit. Et hoc est, quod ait comicus: *Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem, qui audiunt, audita dicunt; qui vident, planè sciunt.* Et in Menæch. servus planè alludit originem: quin nos hinc domum Redimus nisi si historiam scripturi sumus. Ergo qui scribere histo. riam cupit, & sciat res, quas meditatur: & ita sciat, ut vel ipse viderit: vel quia omnia unum videre difficile, ab ijs, qui viderunt & quibus fidendum, audiat.

Homilia, ὁμιλία Græcis παρὰ τὸ ὁμοῦ πὼς ἴλας ἔσθλειν Hebræis הֲמוֹן id est, strepitus verborum, turba, cõgregatio.

Homonyma, ὁμώνυμα ab ὁμῶς & ὄνομα. Nostris recentioribus aptissimo vocabulo *æquivoca* libuit appellare: quasi vocis hæreditate æquali rem inæqualẽ repræsentarẽt. Si

Si quis *Vnonyma* velit dicere, nihil vetat: sed Græca appellatio magis sapit, ὁμῶς enim simul significat, non autem ἴσως. Itaq; Latini non ita rectè, cum æquitatem illam interseruere, *Aequivoca*. Itaq; commodius fortasse nos *Vnonyma*: ut *una* sit adverbium simul. *Synonyma*, συνώνυμα, Græcis prudentissimè dicuntur. Cum nomine enim rem communicabant. Non enim τὸ οὖν, conjungit ea sub nomine: sed nomen, & nominis rationem. Latinè *cognomina* rectissimè dicas. Παρώνυμα, quæ παρά τι ἕτερον derivarentur, solâ terminatione à priore differentia. Latini *denominativa* commodè vocitârunt. J. C. Scal. c. 91. L. L.

Honos, honor. Veteres *Onor* scribebant. Est à prisco ὄνω, unde ὀνίνημι: ut ab ὠνὴ factum ὠνίσιος: ait Jos. Scalig. Sunt autem ὄνημι, ὀνίνημι ὀνέω, ὀνεσιφόρος & cætera ab Heb. אוֹן vel הוֹן i.e. utilitas, facultas, opulentia, aut opes labore aut conatu partæ. Thema est רוּן id est, magnopere conatus est, laboravit, contendit. Procreat etiam Latin. *Conor, conatus*.

Horatius non ab ὡραῖος: non

ab *oro*, quia repugnat modulus primæ syllabæ, quæ brevis. Sed ab ὁράω: unde ὁρατὸς. Prop. 3. Et cecinit Curios fratres & *Horatia* pila. Ovid. 4. Trist. Detinuit nostras numerosus *Horatius* aures. Temerè itaq; Oratius, omissâ literâ H, scribitur. Advertatur origini: Græcis scriptoribus, quibus est ὁράτιος: marmori, quod Venusiæ, in patria Horatij legitur: C. OPTIO FILIO HORATIO LEGATO XII. COHORTIS PRIM. Deniq; numo æneo exprimenti ipsam Horatij effigiem, in quo hæc verba: FLACCVS HORATIVS. Est verò idem, qui aspectabilis, ὁρατός. Plato in Timæo, ubi de DEO loquitur, ipsum videlicet fecisse ζῶον ἓν ὁρατὸν, id Cicero de Vniversitate vertit, animal *unum aspectabile* seu, ut idem in Off. loquitur *spectatu dignum*. ὁράω, ut & ἴσωρ, ἱστορέω, est ab Hebræo רָאָה, vidit. Aut à שׁוּר i. e. adspexit, intuitus est, spectavit curiosè.

Horizon ἀὸ ὅρος, terminus. ὁρίζω finio. Cic. 2. de div. Illi orbes, qui cœlum quasi medium dividunt & aspectum nostrum definiunt, à Græcis

ὁριζοντες, à nobis *Finientes* rectissimè nominari possunt. Aliud est ὄρος, id est, mons, ab Heb. הר, הרר i.e. ὄρος. *Aaron* vel *Abaron* est mons, sive princeps laudis. הָר, mons. רָנַן i.e ovatio, laus. Rad. רָנַן i. e. ovavit, exclamavit præ lætitia. Vnde & Græcor. ὄρνις: scilicet à cantus perpetuitate. Avia nam resonant avibus, inquit ille.

Horror est asperitas corporis: ubi contrahitur cutis & arrigitur coma. Similiter apud Heb. est vox שַׂעַר id est, horror, ubi pili exstant rigidi. Et יָגֹר est horruit. Glossæ *horripilatur*, ὀρθοτριχεῖ. Descripsit maximus poetarum: *Obstupui steteruntq; comæ*. Id propterea fit, quòd introrsum refugiunt spiritus, cutemque destituunt. Vox autem est à reipsâ, quam æmuletur, desumta. *Metus*, ut finit Cic. 2. Tusc. est opinio magni mali impendentis. Idem in Caton. *Metuere* est servorum: *vereri* liberorum. *Metus* (inquit J. C. Scalig. Ex. 312.) est demissio animi propter expectationem futuri mali, παρὰ τὸ μένειν. Amittitur enim constantia. Sic dicimus abjicere

consilium. *Filius* verò in Cos. ducit à μίσγω: quod est antiquum, unde μεμοθμένος, μοθος.

Hortus, à χόρτος: quod nunc herba est, vel gramen, vel etiam fœnum, unde etiam Latin. cordum: nunc septum. Etymon horto conveniens. Matth. 6. χόρτος τῆ ἀγρῷ i. e. gramen agri. Jacob. 1. ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται i. e. flos herbæ: vel etiam flos horti: sicut κρίνα τῆς ἄγρας, lilia agri.

Humanus ab homine: παρ' ἀντίφοιχον. *Humanitas* virtus, quæ maxima hominis officia complectitur. Græcis ἀνθρωπότης ἢ ἀνθρωπισμός. *Studia humanitatis: politior humanitas: literæ humaniores* dicuntur, quæ aliàs bonæ artes aut liberales, μαθήματα. Et meritò. Sunt enim ab hominibus, DEI gratiâ, inventæ: sunt hominum propriæ. Et qui finis illarum? Vt ruditas illa animi, &, ut sic dicam, agrestis ferocitas exuatur, & *homini humanitas* reddatur. Aristoteles: πᾶσα τέχνη καὶ παιδεία τῶν προσλείπει βέλεται τῆς φύσεως ἀναπληροῦν. τὸ προσλείπον i. e. quidquid deest: uno verbo si vis, humanitas quæ naturâ abest, per has artes reddenda. Plato

Plato evidenter; ὁ ἄνθρωπος παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὼν θειότατον ἡμερώτατόν τε ζώων γίγνεται φυλεῖ· μὴ ἱκανῶς δὲ, ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, ἀγριώτατον μὲν ὅσα φύει γῆ.

Humus ait J. C. Scal. l. 1. de c. L. L. c. 26. est ab ὕμνος. Ita erit terra compluta. Vel à χυμός, quod est liquor, à χέω aut ab Hebræo, חֶמֶס id est, humor, liquor. Cognationem habet cum מַסָּה & מָסַס i. e. liquefactus est. Ejusdem originis est *humeo humor, humidus, humecto*. Alioquin & χαμαὶ Græcis humi est. *Postbumus* à *post* & *humus* id est, qui post humationem, sive sepulturam patris sui nascitur. Notum enim est, quòd *humare* sit sepelire, mandare terræ. *Postbumare* Tertulliano est post nasci & posteriorem esse. Plautus manifestò alludit in Aulul. *Post* mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum: Si *eam* senex anum prægnatem fortuitò fecerit. *Quid* dubitas, quin sit paratum nomen puero posthumus? Et Cicero 3. de fin. Dicuntq; ut liberis consultum velimus, etiam si *postbumi* futuri sint. Idem pro A. Cæcin. filium *postbumum* appellat,

qui natus erat defuncto patre, dictusq; *Postbumus*. Igitur *H* ne omittatur, *postumus*, ut nonnulli malunt. *Postumus* i. e. extremus, postremus: formatur ut citimus, intimus, extimus à post. Itaq; dicendum etiam *Postimus*. *Postbumus* i. e. post patris mortem natus, inquit Festus. Vt itaq; origo: sic etiam significatio dispar, quæ ne confundatur. Inde componitur liticula illa apud Agell. lib. 2. c. 16. è Virg. 6 Aen. Tua *postuma* proles. Nimirum si Sylvius post obitum Aeneæ natus sit, ut multi tradiderunt: jure postbuma proles dicatur. Alioquin & postuma i. e. ultima, ratione ordinis, non incommodè appelletur. Ita rectè: postuma dies, id est, extrema. Postuma spes i. e. ultima apud Apulejum.

Hyades sunt in capite Tauri. Hesiodo 5. Proclo 6. Hygino 7. numerantur. Maro innuit originem, dum 1. Aen. nominat *pluvias*: ἀπὸ τοῦ ὑειν, quod cient. Apertè Ovid. 5. Fast. Navita quas hyadas Grajus ab *imbre* vocat. Et.

Mater Hyan & Hyan mœstæ flevere sorores,
Cervicemq; polo supposituras Atlas:

Vitius uterq; parens tamen est pietate sororum,
Illa dedit cœlum, nomina fecit Hyas.

Idem ait Cic 2.de Na.de.quo sensu & *succulæ* à *succo*, vel humore, apud Plin.l.2.c.42. & l.18.c.26. Veteribus etiam sidus *Palilicium*, quia Palilibus vesperi occidere incipiebant. Apud Agell.l.13.c.9. Tullius Tiro M. Ciceronis libertus ita: Adeò (inquit) veteres Romani literas Græcas nesciverunt, & rudes Græcæ linguæ fuerunt, ut stellas, quę in capite Tauri sunt, propterea *suculas* appellârint, quòd eas ὑάδας Græci vocant, tanquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit; quia Græcè ὗες, sues Latinè dicuntur. Sed ὑάδας (inquit) οὐκ ἀπὸ τοῦ ὑεῖν, ita ut nostri Opici: sed ab eo, quod est ὕειν, appellantur. Nam & cùm oriuntur, & cùm occidunt, tempestates, pluvias, largosq; imbres cient. *Pluere* autem Græcâ linguâ ὕειν dicitur. Hæc Tiro in pandectis. Sed enim veteres nostri, non usq; eò Opici, & agrestes fuerunt, ut stellas hyadas iccircò succulas nominarent, quòd ὗες, Latinè sues dicantur: Sed, ut, quod Græci ὑπὲρ nos *super* dicimus: quod

illi ὑπτιος, nos *supinus*: quod ὑφοβὸς (ab ὗς & φέρβω pasco) nos *subulcus*: quod item illi ὕπνος nos primò *sypnus*, deindè per y Græcæ, Latinæq; O literæ cognationem *sopnus*. Sic quod ab illis ὑάδες, à nobis primò *syades*, deinde *suculæ* appellatæ. Hæc Agellius.

Hyems, aut Romanè *Hiems*, alijs *byemps*, ut sumptus, tempte. παρὰ τὸ ὕειν, quoniam pars anni pluviarum & tempestatum plenissima. *Hibernus* i.e. hiemalis, ab hieme: ut à diu, diurnus: hodiè hodiernus. Græcorum χειμὼν ἢ χεῖμα, plerisque dicitur à χέω, quod est fundo. Atqui Hebræ: est כִּימָה, id est, fidus cœleste, cujus ortus & occasus efficit frigora ac tempestates, estq; in Angulo aquilonari. Quidam interpretantur aquosum *Orionem*: quidam *Arcturum*.

Hygiea, *byges*; crebrò hodie in usum venit. ὑγίεια, ὑγεία, jota extrito ὑγιὴς, sanus. Ab Heb. גָּהַר sanavit. Ars illa ὑγιεινὴ, aut medicina cur *muta* dicitur? Liceat mihi διεξοδικῶς quærere: & illud

Virgilij.

-- mutas agitare inglorius artes,

delibare.

Mu-

Mutas, i. e. latentes, *ignobiles*, aut ignominiosas, dicunt ἀτίμους; decepti *vocula inglorius*. At non pertinet ad artem, sed ad consilium viri, qui maluit domi suæ latere, quàm extrà opibus inhiare: aut gloriæ. Potiùs vocat *mutas* συγκεκλικὰς, i. e. comparat cum strepitu augurij, citharæ, sagittarum, quibus medicam Japis prætulit: etiam in se mutam, hoc est, difficilem, obscuram, & quia olim discipulos medicorum oportebat esse mutos, ἄφωνους, i. e. silere mysteria illa, nec in vulgũ spargere. Menandri illud, non vult mussare medicum, sed taxat garrulum, aut blateronem: ἰατρὸς ἀδόλεχος τοιοῦτ' πάλιν τόν.

Hymen, hymenis, mediâ brevi, contra Priscianum. Nam & Poetæ corripiunt, & Græcis est ὑμὴν, ἵνος. Et in naturâ muliebri membranula, quæ scinditur virginibus primo quoque Veneris tentamento atque aditu. Inde factum nomen Numini à Græcis. *Hymenæus* est carmen nuptiale, ὑμέναιος. *Hymeneius*, ὑμεναῖος. Numeris hymeneia dicam gaudia, ait ille, Hymeneon, ὑμέναιον, id est,

membranula. An etiam *Hymenæon* dicatur in Neutro, vel tanquam Adjectivum, ut vota hymenæa, i. e. nuptialia; quæritur. Apud neminem è veteribus, quantũ memoria mea fert, legi. Lucretius enim lib. 1. Græcos imitatur:

-- posset claro comitari hymenæo.

Interim *Hymenæon* dici potest analogicè, mutato casu, è Græco ὑμέναιος: quomodo aliàs *lagena*, *metreta*. Aut etiam jure suo Romani in urbem recipiant hoc tanquam Adjectivum, *Hymenæus a um*: ut alia similia. Lotichius:

- ad sponsæ thalamos hymenæa canamus.

Quale vero illud sit Calentij, nescio cujus; *Audis tædiferum pueros Hymenæa canentes*; non satis conjecturam capio. Sic fortè pallietur: Audis canentes Hymenæa tædiferum, i. e. tædiferorum, h. e. qualia canunt tædiferi. Stigelius verò erravit: Gratulor ergo tibi *felicem hymenæa*, SABINE. Id quod nullâ ratione excusari quit; nullâ veterum autoritate.

Hymnus, ὕμνος ab ὑδέω: quod ab Hæbr. הַיָּרַךְ, i. e.

jubilum, celeusma, exclamatio tota.

Hypocrita, ab ὑπὸ & κρίνομαι: qui subdolè & occultè judicat, aut simulat. Græcè ὑποκριτὴς. ν abit in A apud Latinos. Vt τηγανίτης, ταγανίτης, *taganita*, à τήγανον: σατράπης, *Satrapa*: πειράτης, *pirata*, à πειράω: *Catarracta*, καταῤῥάκτης, & omisso, R, *Cataracta*, καταράκτης: à ruptrone: ῥάσσω, ἀράσσω.

I

Jacobus, i. e. supplantator. Tenuit enim plantam fratris Esavi. R. עָקַב, i. e. calcaneo supplantavit, item pessimè dedit.

Jambus, J. C. Scalig. lib. 1. poet. c. 54. ἰαμβίζειν impetere: πρὸς τὸ ἰέναι & ἀναβαίνειν, cum insurgimus jaculationi. Non autem à *Jambe* mulierculâ, à qua versus usum sibi sumserit Hipponax & nominarit, ut ait Hephæstio: qui lavanti lanam sibi cum faceret negotium poëta, illo cum verriculo amoverit, quo postea delectatus est:

ἄνθρωπ' ἄπλυτ' ἀπὸ τῶν σαύρων
ἀναπήδα κάτω.

Et c. 12. Hoc fuit ἰαμβίζειν, quod nos maledicere: sicut ait Aristoteles, & repetit Strabo. Inde nostrum jacere, πρὸς τὸ ἰέναι ἄχθ. Vnde *jacere* maledicta apud Livium: *jacere* contumeliam, atq; etiam injuriam apud Ciceronem. Ex quo ad eandem notionē, *objicio*, compositum est. A *jacio*, *jactum*, est *jactura*. Facere jacturam, quando res projicitur. Item *jaculum*. Quomodo *Faculum* rete dicatur in Plauto, non possum non doctorum ἐξηγήσεις adducere. Plautus asin. a. 1. sc. 1. *Venari autem rete jaculo in medio mari.* Est *rete jaculum* dictum à jaciendo: quod & funda appellatur à fundendo, vel fundo. 1. Georg. Atque alius latum *fundâ* cum verberat amnem. Dicitur jaculum rete ad differentiam *verriculi*, quod non jacitur, sed verritur. Ioseph. Scal. in Catal. Rete jaculum dici ait, ut metra verba Virgilio: pallium peristroma Vlpiano: arvus ager, laniena taberna Varroni apud Nonium: ancile scutum, lapidem silicem, tibicini modi, pœna multa apud Ciceronem: fidicinæ fides, ventus turbo, apud Plautum. Hæc ille. Mihi videtur cùm alterum semper alteri adjiciatur, declarationis & majoris differentiæ causâ, posse excusari per *Appositionem*, ut vocant Grammatici: quædam etiam esse adjectiva, quæ tamen communiter pro substantivis usurpantur: qualia multa sunt, ut amicus, festum, pecunia. Ita jaculum, arvus, ventus, ancile. Sed ad propositum. *Subjicio*: unde *subjices*, quia subjiciuntur, ut objices & obices exemto altero I, quia objiciuntur, obex. *Porricio*, ex disciplinâ aruspicum, & ex præcepto pontificum solennè sacrificantibus fuisse tradit Macrob. lib. 3. c. 2. *porrò jacio*. Πορρὸ ποιῆν ἰάω est tractus ulterior ad extrema, inquit I. C. Scaliger in Theoph. *Rejicio*, unde *rejiculæ* dictæ sunt oves, aut ætate, aut morbo graves: quia ab alijs removentur. *Amicio*, i. e. *circumjacio*, quod notat AM, ἀμφι: à circumjectu. *Amictus amiculum Amictus*, ἀμβελημάτιον. *Redimio*, quasi *redimicio*, per contractionem: inde *redimiculum*, ut *amiculum*, à simpliciori.

Japhet nomen filij Noah, qui à gentibus, ἰάπετος, *Japetus* dictus est. Græcis πρὸς τὸ ἰέσθαι καὶ πίπτειν, ab incessu volatuque. Cœlestem sphæram eo nomine intelligi mavult Eustathius. Est verò Hebraic: יֶפֶת. Alludit Ovidius:

Quam satus Iapeto mixtam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantûm cuncta Deorum.

Jaspis a יְשְׁפֵה: gemma viridis. Propterea Claudianus:

- - viridiq; angustat Iaspide pectus.

Et Mantuanus:

Multa sinus & colla virens ornabat jaspis.

Idus multæ de hujus etymo ἐτυμολογίαι. Alijs ab *Itis* vel *Idis*: alijs ab ἴδω: alijs ab εἶδος vel εἰδέναι: alijs ab ove *Iduli*. Omnes frustra sunt. Et *Idulis* ovis est, quæ omnibus idibus *Jovi* mactabatur, Festo. Ergo *Idulis* ab *Idus*, non contrà, Macrob. l. 1. Sat. c. 15. ab antiquâ Hetrusco um voce *Iduare*, i.e dividere, flectit: quoniam *Idus* dividant mensem. Sed nondum plenè satisfacit. Etiam vulgo videas poni *iduare* φιλαρχαϊκῶς pro distribuere: sed vim minùs capiunt. Item *vidua à viro* aut verius, à *ve* & *idua*, i. e. per mortem à marito separata: sicuti Nonio *Bivira*; aut *Divira*, à δὶς eâdem causâ. Sed ubi tandem origo? Tentabo: quia sæpè hactenus alea jacta.

In arithmeticâ numerus binarius est primus, qui dividitur: & quidem in principium: Talmudicè דְּוַי, i. e. duo: Græcis est δύο, & δίς: unde Δ͵ & Lat: *Dis*, quod plurimis verbis addit significationem sejungendi ab alio. Vbi nec prætereundum, quòd pro modulo binarij omnia in hac universitate primùm in duo distinguantur. Nempe hic mundus dividitur in cœlestem partem, & elemementarem: corpus in materiam & formam: homo in animam & corpus. Estque διχοτομία prima omnium divisionum & principalis, ad eamque reliquæ, velut ad caput suum, omnes reducuntur. Quod cùm priscis sapientibus notum fuerit, solertissimè id verbum fecerunt, quo divisio illa primaria exprimeretur. Quippe *iduo* est εἰς δύο: & amplius *dividuo*: à *dis*, *ve* & *iduo*: verbum emphaticum. Nisi pro VE Æolicum digamma assumas. Idem quoque Germani imitantur: quando volunt indicare, aliquid divisum esse, dicunt: Es ist in zwei, i. e. dividuum hoc est, comminutum, & fractū est. Hæc conjectura nostra qualis sit, judicent ij, quibus sincerum judicium.

Jehova, Hebr. יְהוָה. Nomen solius DEI proprium, nulli uspiam creaturæ tribuitur. A Judæis prorsus ἄρρητον habetur. Idque ob infinitam DEI essentiam. Indicat eum, qui fuit, est, erit. Id est, verè infinitum, atque æternum. Jod cum scheva innuit futurum: vavholem præsens: Lamed he quiescens in ה præteritum tempus arguit. A Radice Chaldaica הָוָה, i. e. fuit. Vt ipse Deus de se ait. Exod. 3. Ego sum, qui sum. Interpretes verterunt, ὁ ὤν. Johannes etiam expressit Apoc. 1. ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος. Interdum contrahitur & fit יָהּ pro Jehova. Inde nostrum Ja est, & sancte, quasi cum invocatione numinis, aliquid affirmat. Similiter Latini pro Jehova, *Jova* vel *Jhova* utūtur: quod primam necessariò producit, & propter contractionem, & propter vocalem longam ī. At Jehova si Latinè aut Græcè unâ voce vertendum, quid arcessas? Nihil enimvero, quod aliquâ sufficiat, indipiscetur

scetur; vel quæras in medio mari. Græci interpretes, quod ponunt κύριον vel θεὸν, obsequuntur Judæis, quibus *Adonai* aut *Elohim* pro Jehova. A Jova est Ethnicorum *Jovis*: qui alioquin, ut posteà dicetur, à juvando plerisque: cum *juvo* potiùs à Jove sit: quod proverbium innuit: Homo homini deus: videlicet ob beneficia, & opem. *Vejovis*, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet: Agellius lib. 5 c. 12: Quasi parvus *Jovis*. Ovid. lib. 3. Fast:

Vis ea si verbi est, cur non ego Vejovis ædem,
Ædem non magni suspicor esse Jovis?

Ve enim h. l minuit. Jul. C. Scalig. hîc mirè subtilis an sublimis? est, lib. de plantis: Sic (inquit) ex eorum Jova nostrum quoque *Jovis* propagatum fuit. Nam recto casu hoc appellatum sono, manifestò cognoscitur ex augurum libris, in quibus illi duo versus: *Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, & Mercurius, Jovis, Neptunus, Volcanus, Apollo.* Sibilum verò qui vocem claudit, nequaquam vacare existimeti. Nempè ab intelligentia cœlesti τοῦ ὀνόματος, cum sermonem conderet, cœlitus infusum lumen reor, quod aperire deberet id; aliquando elementum illud in admirabilis nominis medio futurū: ut novæ gratiæ veteriſque legis nexus unicus universi compleret, cui mysticam prescriptionem in Servatore nostro JESVA. Secunda namque vocalis utrique una est & quæ percipitur in Jesuâ. At medio cōsonans quæ principio finem copulavit, ineffabili nomini haut sine magnis, atque admirabilibus legibus interposita fuit. Ea siquidem simplex interdum, aliàs duplex cùm sit, pristinâ substantiâ non mutatâ: Ita DEI filius ante omnia sæcula simplex erat DEVS. Postquam Patri placitum est, ex DEO vero, simplici, uno, vero, puro homine factus est unus JESVA. Missus quidem mittenti par, major autem illis, qui ab eodem mittente ad minora mittuntur ministeria. Adhæc Trivertex illa una inter omnes litera signum est immensæ Trinitatis in unitate, pro ejusmodi nomine, quod in cœlis natum, ab illis per humanæ salutis nuncium delatum, ei

est impositum, per quem unum Trinitatis mysteriis initiati, ad immortalitatem capessendam evecti sumus *Jupiter* itaque non est idem plane cum Jove; sed quasi *Jovis pater*, ut *Jovis* sit Nominativus. Obliqui sunt *Jupitris*, *Iupitrem* apud Priscianum. & J. C. Scaliger. lib. 4. de e. L. L. c. 84. qui Ex 75. ita: Jupiter est Latinis *juvans*: Græcis vegetans, ζεὺς: non παρὰ τὸ ζῆν, sed ἀπὸ τοῦ ζην. Cicero 2. de Nat. Deor. *Jupiter*, id est, *juvans pater*, quem conversis cafibus appellamus *Jovem* à juvando: à poetis divûmque hominumq; dicitur: à majoribus nostris *optimus maximus*. Et quidem ante *optimus*, i.e. beneficentissimus, quàm *maximus*: quia majus est, certeque gravius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere. Benè Agell. lib. 5 c. 12. Jovem Latini veteres à juvando appellavere, eundemq; alio vocabulo juncto, *patrem* dixerunt. Nam quod est in elisis, aut immutatis quibusdam literis Jupiter, id penum atq; integrum est *Jovis pater*. Sic & Neptunus pater conjunctè dictus est, & Saturnus pater, & Janus pater, & Mars pater: hoc enim est *Marspiter*. Item Jovis *Diespiter* appellatus, i. e. diei & lucis pater. Iccircoque simili nomine *Dijovis* dictus est, & *Lucetius*, quòd nos die, & luce quasi vitâ ipsâ afficeret, & juvaret. Alia cognomina Jovis sanè plurima, olim Ethnicis usitata, habentur apud Gyraldum syntag 2. Ità dictus est *Capitolinus*, à Capitolio, quod voverat primùm Tarquinius Priscus, bello Sabino jactis fundamentis: extructum posteà à Servio Tullio, & perfectum à Tarquinio Superbo. *Capitolium* à capite hominis invento inibi, teste Dionysio, Varrone, Plinio, alijs. Antè mons Saturnius Halicarnasseo κρόνιος, Stephano πετρῶδης, *Tarpeius* dicebatur. *Latialis* item idem Jovis audijt: à Latio, quòd in eo, & à Latinis coleretur. *Elicius* ab eliciendo.

Ovid. 3. Fast:

Eliciunt *cœlo te Jupiter: unde minores*
Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; *vocant*.

Lapis à lapide silice, quem in sanciendis fœderibus juraturi tenebant. Ennius: quid igitur jurabo? per Jovem *Lapidem* Romano ritu!

J.C.

J.C. Scalig. de Insom' compluria etiam recenset nomina, quæ olim Jovis. Asscribam, quia ille liber non multis visus. *Labradæus* (inquit) in Caria, à securi: quo nomine id telum eorum voce appellabatur. *Agoræus*, cui vota concepit pro Socrate puero pater Sophroniscus. Fuit & *Policus*, ex Pausania, & Plutarcho, qui etiam ἀγυιεὺς recensetur in commentario, εἰ πρεσβύτερος πολιεὺς ἦν. Fuit *Pappæus* apud Scythas, ex Herodoto. Fuit *Trophonij* delubrum: Item Ænesij apud Strabonem in nono: *Lycæi* in octavo: item *Liberatoris*, *Hostilis*, *Limitaris*, si *Hercæum* velis dicere: *Olympij*, *Tonantis*, *Feretrij*: *Imperatoris*, in sextâ actione in Verrem: ubi etiam ἐφέσιον Græca interpretatio est. μειλιχίου mentionem facit Thucydides in primo, cum veneratione maximæ festivitatis. Pausanias in Atticis agnoscit *Apheston*, propter Æaci sacrificium quoddam: idemque πανελλήνιος. Declarat fusiùs causam in Corinthiacis, ut pluviam eliceret. At nos aliam ob rationem, *Elicium*. In Corinthiacis item χθόνιον, quem nos *Ditem* & *Summanum*, cui etiam sunt fulmina attributa. Alterum ὑψιστον nos hunc *optimum maximum*; quæ erant propria Capitolini, ut ait M. Tullius. *Capitolini* facit mentionem Paulanias ibidem; sicut in Eliacis, *Impubis*: quæ nos *Anxurem*, quoniam esset ἀμείλιχος. In eodem libro est ὀρκιος. Est in Alexandra Lycophronis Jupiter φυξιος, cùm alibi multis locis, tùm apud Strab. lib. 9. Jupiter σωτὴρ, quem M. Tullius in act. 4. in Verr. negavit unico Latino verbo exprimi posse: verùm ille servivit causæ. Nam cum Verrem vellet premere criminis magnitudine, excluſit eam vocemà Latina potestate. Verùm in ea oratione, quæ inscripta est in L. Pison. Seipsum, qui patriæ salutem dedisset, *Conservatorem* appellavit. In 3. autem de Finib: *Salutarem*, cujus in tutela sit *Salus*. *Servatoris* quoq; Jovis templum memorat Plinius in lib. 34. Hippocrates etiam κτήσιον hic vocat: *Statorem* Calvus est pessimè interpretatus. Nam *Stator*, Jupiter à Romulo primùm est nuncupatus, qui exercitum stitisset à fuga: qui fortasse sit idem cum Jove *Stativo* Plinij lib. 16.

Ar & κλῆσις possidere est. *Cresij* Jovis meminit Plutarchus in lib. de Fœn. Jupiter, inquit, *Cresius* vix eorum opes servet, qui sumunt fœnori. Ergo in Ἰωμείοις ejus simulacrum statuebant, ut ait Suidas. Quæ vox cùm & ærarium & cellam significet promtuariam, ad penum potius respexit Anticlides in l. 11. Athenæi, cùm *Cadiscum* ornat lana candida, ut sit pro signo *Cresij* Jovis. Nos *Opulentum* ex Plauto interpretati sumus.

Jentaculum, jentare. J. C. Scal. lib. 1. poët. c. 5. jentatione præparcâ, ac minimâ contenti; à quo etiam *jentare* verbum, ὅθ δεῖ ἱεν, &, ut Dores loquuntur, ἴεν. Haut multò largius *merendabant*: quod ab horâ mediæ diei, in qua eum cibum caperent, appellârunt. Quod & Festus annotat.

JESVS Ἰησοῦς, i. e. σωτὴρ, Salvator, Romanè servator. A יֵשַׁע i. e. salvavit, opitulatus est. Matth. 1. αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. Ejusdem originis est *Josua*, itidem Salvator. Hesaias Jeschajah. Hebr. i. e. salus domini. Respondet Latino. Græcum *Sosia*, ὁ διὰ σώζειν σοφὸς, σῶς, i. e. Salvus. Inde *sospes, sospitator*, i. e. Salvator, Apuleio in Apologia. σωτῆρα, *sostrum*: præmium, quod medico datur, ubi quis revaluit. Sostrata, ἡ σώζουσα στρατόν, quæ exercitum servaret. De JESU: Nomen hoc subtiliùs à *Jehovah* duci potest. Phil. 3: ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ. Quod est illud nomen? Non aliud, quàm Jehovah. Iesaiæ cap. 42. & 45: Ego *JEHOVAH*, hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Mihi curvabitur omne genu. *JESVS* igitur à יְהוָה, quod ineffabile & mysticum. Vt verò pronuncietur & rectius innotescat, indita est litera שׁ, ut ita יְהוֹשׁוּעַ idem sit, qui *JEHOVA* homo factus, σεσαρκωμένος: & nomine isto summum οἰκονομίας mysterium adumbretur. Quod paulo ante ex Scaligero etiam notavimus. Græci scribunt communiter Ἰησοῦς. Malim Ἰεσοῦς, ex Hebraico: & ita in veteribus Græcorum libris invenitur. *Christus* autem est planè Græcum Χριστὸς, unctus: χρίω κατ' ἐξοχήν. Salvatori tribuitur. Vnctus enim est oleo lætitiæ præ cõsortibus suis. Et act. 4. Jesum unxit DEVS spiritu suo. Heb. *Meßias* מָשִׁיחַ i. e. unctus; à מָשַׁח i. e. unxit oleo.

Ignis, ab *IN* & *GENO*. Nabsorbetur, ut in Ignarus. Hoc loco autem *IN* est ἀνῳκικὸν. Nec deest ratio. Quia nihil sine calore uspiam gignitur, aut procreatur. Itaq; vox sonat, quasi IN i. e. per ignem. Etenim antiqui putabant aquam rerum omnium elementum esse: ignem verò formam. Quâ causâ utrunq; in limine positum à sponso & sponsâ tangebatur. Livius quoq; tradit institutum à Numa Pompilio, ut à virginibus Vestæ dicatis ignis aleretur perpetuâ vigiliâ, quòd omnium principium esset. *Ignitabulum*, Fest. & Solin. est *ignis* receptaculum, πυρεῖον. *Segnis* à *se* & *ignis* i. e. frigidus, ignavus. Sic ardor, fervor pro diligentiâ. Obiter nota linguâ Tuscâ *Verse arse* esse idem, quod *everte ignem*: Afrani. Noni. *Verse* pro *verte*: ut *pulsa*, *pulta-*

Arse, *arsum*, *assum* ab *ardeo*.

Ilex dicitur, quod agresti ruditate mortales primùm sibi in victum *elegerint*, glandesq; nondum repertâ fruge, comederint. Ab *Eligendo*. Propterea Italis est *Elice* & *Elige*. Immò quoq; Hebræis אַלָּה est ilex, species quercus. Et אַלּוֹן iliceum, ilignеum.

Imago, quasi *imitago*: quia imitatur & repræsentat suo modo rem, cujus est imago. Alijs ab *imor*: unde sit imitor. *Imitari* μιμεῖσθαι. Ita *Icon*, εἰκὼν, ab ἔοικα i. e. similis sum. εἰκὼς, ἐοικὼς similis. Aut refer ad Heb. חָקַק i. e. effigiavit, fecit imaginem. Sicut etiam *character*, χαρακτὴρ. χαράσσω sculpo: ab Heb. חָרַת, id est, sculpsit.

Imbuo ab *IN* & *buo*: quod priscum verbum, à βύω, id est, infercio, impleo. βύω, ἐμβύω: unde etiam *delibutus* à præp. DE. *LI* est syllaba ἀνῳκικὴ, ut *CI* in reciprocus, in recipero. Servius: *imbuere* est proprie inchoare & initiari. Sed per-

perperam. Nam ille versus nihil patrocinatur.

... illius aram
Sæpè tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Imbuet i. e. rigabit, aut perfundet aram: scilicet sanguine. Quod etiam notat Pomp. Sabin. imbuet i. e. madefaciet. Glossarium: Inbuit, ἐνέβαπτεν. *Exbuo* i. e. exinanio, exhaurio: *imbuo*, impleo. Lucillius *vinibuas*, vinibibas, & vinolenta dixit. Apud Festum legitur *Exbuæ*, quæ ebiberunt. Inde *Bua* omnis generis potio. *Simpuvium* quasi *simbuvium*; quia omnes sacerdotes simul bibebant. Nam Sabini, à quibus translata vox, *P* pro *B* efferebant. Varro de liberis educandis: cum cibum ac potionem *buas* ac *papas* vocent.

Imploro, sicut est plorando opem oro, apud Fest. & Val. l. 5. c. 52. ita *exploro* erit exclamo ἰδοὺ cum lacrimis, sive ejulo: item elicio plorando: unde *exploratores*. *Ploro* enim est πληρῶ i. e. impleo. Subintellige lacrimas, sive guttas. Talia enim multa sunt, quæ absolutè & sine casu aliquo expressè addito, sed tamen κατ' ὑπόνοιαν substrato. Ut

pario i. e. subolem edo. Aro id est, terram. Pasco, intelligo pecus, aut si quæ alia.

Imus, complicatè pro infimus: hinc nonnullis *Immus*, ut τὰ ὑλικὰ εὖ integrius servantur. Et rectè: sicut supremus *summus*: ita infimus, *immus*, Ab *infra*, *IN*, ἐν. Glossar. *Inferna*, *inferilia*, κατὰ χθόνια. Apud Vitell. *Bassus* idem est, qui profundus, immus: Græcâ voce, non ut somniarunt: βάσις enim Græcè, sicuti fundus: quia ab immo φυσικῶς τὰ φυόμενα. J. C. Scalig. Ex. 103. s. 4. Vulgo in Musica *Bassus*, cui opponitur *altus*. Versiculi:

Dumq; suis numeris aliæ tollantur in altum:
Me submissa gravi murmura voce juvant.

Idem Scalig. de *fundo* in Theophr. de pl. ῥάβδων φύσις non communi more, naturam: sed exitum significat, atque, ut ad verbum respicimus *fusionem*. Quippe *fundus* παρὰ τὸ φυόμενον qui non est aversus à naturâ fructificandi.

In, ἐν κατὰ εἰν *Endo*, *Indo*: ut *indogredi*, *Indigena*. *Industrium*, pro quo antiqui dicebant *Endostruum*, ab endo. *Indo*, ἔνδον. Huc pertinet *Inter*, *Intra*, *intimus*,

mus, *intimare* i. e. significare aliquid ex intimis rei visceribus, non superficialiter, ut loquuntur, aut perfunctoriè. Glossar. *Intimare*, γνωρίσαι, ἐκφανίσαι φανερῶσαι. Item *internus*, *intestinus intus*, ἔνδοθεν: *intrare*, *intrò*, *introire*: & alia similia. *Quasi* est ὡσεί. Dicebant & olim *quase*, *nise*, *sibe*, *bere* pro *bevi*, ut apud Propert. *Sic bere*. Vbi non est vocativus, Here, ab Herus: ut inscitè somniârunt. *Nam* à μὴν, Dorice μάν: per inversionem. μὴν δὲ, est apud Platonem, Isocratem. *Enim* J. C. Scalig l. 7. poët. quid esset *Enimverò*? Verum unicam syllabam fuisse *Enim*, cùm vellent, arbitror. Siquidem Græcum fuit ἤν & ἤνι. Neq; repugnat longa vocalis: quod etiam in libris originum docuimus. *Enim* præponitur etiam, classicis scriptoribus. Terent. Hec. a. 2. s. 1. Enim lassam oppido. Adel. a. 2. s. 1. Phorm. a. 4. s. 4. Et passim in Plauto. Linacer lib. 6. vocat hyperbaton. *Ita* ἔνι. *En*, *Ecce* ab ἤνι, ἤνιδε aut melius ab Heb. הֵן. *Euge*, εὖγε. An, ἄν ab אִם Heb.

Incboo qui scribendum sit, ambigitur. Quidam inter

quos Camerarius, volunt *incoo*: propterea quod in Latinâ linguâ nulli consonanti asspiretur. At quàm feliciter hoc obtineant, non intelligo. Cùm enim pleraq; Latina oriantur è Græcis: quidni horum etiam ὑλικὰ retineant? Sed & exempla in propatulo sunt non una: ut *machina*, *chlamys*, *Rhythmus*, *Nothus*. Quidam malunt — *incobo* hiatus causâ. At quid quæso opus? Ergò ubi vis concursu vocalium, *H* inferatur: ut *coopto*, *coorior*, *coincido*, *coerceo*: quod sanè nemo eruditorum admittet. Quod autem cohæreo dicimus, id facit origo. Aut sit *incobo*, ab *In* & *cubum*, antiquè pro *chaos*: aut H in suum locum restituatur. *Incboo*. Est enim à χάος. Festi autoritate. Vt *incboo* sit *in chao* h. e. initio sum. Nam initia rerum omnium tenuia sunt & vacua. Vt Cicero ait: omnium rerum principia parva sunt. Eo Hesiodus omnium rerum initium *chaos* esse pronunciavit.

Infligere (inquit I. C. Scaliger) est ἀνθλίγειν. Vnde & *profligare*. Idem tamen in Theo. de pl. ita: *affligi* (ait) est dejici, ac sterni.

Quod

Quod evenit arboribus, cum vento, aut lignatoris operâ ruunt. Ita loquitur Latinus. Neq; *afflictam* arborem alio Romanus capiat modo. Aliud est vulgum sequi: aliud puritatem ex usu, & etymo. Hæc ille. Plautus: amat efflictim i.e. vehementer; usque donec *effligatur*. *Fligere*, simplex est in Lucr. l. 2.

Infrunitus, in Seneca l. 3. de Benef. i.e. imprudens, insipiens, ἀφρόνητος, ἄφρων. Ab IN & *frunitus*, apud Catonem: h.e. φρονητὸς, φρόνιμος. *Fruniscor* in Lucil. est φρονέω. A φρὴν, quod, ut & πνεῦμα ab Heb. בְּרִין.

Inquilinus, quasi *incolinus* propter elementorum C & Q affinitatem. Propriè qui ædes *incolit*, Græcè ἔνοικος. Secundum Vallam l. 4. c. 54. inquilinus est, qui in alieno privato, propriè tamen in conducto, sive in urbe, sive ruri habitat. Cicero in Philip: At verò te *inquilino*, non domino, personabant omnia vocibus ebriorum.

Instar, olim flectebant: ut nectar, nectaris. Apud Probum, *instaris*. Et residuum *instar*, pro *instare*, omisso E. ut

ritu nivis, more aquæ, illius ergo: sic dicitur, instar montis, pro *instare* i. e. ad æquiparationem, aut mensuram. Tranquill. in Cæs. Dictat. Nec patientem sessoris alterius primus adscendit: cujus etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicavit. Instar, i.e. effigiem, figuram. Ergo instar, vel ad instar est, etiam ad imaginem vel figurâ, effigie. Glossar. *Instar*, similitudo, ὁμοίωμα. Valla lib. 6. c. 18. tumultuatur, quasi instar tantùm significet ad æquiparationem, vel ad mensuram. Sed exempla, quæ adducit, contrà pugnant. *Instar mortis* (*inquit*) *& fulminis instar, significat æquiparationem doloris in morte & impetus in fulmine.* Sed cur non etiam similitudinem dolorum, aut impetus? Ita sanè dicendum. Dolor in & mors, & impetus est qualitas. Jam ex Aristotele: ὅμοια καὶ ἀνόμοια κατὰ ποιότητας πολλαχῶς λέγεται. Addit Valla: *si quando reperiatur proximè accedere ad significationem similitudinis, admonitus sumus, ut nimiam utendi licentiam devitemus.* Obsequemur, si prius rationem suæ sententiæ idoneam reddiderit.

Instauro, Barbarum est *restauro*. Ita Scaliger taxat Cardanum Ex. 195. Non semel infelici verbo, restaurare, uteris. Festus: Ab *instar* dictum est, cùm aliquid ad similitudinem pristinam reficitur. Vide & Macrob. l. 1. Sat. c. 11. Malim à στυφελὸς facere i.e. palus ligneus. στυφελόω est vallum, seu palum depango. Verbum ex antiquo rusticorum ævo, qui palis ædificia, septa, aliáq; reficiebant. Hoc erat primum στυφελὸν, instaurare. Post aliter vox adhibita invenitur: scilicet, in cruce suffigere.

Instigo ait J. C. Scal. c. 32. L. L. ex coalescente O & A *insto ago*: verbum agasonum & armentariorum. Malim tamen à *stigo*, στίζω i. e. pungo, signo, punctis distinguo. Unde & στίγμα *stimulus*, στιγμὴ *signum*, ablato T. *Instigo*, i. insigno: vocabulum μέσον. *Signum*, Græcè σημεῖον ab Heb. סֵמֶן i. e signavit. A signum est *sigillum*: unde *sigillatim* h. e. per signum, σημαντῆρα, additâ q. notâ. Vt *singulatim* q. per singula, κατ' ἕκαστον. Cic. *sigillatim unicuique denunciabat* i. e. ἰχνηλατῶν. *Vestigo* i.e. vestigia facio, inquiro:

vel per vestigia indago. A *VE* quod nunc intendit, nunc minuit. Vt ita *vestigium* sit signum cujuscunque rei adeò impressum, ut benè deprehendi possit. Virg. 4. Ec. *Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis*, id est, indicia. Attestatur idem Vall. l. 5. El. c. 45. Vestigium est signum indicium ve, quo ad rei notitiam pervenimus. Pòst ἐδικῶς à vulgo ad signum pede factum asstringitur.

Insula, quasi *in salo* i.e. locus in mari eminens, & habitabilis. *Salum*, ὁ σάλος. *Sal* per metathesin ab ἅλς, unde etiam *alumen*: quia salsum. Virgil. *Campos salis ære ruebant*. Mare enim salsum: Scilicet ab exustione, aut calore solis, non à montibus salsis, ut quidam pertendunt, aut fontibus. Amaror autem à bituminis ineft scatebris. *Sales*, pro facetijs, quòd salitum & sapidum sint condimentum: quasi sermonis. *Insulsum*, sine sale. ἄνθρωπος ἄναλτος. *Salere*, est sal aspergere. *Salarij* apud Martialem, ijdem qui Salsamentarij: Græcis παραψωνίαι. *Salacia*, Festus, quòd salum ciet. Agell. l. 13. c. 21. Salacia Neptuni. *Salarium*,

i.e. merces, sive stipendium pro labore. Plinius l. 31. c. 7: Sal honoribus etiam militiæq; interponitur, salarijs inde dictis magnâ apud antiquos autoritate. Cornutus in Persium; salarium victum esse unius diei, cui inprimis sal inservit. Est n. condimentum non tam utile, quàm necessarium. Hebræum מָרַח, non procul abest ab ἅλς, modò invertas.

Interpretor, à simplici, at jam exolete, *prator*, ab Hebræo פָּתַר i. e. expositi, interpretatus est τὸ ἀμφίσβητον καὶ σκοτεινὸν: quale somnium; de quo plerumq; Hebraicum sumitur.

Ioachimus ex Heb. *Jojekim* vel *Joachim*, יְהוֹיָקִים idem quod *Anastasius*, ἀναστάσιος i. e. resurrectio Domini. Rad. קוּם i. e. surrexit, erexit, constituit, confirmavit.

Iobus אִיּוֹב Proprium nomen hominis, cui res adversa & inimica. A. Rad. אִיב i. e. inimicitias exercuit, infestavit. Inde Hieronymus JOB vertit dolens.

Iobannes, ἰωάννης i. e. gratiosus. Latinis *Gratus*, *Gratianus*, Charisius, χαρίσιος. Germanis *Hulderichus* i. e. dives gratiæ: pro quò nunc *Ulricus* & *Vldaricus*. Hebræũ est יוֹחָנָן: à Rad. חָנַן i. e. gratiâ affecit, in gratiam recepit, benefecit. Ab eodem est & *Anna*, ἄννα: *Hannab*, si Ebræum spectes חַנָּה. *Susanna* i. e. rosa, aut lilium amabile. *Suson*, linguâ Punicâ est lilium. Græcis inde σούσον. Non nisi ab Hebræo שׁוֹשַׁן i. e. lilium, rosa, flos. *Hannibal* i. e. dominus gratiæ, בַּעַל princeps, dominus. Ergò *Hannibal*, etiam ex antiquissimis libris Lat. non *Annibal* scribamus. At *Johannes* & *Joannes* utrunq; toleratur. Illud ex Hebræâ origine: hoc ex Græcâ & quidẽ propiori.

Janus pro Johannes per contractionem scribitur hodiè nonnullis. A quo aliud est *Janus* ille bifrons, à quo mensis accepit nomen *Januarius*: quia *Janus* ἀπὸ τοῦ προγεγονέναι καὶ μέλλειν i. e. præterita, & futura videt. Alij quia sit initium anni, à *janua* denominant. Glossar. *Janus*, θυρωρὸς θεός. De origine verò *Jani* variæ opiniones sunt. Macrobius lib. 1. Sat. c. 9. dicitur *bifrons*, quòd & præterita sciverit, & futura providerit. Et paulo post: *Janum* quidem solem demonstrare volunt, & ideò geminum, quasi utriusq; januæ cœlestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat. Inde & simulacrum ejus plerunq; fingitur manu dextrâ ter centum & sinistrâ sexaginta quinq; numerum tenens ad demonstrandum anni dimensionem, quæ præcipua est solis potestas. Alij mundum i. e. cœlum esse voluerunt: *Janumq;* ab *eundo* dictum eò, quòd mundus semper eat, dum in orbem volvitur: & ex se initium faciens in se refertur. Vnde Cornificius Etym. lib. 3. Cicero inquit, non *Janum* sed *Eanum* nominat, ab *eundo*. In sacris quoq; invocamus *Janum Junonium*, quasi non solùm mensis Januarii, sed mensium omnium ingressus tenentem. Et post: *Consivium*, à conserendo i. e. à propagine generis humani, quæ Jano autore conseritur. *Quirinum* quasi bellorum potentem, ab hastâ, quam Sabini *Curim* vocant. *Patulcium* & *Clusium*, quia bello valvæ ejus patent, pace clauduntur. Hæc Macrobius.

Ovid. 1. Fast.

Præsidvo foribus cœli cum mitibus Horis,
Et redit officio Jupiter ipse meo.
Inde vocor Janus: *cui cum Cereale sacerdos*
Imponit libum, farraq; mista sale,
Nomina ridebis: modò nama; Patulcius *idem,*
Et modò sacrifico Clusius *ore vocor.*
Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
Nomine diversas significare vices.

Festus cùm chaos ex Hesiodo describit: *Chaos* inquit, ex eo, quod χάσκειν Græci, nos hiare dicimus. Vnde *Janus*, detractâ aspiratione (item *janua*) nominatur ideò, quòd fuerit omnium primus, cui primò supplicabant velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium.

Ionia: ἰωνὶς, ἰωνία: Jones, ἴωνες. Nomen est à Javan, יָוָן, qui est tertius Japeti sive Japhet filius, & illam terræ regionem inhabitavit. Filius Javan fuit *Cittim*, כִּתִּים: à quo Macedonia regio, Macedo: Græcè μακεδνὸς, μακεδνός.

Joseph Latinè additio, vel accelsio, quòd Rachel susceptο, & edito Josepho alium insuper filium sibi adjici petijt. Radix est יָסַף i.e. addidit, adjecit, auxit. Non benè prima corripitur. Et Hebræis est vocalis longa: & Græcis ἰωσηφ, ἰώσηπος.

Iris ἀπὸ τῦ εἴρειν i. e. nunciare, prædicere. Indicat enim fore pluviam, aut quandoq; etiam serenitatem postridie Horatio, pluvius arcus. Statio, imbrifer. Dicitur Iris Junonia: nuncia Junonis. qui a *Juno* idem est, quod aër.

Ovidius:

Nuncia Junonis varios induta colores

Concipit Iris *aquas* - - - -

Latinis *arcus cœlestis* à figura. *Arcus multicolor*, à forma. Apud Virgil. Discolor. Statio. Purpureus. Propertio. *Arcus dæmonis*, quia dæmon interdum est præclara, & illustris species, ut sol, qui efficit Iridem. *Arcus clementiæ* à fœdere DEI cum mortalibus inito. *Thaumantias* Virgilio: Thaumantia proles, eidem: Virgo Thaumantea, Ovidio: quia verè miraculum est in aëre, & contemplatione dignum

μετέωρον. Θαυμάζω. θῶμα, quod non est proprium τῷ ἄκρατος: quippe primo suo significatu & ortu fuit θῶμα: à θεάομαι video. Aut simpliciter a תָּמַהּ, miratus est valdè, obstupuit.

Irus, ἴρος: nomen mendici. Græcis ab εἴρειν: ex illo Homerico:

- - Ἶρος δὲ νέοι κίκλησκον ἅπαντες,
ὕνεκ' ἀπαγγέλλεσκε, καὶ οὐκ ἦν ἄλλος ἀνώγει.

Hodie idem est qui pauper: ut Crœsus, pro divite.

Propert.

- - *non distat Crœsus ab Iro.*

Itaq; ἰερός, ἱέρεος, item χέρης, χήτης, fiant ab Heb. רָאשׁ, pauper factus est, aut inops. Aut רוּשׁ eguit.

Ille J. C. Scalig. c. 128. L. L. Utriusq; origo eadem est: ὁσ-τε, *Ille*: ὁνε *Hic*: à quo per apocopen *Hic*. Nam Jones ὁς pro ὅς dixêre. In sanctâ linguâ הוּא est Hic, ὁ, ille. Ab *Is* fit *idem*, à quo *Itidem* & *identidem*. *Itidem* est ὡσαύτως .i. similiter, quasi *iterum idem*: Aut quasi *Et idem*. *Identidem* est ἄυθις καὶ ἄυθις, frequenter, & cum quodam intervallo, subinde.

Idem

Idem Scaliger: Brundisium veni, atq; *istbic* offendi quendam: pro *ibi*: atque si dicat, *Isto* in opido offendi: ut æquè dicatur, *Isto opido*, & *Eo opido*. Quoniam *Iste* fit, *IS*, *TE*. At *Ipse* commune omnium personarum est. Ejus origo est ab *IS*. Sic, *Ipse*. At *is sum*, dices: & *Is es*: & *Is est*; Ab eodem *IS* est etiam *ille*. Quanquam non parum convenit cum Hebræo הוּא i.e. illi, illæ, isti, istæ.

Jubilo, ἰάζω: est rusticâ voce inclamo, explicante Festo. Iô. ἰώ. J. C. Scal. lib. 1. de c. L. c. 32. Nisi sit ab ἰὼ ἰώ, vocibꝰ trimpharorum. Superstites. n. vitam Apollini acceptam ferebant, cui canerent pæana in victoria, ἰώ, βιᾶ, παιάν. Immò verò ab Hebræo יוֹבֵל. i. e. jubilum.

Jucundus, quia fit à *jocus*, malunt aliqui *jocundus*. Sed non opus, Potius Vassumatur ob mutationem quantitatis primitivæ: ficut *humanus* ab homo. Alijs *Jucundus* à *jutum*, ut facundus à fatum: fœcundus à fœtum. Et hoc probissimum.

Judæus traxit appellationem à Juda filio Jacobi Patriarchæ, tanquam eminentiore, & natu majore יְהוּדָה Iehudah, Iuda. יָהַד i. e. Iudæus factus est, addixit se religioni & societati Iudæorum. Rad. est יָרָה, i. e. emanavit, & activè, fecit emanare, i. e. emisit, ejecit, & in Hiphil accipitur, pro confiteri & celebrare, quando aliquid non celatur, sed publicâ quasi voce decantatur.

Jugum, ζυγὸν, ζυγὸς. Conjux, non *conjunx*. Dicimus enim conjugis, Ergo *conjugium* vox erit generalior, quàm putant. Et ita Lucretius utitur:

qui coitu conjugio q;
Corporis atque animæ consistimus uniter apti.

Adjugare, ut *conjugare* apud Pacuvium, Nonium. *Juxta* à jugo, i. e. conjunctim, prope. *Conjux*, *jux*, *juxta*. *Biga* complicatè quasi *Bijuga*: ut *quadriga* à quatuor jugis. Isidorus: *quadrigæ*, *bigæ*, *trigæ*, *sejugæ* ab equorum numero, & jugo dictæ. *Jungo*, interposita N à jugo, ut cumbo à cubo. *Jugum* Veneris dicit matrimonium Oppianus: Hal. lib 4. Servius, & Isidorus memorant, *jugum* dictis

causâ imponi cõsueviſſe ſpõſis, ut ſocietatis individuæ admonerentur hoc ſymbolo. Et Junoni *Fugæ* nomen inde eſſe monet Cl. Rittershuſius. *Juno Fuga, Zygia* eſt Apulejo. *Fugis* à continuo tractu boum: ſicut perpes à volatu avium. Gloſſar. *Fugis*, διηνεκὴς: *Fugites: συνεζευγμένοι.* Plin. lib. 18. cap. 3. *Fugerum* vocabant, quod *uno jugo* boum in die exarari potuiſſet. *Actus*, in quo boves agerentur. *Fugerum*, antiquè *Fugus*, jugeris: hinc jugere. & jugera. *Fumentum*, quaſi *jugamentum*. Agell. lib. 20. c. 1. Veteres noſtri à *jungendo* dixerunt. Lactantius à *Futum*: Vt à motum, momentum: à cœſum cœmentum. J.C.Scaligib.1. poët. c. 9: ζυγὸς facit à δύω. Vox (inquit) non eſt mutata, quanquam aucto numero.

Julus, ἴουλος, quod tenuem ac frequentem rem ſignificat: tùm ſpicam, tùm lanam: quemadmodum ad barbam, & ad centipedam eâdem ſignificandi proportione accommodatur. A Julo eſt *Julius*: qui poſtea menſis nomen.

Juno, à juvando Cic. 2. de Nat. Deor. Potius à Jove.

Nam & ſoror, & conjux Jovis eſt, quod ſimilitudo eſt ætheris, & cum eo ſumma conjunctio, ait Cicero. Macrob. lib. 1. in ſom. Scip. c. 17. Juno Jovis & ſoror & conjux vocatur. Eſt autem Juno *aër*, & dicitur ſoror; quia ijſdem ſeminibus, quibus cœlum, etiam aër eſt procreatus: conjux, quia aër ſubjectus cœlo.

Jus jurandum. Apulejus lib. de Deo Socrat: ait, hanc vocem formari à Deo, quaſi *Jovis jurandum*. Verſum, quę intelligit ibi, Lipſius monſtrat Elect. lib. 1. cap. 18. apud Cic. 3. offic: Ennius:

Fides alma, apta pennis, jurandum Jovis.

Et addit alterum Nævij: Jus ſacratum, Jovis jurãdum ingmine. Cic. 3. off. *jus jurandum* eſt affirmatio religioſa. Igitur *jus* contractè; quaſi *Jovis os*, *juris* non incommodè dicetur. Omne enim jus, & juſtitia à Deo, tàm Ethnicorum quàm Chriſtianorum ſuffragijs. Hinc δίκη διὸς ἐκγεγαῶτα eſt Heſiodo. A Jure eſt *juſtum*, *juſſum*: *Jus* faciendа jubet. Item *juſtitia*: de cujus ſcriptione J. C. Scal. Malè ſcripſerunt *Ioius*, non *Iiuſtitia*: nam ut eſt à juſto, juſtitia: ſic

ficà crate cratitius: c. 98. L. L. *Jureconſultus*, qui de jure conſulitur, & qui conſulit clienti. Cic. 2. de Orat. A jure eſt *juro*, *deiero*, *perjurium*, *peiero*. Ut enim longum migrat in E breve, ait J.C. Scalig. c. 3 2. Horat. lib. 2. car. od. 8. *Vlla ſi juris tibi pejerati.* Vt ita fallò nonnullis *peiero*, in *pejuro* mutetur: quaſi breve à longo fieri non ſoleat.

L

Labes, λάβη, i. e. damnum, pernicies, item morbus. J. C. Scalig. in Theoph. de plant: paulò aliter: Ad unguem (inquit) eſt *labefacere*, ἀπορρῖψαι. Vnde *labes* propriè, cum terra ſubſidet. In uſu tamen eſt ſignificatus concuſſionis, quę lapſionem antecedit, ut: *Labat ariete crebro Janua.* Niſi ibi quoque caſum jam ipſum intelligas. Addit enim: *& everſo procumbunt cardine poſtes.* Reſtè igitur *labes*, tanquam à *labendo*, eſt πῶσις, πῶμα. Interdum macula, κηλὶς: utpote quia illabitur. Nam facilis Tropi ratio eſt. Cæterùm

ἡ λάβη eſt à לָעַב, contumelia affecit.

Labor Quinctil. lib. 1. inſt. ut *Valeſij* & *Fuſij* in *Valerios Furioſq;* venerunt: ita *arbos*, *labos*, *vapos* etiam, & *clamos* priſcæ ætatis fuerunt. J. C. Scal. in Theoph. de plant. verbum ad ſolatium agricolarum, *labor*. Cùm ad operam ſeſe invitarent, dicebat: λάβωμεν: jam fructũ capiamus: ὀλὴ πόνε ἢ καρπὸς. *Opus* verò noſtrum eſt illorum ὁ πόνος. Joſ. Scal. in Con. *opus* eſt ab ἔπω facio, adminiſtro. ἐργάτης, qui aliquid facit. A λαβεῖν fit etiam *labium*, *labrum*, utpotè quo apprehendimus. *Labruſca*, quia in labris, h. e. agrorum finibus naſcatur. Græcis χεῖλος: *Chilo*, χείλων, à magnitudine labiorum: *Labeo*. καμαιλος verò i. e. labor, καμαιλόω. deſcendit ab Heb. קָמַט, i. e. defatigavit, laboravit, oppreſsit laboribus. Sicuti λαοξέειν, à לָכַד, i. accepit. Item לָקַח eſt ἔλαβε, ἔλαχε.

Lac, J. C. Scalig. l. 1. de c. L. L. c. 25. Dicebant olim *Latte*, *lactis*: à Græco amputatis duabus literis, γάλακτος,

γάλακτος. γάλα. Idem Exer. 41. γαλώ Syra voce à Phœnicibus importata. *Gal* enim undam significat Hebræis גַּל à Rad. גָּלַל unde γάλα & γαλήνη, *Galatea* à liquiditate. Aut magis directè à חֶלֶב, i. lac, ex quo butirū, & pinguedo conficitur frequenti agitatione. Item עִיר est lactavit. *Galactites* lapis, qui lacteum succum emittit, cum alioquin cinereus sit atque dulcis, ut tradit Dioscorides. *Collactaneus*, vel, ut Glossarium habet, *Conlactaneus*, ὁμογάλακτος, σύντροφος. *Delactatus* ἀπογαλακτισθείς. *Lactes*, intestina, Prisciano & alijs ob albedinem à *lacte* dicuntur: à laciendo, quòd cibum alliciunt. Plautus in Curg: ita vacuitate cibi venio *laxus lactibus*. *Laserpitium*, quasi *Lac serpitium*, i. e. ὀπὸς σιλφιοῦς, succus è radicè silphij expressus. *Sirpe* autem est depravatum ex σίλφι, σίλφιον. *Laser* est decurtatum ex *Laserpitio Galaxia* γαλαξίας: Plinio, lacteus circulus: Pontano lactea via, & vulgo: propter eximium candorem, quē à lacte Junonis, & combustione factum esse poëtæ fingunt. A *lacte* est *lactuca*

Varroni, Plinio, Isidoro. Nam ubi excrevit in caulem, vim quandam acquirit succo, aut lacti silvestris lactucæ persimilem, ut annotat Dioscorides. A studio *lactucæ*, *Lactucini* sunt dicti Valerij. Quare qui consul anno 297. M. Valerius Max: dicitur, is Diodoro est μάρκος ὁ καὶ Λακτούκας. Subjiciam hac occasione similia cognomenta, quæ occurrunt. *Junij* sunt appellati *Bubulci*, quòd optimè uterentur bobus. *Lucius*, quia oriente *luce* natus sit, Festus. *Pilumnus*, quòd pilum invenerit Pistrinis. *Cicero*, *Lentulus*, *Fabius*: à ciceris, lentis, fabæ satione. *Pictor* Q. Fabius, quòd primus Romæ Salutis ædē pinxisset. L. Ælius Stolo *Præconius*, quod præco fuisset. Plinius lib. 33. c. 1. Seranus Attilius, quòd ipsum invenissent serentem. Licinius *Muræna*, & Sergius *Orata*, à piscium studio. *Dolabella* à dolabrâ. *Suillius* à sue. *Torquatus* à torque, Manlius Tribunus, quam à milite Gallo hoste detractam induit: Agell: lib. 9. cap. 13. Livius lib. 7. Cic. 3. offic. *Maro*, à mari, i. e. viro. Vt sit Maro idem, qui Andreas vel ἀνδρεῖος. Ita *Agenor*, ἀγήνωρ,

νωρ, est agens vires, aut superans. *Antenor*, ἀντήνωρ, qui impugnat, vel obsistit. Ab ἥνωρ, ἄνωρ, pro ἀνήρ. Nomina à robore, aut fortibus factis. *Marcus* item à fortitudine (à Mars) ut censet Scaliger. Deminutiva sunt *Marculus*, *Marcellus*. At reverā Heb. est Latinis politor seu politus. מָרַק, id est, terfit, polivit. *Cajus*, ab antiquitate, γαῖος, scilicet à terrâ, quasi *Gaius*. Nam sicuti apud Athenienses ἀυτόχθονες, & apud Thebanos σπαρτοί: Ita Latinis à vetustate, & *opici* & *indigenæ* & *Caij* dicti sunt. J. C. Scal. c. 28. L. L. *Liberi*, quòd exacto matris utero, ipsi *liberi* evaserant. *Titus*, ab honore & dignitate, τίω. *Cneus*, à generositate, γένος. *Spurius* à defraudatione generis. *Quinctus*, *Sextus*, *Decimo* à numero liberorum. *Decius* à decore. *Publius* à cultu populi. *Manius* à matutino tempore. *Scipio* ab operâ, quam patri præstitit seniori. Hinc ἀγένειον Antiphilo senex, i. e. imbecillis, aut sine Scipione. *Africanus* ab Africâ domitâ. Multa etiam sunt ab habitu corporis, *Labeo* à labijs: *Naso* à naso: item *Crassus*, *Longus*, *Va-*

rus, *Valgus*, *Sedigitus*, *Bucculeius*, *Plautus*, *Plancus*, *Varus*, *Pansa*, *Rufus*. Ab eventis alijs *Postbumus*, *Proculus*, *Geminus*. A rebus gestis *Nero*, *Celer*. Ab actis *Salinator*, *Venox*. Sic *Messala*, *Avrene* dictus cognomento Valerij Maximi, qui postquam *Messanam*, urbem Siciliæ nobilissimam, cepit, *Messala* dictus est. *Asinæ* cognomentum Cornelijs datū est, quoniam princeps Corneliæ gentis emto fundo, seu filiâ datâ marito, cum sponsores ab eo solenniter poscerentur, asinam cum pecuniæ onere, produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Tremellius *Scrofa* cognominatus est, eventu tali. Is Tremellius cum familiâ & liberis in villâ erat. Servi ejus, cùm de vicino scrofa erraret, surreptam conficiunt. Vicinus advocatis custodibus, omnia circumvenit, ne quâ hæc efferri possit: isque ad dominum appellat, restitui sibi pecudem. Tremellius, qui illicò rem comperisset, scrofæ cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat. Quæstionem vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba juratio-

nis concipit, nullam esse in villa sua scrofam, nisi illam (inquit) quæ in centonibus jacet: lectulum monstrat. Ea facetissima juratio Tremellio scrofæ cognomen dedit. Valerius dictus est *Corvinus*, à corvo, cujus auspicio & ope Gallum vicisset. Macrob lib. 1. Sat. cap. 6. & J. C. Scal. c. 92. LL.

Lacero, à λακὶς, i. e. fissura, seu scissura. λακίζω ἢ λακιδόω, lacero, scindo cum quodam strepitu. *Lacuna* verò est à lacu, i. est aquæ collectio, Festus. *Lacus* à λάκκος: significat flumen stagnans & antrosum; vel antrum aquæ plenum. λάκκος & λάκος, à strepitu undæ.

Statius:

-- tunc stagna lacusq; sonori.

A *lacus lacunar*, in ædificijs; quod ista contignatio quadam lacus similitudine fit. Et Servius asserit idem ad illud 2. Æneid.

-- laquearibus aureis.

Principaliter (inquit) *lacus* dicitur. Vt Lucil:

Resultant ædes q; lacusq;.

Deminutio *lacunar* facit. Inde fit alia deminutio *lacunarium*; & per ἀνάπλασμον laquearium.

Lacio, κατὰ μετάβολὴν, ab ἑλκύω, ἑλκέω, ἕλκω, traho. Aut ab Hebræo לָצַץ, laxus fuit, extraxit. unde etiam *laxus laxo*. Vt à veho vexo: sic à lacio laxo. Festus, lacit, id est, decipiendo inducit, in fraudem inducit. A lacio lacesso: ut à facio facesso, à capio capesso. Item composita: *illicio, Elicio, allicio*: Et frequêtativa, *delecto, deliciæ, delicatus: oblecto, illecto*. Vt ita *oblectamentum, deliciæ* sint quæ *laciant*, i. e. trahant ad se. *Lax* fraus est, teste P. Festo. *Elecebræ* ab eliciendo; Plautus in Menæchmis:

Nam ita sunt hiemeritrices omnes
elecebræ argentariæ.

Elices sulci aquarij, per quos aqua collecta educitur è lacu, Festus. *Elicatores* ὑδρομάχοι. *Prolecebræ à proliciendo*, apud Poëtas: sicut *illecebræ, illicium*, ab illiciendo; ut & *illix*. cujus beneficio aliquid *illicitur*, ut avis. *Illix* & *illex* sic discernuntur; ut illud sit ab *illiciendo*, quomodo jam diximus: hoc à *lex* legis, sicut *exlex*, i. e. à quo lex non observatur, seu qui extra legem est. Glossar. *Inlex*, παράνομος, ἄνομος. *Ipsullices* sunt bracteæ in viri-

lem

lem muliebrem q; speciè expressæ. Puto lectionem ita sanam esse: *ipsullices*, vel *ipsillices* potiùs: quia *ipsum* vel *ipsam illiciant*. In sacris enim, quæ sagæ faciebant, ad conciliandum amorem, vel sibi, vel alijs, ponebatur imago cerea, aut ex alio, similis ei quê devovebant & in amorê pellicere satagebãt. Eæ effigies sunt *Ipsillices* dictæ, apud Festum: non *ipsiplices*. Aliud verò notat Ipsiplices: de quo Glossarium: *Ipsiplices*, ἀντίπλυτα φύλλα.

Lacryma, & Latinè *Lacrima*, δάκρυα. *Lacrimula*, δακρύδιον. Mutatur Δ in Λ: sicut Latini pro ὀδυσσεύς dicunt Vlysses. Quanquam & *Dacrima* invenitur apud Livium Andronicum, & Festum. V, quia ejulatus & tristitiæ nota, interdum, ubi magnitudo rei postulat, à poëtis appositè usurpetur, *Lacrumæ* ἀχαιικῶς. Δάκρυα verò à δάκνω, quod ex Hebræo. Quia δάκρυα morsicant quasi aut lædunt oculos. Ideo dicuntur Lacrimæ falsæ Lucretio: alijs amaræ. Græci: ἕλκωσι πικρῶς. Oculi verò inde rubescunt & turgent. Catul: Flendo turgiduli rubent ocelli. Plaut. Mil. Gl. Lippam atq; oculis turgidis.

Lædo, placet, à λοιδορίω nonnullis. Atqui nec significatus patitur, nec scriptio. *Lædo* enim usitatum, & *Ledo*. Si mutatiunculam non aversaris, erit à δηλέω, δηλῶ, quod idem. Quasi *Delo*: ut differat à *deleo, Ledo*.

Lælaps, λαίλαψ, i. e. turbo. Apud Græcos ζάλη est etiam procella, turbo: ab Hebræorum זַלְעָפָה. Quod componitur è זָל, i. e. manavit, defluxit; & עוֹף volitavit. Ovidius: Vtrumq; complectitur:

-- In cursu nimbosi turbinis.

Et Silius procellam vocat undantem.

Læna, à χλαῖνα: vestis, quæ tunicæ exteriori superinduitur ad pellendum frigus. χλαῖνα à χλιαίνω, i. e. calefacio; quod ab Heb. חָמַם, calefecit, usit.

Lætus, λαῖτος. Hesychio est ἀκήρατος, incolumis, integer, hilaris. Ab Heb. עָלַץ i. lætus fuit, exultavit. Facessãt igitur, qui vel à letho, vel à lato miserè torquent. A *lætatum, lætamen*: ut à gravatum gravamen, à fundatum fundamen. Lætamen etiam fimus; quòd lætas faciat segetes, ut ait Virg: *Læ-*

Lævus, λαιὸς. Sicut *Levis*, pro glabro, à λεῖος: ergo per Æ non scribitur. *Levigo*, i. e. leve facio.

Lagena, ut & λάγυνος, ex Heb לג, quod nomen mensuræ. Vertunt communiter sextarium.

Horat:

Nulla cathenatis pila est præcincta lagenis.

Persius:

Et signum in vapidâ naso tetigisse lagenâ.

Lallare, est nutritia vox, infantes ad lac fugendum prolectans. Vnde post Persium Hieronymus, Mammæ antiquum referens *lallare*, cõgeminet. Et Ausonius Ep. 17: Nutricis inter lemmata lalliq́ue somniferos modos. In causâ verò, quòd pueri dicantur lallare, & quòd ad pueros uti soleant nutrices; est litera, L, mollis ac liquida, apteq́ue huic ætati conveniens. Sicuti J. C. Scal. c. 38. L. L. ait: L, facillima fuit atque inter primas reponenda: lactentis enim ætatis est; itaque udam Græci appellarunt. *Lallo*, λαλῶ: item Heb. לָלַל est infantum more lallavit, aut balbutijt. A λαλέω est *Eulalia*: nomen proprium.

Lamentum, est ægritudo cum ejulatu, 4. Tusc. Ab ἰαλεμος, *Jalemus* fuisse scribitur infelix Calliopæ suboles. ἰαλεμίζειν est *lamentari*, ejulare. Fit levicula trajectio in deductione. Et notabile, quòd in verbis, quæ doloris aut passionum signa sunt; & apud Hebræos & Græcos & Latinos & Germanos etiam visatur, L cum A, E, O, V. Vt ita qualiscunque soni lugentium imago pingatur literis. Exempli causâ: יָלַל. זָרַל. ὀλολύζω, κλαίω; ἀλγέω, λυπέω, ἰάλεμος: ejulo, ululo, lacrimor, lamentor, lugeo, plango, doleo, fleo, lesus ploro, heulen/ klagen/ trauren.

Lampurus, apud Theocritum, λάμπυρος: à lucente caudâ. πυρὸς est cauda. *Melanurus*, μελάνυρος, nigram caudam habens. *Lampas*, λαμπὰς, λάμπω. Ab Hebræo לַפִּיד, i. e. lampas, fax lucida.

Lana, à λάχνη, exemto χ i. e. lana, lanugo: quod à λα & χιτὼς. Hesychio est densum capillamentum, derivanti παρὰ τὸ λάσιον. Festus: *dilaniare* i. e. lanam trahere, laniena, lanius. Jos. Scalig. ita: λᾶνος priùs dicebatur, & Doribus λᾶνος: Apollonius l. 4. Juvat etiam patrem citare lib. 1. poët. c. 4. Id genus carminis nominabant ἴαλον. Extant verba concepta quædam πλεῖον ἔλαι ἴες, ἔλαι ἴες. Spicam enim veteres sic nominabant ab aceris tenuitate atq; aristularum. Quare *lanam* quoq; eâdem voce ob filorum frequentiam. Atq; iccircò *lanificarum* bene ominantium cantiones hoc item ipso vocabulo dictas memoriæ prodidere. Messorum autem cantus λυπέρους fuit *Lytierse*.

Lapis J. C. Scal. Ex. 107. Dorica vox communis, λάας. *Laurumiæ* apud Plautum quasi λαοτομίαι. Asconius: Sunt loca lapidibus cæsis execta, in quæ noxij damnari solebant. *Lapicidinæ*, non *Lapidicinæ*. Ita enim utriusq; simplicis principia ex æquo remanent: scilicet, *Lapis* & *cædo*. Deinde *Lapicida*, ut parricida, homicida. Λάας autem, λᾶς, ab Heb. סָקַר, si retrò colligas. i. e. lapidibus obruit. Etiam silex inde, ob eminentiam. Nisi Latinum magis sapiat, quod notavimus è Scaligero.

Langueo & priùs *lagueo*: ab Heb לָאָה vel לָחָה. Vt ita proprie langueo sit deficio, defatigor, ubi vigor & vires dissolvuntur, aut dissipantur quasi. Id enim Hebraicum ingerit.

Politianus:

- - frigidulo nuper languore soluta.

Seneca: Piger ignavos alligat artus languor. Vbi enim calor, puta bene attemperatus, ibi alacritas. Ejus verò inopiam aut excessum comitatur languor, & frigus denique.

Lapit i. e. dolore afficit, apud Festum: aut *Lipit* quorundam conjecturâ. Pacuvius: *Lapis* cor cura, ærumna corpus conficit. Græcum est λυπέω, λυπέομαι, λύπη, λύπαι: à sinistra versùs dextram lege Heb. אָבַל, quoad radicales, habebis primam originem.

Larva. Turneb. lib. 7. à laribus *larvæ*: à larvis furiosi in-

insaniq; vocantur. *Lar* aut *Lars* est Hetrusca vox, idem quod princeps, πρωτοστάτης, aut προστάτης. Latinè *præses*, ut monuit Jos. Scal. in Propertium. Hinc *Lares* dicti sunt varij variarum rerum antistites dij.

Ausonius:

Tertia opima degit spoliatus Aremoricus Lars.

Congruit cum Hebr. שַׂר id est, princeps: si L præponatur, aut שׁ mutetur in istam. *Lar cœlestis*, apud Capellam, & *Cunctalis*: quorum ille præses ac princeps DEVS Iupiter: hic autem Ianus, quem regere omnia credebant, ut liquet è Macrob. lib. 3. c. 9. & Ovid. Lares *Grundiles* dicebantur, quia, Diomede Gram. autore, Romulus constituerat eos in honorem scrofæ, quæ 30. porcos pepererat. *Grundire* enim olim erat, quod hodiè *grunnire*: à γρῦ seu γρῦ, quod sonitum suis imitatur, γρύζω.

Lascivus, lascivia.

Lucretius.

Floribus & foliis lascivia læta monebat.

Propriè de propensione illâ ad venerem, aut mollitie. Ab Heb. לָצַב, lascivus fuit, proclivis ad venerem.

Lassus ducatur à labore, aut lapsu, aut aliunde, illi, qui intra cancellos Latij se inclusum mavult, quàm ad Hebræos aut Græcos expatiari. Lassus enim commodè ab Heb. derivatur חָלַשׁ & חִשַּׁל, i.e. lassus fuit, lassavit, lassum reddidit.

Laverna, dea furum; quam ita miseræ illæ Gentes fingebant *Lavernio* i.e. φώρ, qui sub istius tutela. *Lavernale*, quod isthuc pertinet: Vt porta Lavernalis. Plautus Aul: Ita me bene amet Laverna. A Græco λαβή. β in V Latinum: Vt Abella, Avella: βάππα Vappa: sic *Laberna*, *Laverna*: à λαβεῖν.

Laus à λαὸς. Nam, ut Augustinus ait gloria est judicium hominum benè de hominibus judicantium I. C. Scalig. lib. 3. poët. c. 110 ita videtur. Hoc (inquit) à Latinis *laus* dicta fuit veteri voce Aeolicâ: cujus composita adhuc durant, ἀπολαύω. Fuit enim λάω fruor. Nullus sanè major fructus ex virtute, aut actione illius, quàm laus. Agellius lib. 2. c. 6. *Laudare* significat priscâ linguâ nominare appellareq;. Nonius in hanc rem producit istud Plauti.

Plauti: Iovem supremum testem *laudo* i.e. nomino. Potest etiam ita exponi: Nomino cum laude, seu prædico. Testis enim sit fide dignus & laudabilis.

Lebes, λέβης.

Virgil.

--Dodonæosq; lebetas.

I.e. ollas æreas, interprete Servio. Apud Homerum, ἀργυρέοιο λέβητος. Aut propriè vas quodcumq;, in quod infunditur aqua. A λείβω vel λίβω.

Ovid.

fragilesq; cadi, curviq; lebetes.

Et Mantuan.

--cavosq; lebetes.

Lectus. I. C. Scalig. in The. de pl. λεχαίος herbosum significat. Vox pastorum, non contemtâ Latinis usurpatione; qui torum lectum dicunt, cùm tamen sit herbarum proprium. Hæc ille. Simpliciùs ita colligo: ut Græca λέχος λέκτος, à λέγω: ita etiam *lectus*, *à lego lectum*. *Lectus*, subintelligatur locus, vel quid tale. Plautus Amph: Priùs abis, quàm *lectus* ubi cubuisti concaluit *locus*. Ratio appellationis: quia *electus*; & é gramine aut herbis *lectis* primùm fiebat: quod Varro testatur.

Lucretius.

Strata cubilia herbis & frondibus aucta.

Propert.

--Strato vidisti Lydame lecto.

Ab illâ συλλογὴ demum appellata est λεχαία: i.e. πόα. i.e. herba collecta, ut inde lectus sterneretur. A quo verbo, *lectisternium*. A lectus item *lectica*: mediâ productâ, autoritate poëtarum. Et *supellex*. Turnebus: Ego (inquit) nomen supellectilis, à lectis habuisse originem crediderim, ut initio censerentur ea, quæ super lectos, vel cubiculares, vel discubitorios poni solerent: posteà longius latiusq; significatione propagatâ.

Lecythus, λήκυθος: quasi ἐλαιόκυθος: παρὰ τὸ ἔλαιον κεύθειν; interpretamento Græcorum. At vox multò vetustior. Ab Heb. לֵתֶךְ, quod est nomen vasis, aut etiam mensuræ apud Hebræos. Si invertas, emerget Cotyla, κοτύλη. κότυλος: quod egregiè notat Ioh. Avenarius. Vt ita principali suâ notione *Cotyle* sit lecythus, vel vasculũ, aut urceus concavus, quo ad varia ute-

utebantur. Inde fusa significatio etiam ad alia, καθ' ὁμοίοτητα: quo nihil crebrius.

Lemnisci: Festus, sunt fasciæ coloriæ dependentes ex coronis: quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. Turneb l. 18. c. 3. *lemniscum*, ait Syracusanum verbum esse, quo stricta angustaq; tænia significetur. Et *lemniscum* aut *lemniscatam* coronam à Marone 5. Aen. significari: puniceis ibant evincti tempora tænis. Et palmam lemniscatam dici à Cicerone pro Roscio. In veteribus agonibus (inquit Ios. Scalig.) quòd vicerant, coronâ & ramo lemniscatis aut torque involutis donabantur. Græcis est λημνίσκος, apud Plutarchum, Hesychium, alios. Fortè à *lamna*: Nam etiam alicubi nunc videmus, quòd inde coronæ efficiantur, aut saltim firmentur. Sed nihil certi affirmare ausim.

Lemures, quasi *Remures* vult dictos Porphyrio: à *Remo*. Cujus interfecti species nocturna seu umbra Romulo objecta est, eumq; miris modis perterruit. Postmodum

pro spectris alijs noctu vagantibus, sumserunt. *Lemuria* & *Lemuralia* fuerunt sacra ad placandum Lemures i. e. Remi manes primùm instituta.

Leo, λέων. *leæna* λέαινα. Hebræ. לָבִיא leo, animal coradatum: aut inversim ab אל quia leo polleat robore.

Lepesta Varro l. 4. dicta *depesta* etiamnunc in diebus sacris, Sabinis vasa vinaria in mensa deorum sunt posita. Legitur à Jos. Scaligero, *Lepesta*, quæ à Græco λεπαστὴ. Cujus præter quod veteres Grammatici, Athenæus & Pollux meminerunt, ipse quoque Varro eadem pœne quæ hîc monuerat l. 1. de vita Pop. Rom. *Lepesta* (inquit) et jamnunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut æneæ. Sed pace tanti Heros, etiam ibi δέπας legi posse, nec adulterinum esse, docet Græcorum δέπας tritissimum, unde δεπάστρια. Inde *Depestra* & post, quo fiat mollius, *depesta*.

Lepidum, parvis de rebus tantùm dicimus, utpotè quod dictum sit, ἀπὸ τῆς λεπίδος. λεπὶς est à λεπτὸς, λέπω i. e. cuticula tenuis, aut cortex, Muretus. Vnde etiam *Lemma*, λέμμα: quod differt à λῆμμα *lemma*. λέμμα est λέπος, cortex, liber. *Lepidus* i. e. politus, ait Donatus, ἀπὸ τῆς λεπίδος i. e. à lamina, vel squama. Plinius lib. 34. Excutiuntur veluti milij squamæ, quas vocant *Lepidas*. Propriè itaq; est tersum, purgatú à maculis, aut politum, *Lepidum*: post Tropicè aliò tramittitur. Certè Plautus utitur aptè de forma, quam vocat lepidam, & liberalem. Imitatur etiam Terentius & alij. Nam mulieres, dum *poliuntur*, dum comuntur, annus est. Legendum ibi apud Terent. *poliuntur*, inquam; usitatè moliuntur. Quia illud propiùs fœmellarum mores attingit. At moliri generalius. Et quidem poliunt faciem: comunt capillos.

Lepus Varrò, citante Agellio l. 1. c. 18. Non dicimus *leporem*, ut L. Aelius, quod est *levipes*: sed quod est vocabulum antiquum Græcum. Multa enim vetera illorum ignorantur, quòd pro ijs, alijs nunc vocabulis utantur. Idem prodidit J. C. Scaliger c. 189. L. L. Habet suam causam *Lepus*, quâ desciscat, sequaturque aliam proportionem, ut faciat *leporis*: propterea quod Græci Dorienses ita, & appellabant, & flectebant: quare generis quoq; analogiam secutus est lepus Græcam, non Latinam equi: ὁ ἵππος ὁ λέπορος: neq; solùm genus inde, sed vocis in recto casu lineamenta Latina sibi assumsit, ut esset *Lepus*, sicut *equus*. Obiter scito, non rectè apud Martialem legi, *Inter quadrupedes gloria prima lepus*: est enim generale, nec quadrat. Sed *mattya* ματτύα: ut apud eundem l. 10. *te mattya sola juvat*, i. e. edulium magni precij aut delicatum, Cœl. l. 9 c. 12. Alijs *mattea prima lepus*; quomodo curiosissimus *Gruterrus* edidit è MSS. Palat. & Bongarsij: quod monuit *Taubmanus*.

Lessus. Extat in 12. Tab. Mulieres genas ne radunto, neve *lessum* funeris ergò habento. Hoc veteres interpretes, Sextus Aelius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt: sed suspicari, vestimenti aliquod genus lugubris. Lælius *Lessum* quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat: quod eò magis judico verum esse, quia lex Solo-

nis idipsum vetat: Cic. 2. de Leg. Origo est à Græ. λέσχη i. e. sermocinatio, confabulatio, querela. Aut λεσχὴ, lessus, item λάσκω à לָזַר blateravit inutilia, questus est.

Letbum, quidam à supino verbi inusitati *Leo*, *levi*, *letum*, trahunt. Sed nihil probant. Voi enim est illud verbum leo? Nam quod *deleo*, præsidij causâ, huc arcessunt, parùm juvat. Id enim est à *de* & *oleo*: sicut *aboleo*, *exoleo*, *exoletum*: ita *deleo*, *deletum*. O absorbetur, ut in proles, *demo*, quasi *de emo*. Quidam à λήθη i.e. oblivio. Mortui enim oblivionis quasi nube involvuntur, & latent. Heb. לָטָא, lethavit. *Lethe* Lucanus lib. 8.

Quam juxta Lethes tacitus perlabitur amnis
Infernis (ut fama) trahens oblivia *venis.*

Lethargus, λήθαργος: λήθη & ἄργος. Celsus l. 3. c. 20. morbus est i.e. marcor, & inexpugnabilis ferè dormiendi necessitas: ubi nil nisi oblivio, & otium dominatur. Plauto est *veternus* à *vetus*. Est inveterata labes, & δυσκίνητος. Verbum est λήθω, λανθάνω: quod creat Latinum, *Lateo*: Doricè λάθω: planè ortus Hebræi לָאַט i.

latuit & לוּט i. e. illatebravit. A lateo est *delitesco*, *delitui*, *latibulum*, *latebra*. Valla distinguit l. 4. c. 79: *Latebræ* hominum propriè dicuntur: *latibula* ferarum. Quod esse falsum & autores & etymon tantùm non clamant. Heb. לָאַט & לָט. *Latex*, humor qui latet: Heb. itidem לָשַׁך i.e. omnis humor, qui intus latet. Lucretius, liquoris vitigeni *laticem* i.e. vinum. Ovidius Palladios latices oleum nuncupavit. *Laterna*, in quâ ignis latet. *Latus*, quia sub axillis conditum sit. *Latrina*, quæ semota & abstrusa latet: etiam Germanorum suffragio. Opponitur *fornix* à *foro*. quæ publicè omnibus patet. Olim *latrina* erat balneum, quasi *lavatrina*, Lucil. Nonius. *Latro*, quoniam latens, ex insidijs homines adoritur. Quâquam, Festo autore, à λατρεύω sit, & apud antiquos significârit militem. Λάτρις servus. Et rectè quidem. A Plauto docemur. In Milit. *Latrones*, quos conduxi, i. e. milites. In Poen. *latrocinari* est stipendio præsente militare. In Trin. *latrocinatum* ire pro eo, quod Terentius *militatum* dixit.

Post-

Postmodò hæc significatio immutata est, ut tyrannus, parasitus, & alia.

Latinus, *Latialis*, *Latiaris*, ut agonalia, agonaria: *Latium*: quod inibi apud Ianum latuerit Saturnus, cùm Jovem fugeret. VIII. Aen.

--- Latiumq; *vocari*
Maluit, *bis quoniam* latuisset *tutus in oris.* ---
Ovid. 1. Fast.

Dicta quoq; est Latium *terra*, latente *deo*.

Quâ occasione nonnulli *Saturno* nomen inditum existimant ab Heb. סָתַר, abscondidit, celavit. Vel שָׁתַר, quod simile. Dresserus in 3. Mill. verius est (inquit) à שַׁדַּי, quod est omnipotens. vel sufficiens, & omnibus necessaria ad vitæ cultum, usumq; suppeditans. Hujus enim imperium adeò fuit justum, æquum, & commodum, ut nemo servijsse sub illo visus sit. Hæc ille. Prior autem sententia palmarium tenet, à סתר: quod etiam ab alijs observatum. Qui Græcis tantùm implicantur, ἀπὸ τῆς σάθης, propter abscisa pudenda, cœli ipsius falce, & in mare dejecta. Immò & σάθη à שָׁתַר: quia natura ipsa

membrum illud latere, aut abstrusum esse voluit Tullius 2. de Nat. de: Saturnum eum esse voluerunt, qui cursum, & conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Græcè idipsum nomen habet, χρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος i.e. spatium temporis. *Saturnus* est appellatus, quòd *Saturaretur* annis. Macrob. l. 1. c. 8 & 10. Satur. *Saturnalia* feriæ fuerunt in honorem Saturni celebratæ. Sed quî fit, quod non Saturnale, verùm Saturnalia, Hilaria, Floralia, Faunalia, Bacchanalia, dicamus? Id suggerit J. C. Scal. c. 78. L. L. Plura dicas unum dicam, *Saturnalia*, Floralia, ratio subest. Comprehendit enim, & ludos, & joca, & mercatus & comessationes, & alia.

Levi לֵוִי, nomen proprium filij Jacobi Patriarchæ. Rad. est לָוָה. i. mutuatus est, accepit mutuo, utendum accepit, accommodavit. Inde est etiam *Levinus*, apud nos usitatum.

Levidense, λεπτομερὲς est. Alij modò *Levidensam* dici existimant de veste, quæ leviter densata sit, & texta crassiore filo.

R 2 Quo-

Quorum ut hoc posterius verum sit: illud tamen prius falsum, quod de veste ejusmodi solùm accipiatur. Nam quod Cic. ad Dolabel. producunt: munusculum mittere volui *levidense*, crasso filo: ut suam inde fistant opinionem, perparùm efficiunt. Scribunt enim *levidense*. Atqui simile exemplum in Cic. quantum scio, non legitur: *munus togæ, penulæ* aut alterius vestimenti, ita, ut ad scriptum, aut orationem accommodetur: velut hic Cicero orationem incultam, & minus elaboratam, modestè vocat. Et sanè *levidensa* substantivum non est: sed adjectiv: & καθ' ὑπόνοιαν aliquid subindicatur. Itaq; etiam *levidensus* dicetur: adeoq; *levidensis* quoque, ut imbecillus, imbecillis: exanimus, exanimis. Sed quid pluribus opus? Simile est apud Plautum: *Ralla*. A *raritate* texturæ, Nonius. Cui opponitur *βίσσα*. Jos. Scal. in Cirin: *plauduntur*. κροτοῦνται, σπαδῶνται: ut σπαδηταὶ ἰδρῶτες Sophocli i. e. crebræ: ut contrà *Rallæ*. Apud Plin. l. 8. crebræ *papaveratæ*. Vbi forsan melius legeretur *paveratæ* h. e. σπαδηταὶ, ut sint eædem quæ *pavidenses* apud Isidorum: quomodo *pavera* frumenta, multùm trita, ut granum deglubatur. Sunt enim frumenta quædam, quæ vix è glumis suis evaginari possunt. *Pavera* autem, à *paviendo*. *Pavire* παρὰ τὸ παίειν: ut, palmisque misellam *depuvit* me. Hæc ille. Aberravit igitur Turnebus in Varr. dum vestem *panidensem* dicit, quę crebriùs & densiùs erat texta & tanquam *panita*, & calcata. Debebat, *pavidensem* à pavire: sicut levidensis. J. C. Scalig. Ex. 312. *pavor* est idem, quod percussio: Græcâ origine, παίειν. Cic. 4. Tus. *pavor* est metus mentem de loco movens. Ex quo illud Ennij: tùm pavor mihi sapientiam omnem ex animo expectorat. Heb. פַּחַד .i. pavor: è Radice פָּחַד obstupuit. *Pavimentum*, à pavitum: ut alimentum, ab alitum; quod subjectum pedibus *pavitur*, ac teritur. Igitur generale est: non speciale, ut putârunt. *Oppuvire, oppuviæ* à *pavio*. *Tripudium*, de quo Cic. 2. de div. aves, quia cùm pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terrâm *pavire*: *terripavium* primò, post *terripudium* dictum est: hoc quidem jam *tripudium*. Itaq; propriè non dicimus, aquilam in aëre tripudium facere.

Libanus, לְבָנוֹן, id est, mons, qui fert frutices & arbusculas turiferas, ac maximè odoratas. Hinc לְבוֹנָה idem est ac *Tus*, à candore eximio sive splendore. *Libanotis* ex eadem origine: videlicet propter fragrantiam: λιβανωτὶς, λιβανωτίδος, λιβανωτὸν, λίβανος, id est, tus: quamvis Græci è patrio ortu velint esse, à λείβω: tamen canicies Hebræorum veneranda præponderat.

Libare, ineptissimè q. *labiare*. λείβω est originale. λοιβὴ libatio. Quæ quia spontanea aut ultronea fuerit & debeat esse, inde fecerunt liber: prisci *Loiber, loeber*, Festo teste. *Liber*, cognomentum Bacchi: quod liberet animum curis. *Liberi*, i. e. nati, quòd liberati, & immunes essent ab oneribus servorum. *Liberi* in plural. Num. tantùm veteribus: quia id nomen filios unà & filias complectitur: nec minimum erat decus πολυτεκνία. Apud sequioris ætatis ut Quinctilianum, Paulum, Cajum, Liberum pro filio invenimus. *Libum*, quia utebantur in sacrificijs.

Ovid:

Cui cum cereale sacerdos

Imponit liburn - - -

Mantuano, mystica liba. Apud Hebræ. לְבִיבָה, est libum, scilicet ἐνκάρδιον. *Libitina*. J. C. Scal. lib. 3, poët. c. 50. Neq; Libitinam primùm dictam arbitror: sed *Labitinam*, quæ omnes mortales caperet tandem. A qua origine alia quoque, *labor, labrum*. Vespillones autem rem duram ex officio suo, meliore vocabulo, fecisse molliorem. Apud Plautum Bacch: *Libitinarius*, pro sene: à libitina.

Libra, λίτρα: καὶ ἀντίστοιχον. Apud Rabinos est לִיטְרָא, *Litra* è Græco. *Deliberare* à libra, libella, quâ quid perpenditur, Festus.

Libya, λιβύη. Faciant vel à vento *Libs*, aut rectius *Lips*, λίψ. Vel à filia Epaphi. Vel quòd egeat pluviæ, à λείπειν καὶ ὕειν. Verius ab Hebræis. His enim לְבִיִּם sunt *Libyes*, à לָבַב propter fortitudinẽ. Vt Phœnices: ita propter affinitatem cum Judæis Libyes exotica, & nomina, & res inde acceperunt.

Ligare, à λύγος, i. e. vimen. λυγώδης, viticeus, flexi-

lis instar viminis. J. C. Scaliger in lib. de plant. à λύγω nostrum *Ligare* est : à specie scilicet. Leviter Varro putabat à *legendo ligare*. Idem c. 11. L. L. *Licium à ligando* dictum : sicut & *Lictor*. *Lictor* à ligando : ut *lector* à *legendo*. C enim & G cognata sunt. Alijs à *ligere* pro ligare. Cicero pro Rabirio : *Lictor* colliga manus. Vide Agel. l. 12. c. 3. *Religio*, autore Augustino, de verâ Rel. cap. 55. Et Lactantio lib. 5. c. 28. dicitur à *religando*, & significat omnia illa pietatis officia, quibus Deo, & proximo obligamur, & per quæ etiam DEO quasi colligamur, & ad salutem unimur. Cic. 3. de Nat. Deor. ita : qui omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam *relegerent*, sunt dicti *religiosi*, à *relegendo* : ut *eligentes* ex eligendo, ex intelligendo *intelligentes*. His enim verbis omnibus inest vis legendi eadem, quæ in Religioso. Itaq; cum pietas, omnium consensu, in lectione & repetitione sacrarum literarum versetur, sententia Ciceronis non erit minimi precij. Et succurrit analo-

gia. Vt *legio* à *lego* ; ita *religio* à *relego*.

Limen, λιμὼν. *Eliminare*, extra limen protrudere. Cicero in Top. Cùm *vis postliminij* quæritur, & verbum ipsum notatur ; in quo Servius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi *Post* & *Liminium* : illud productionem esse verbi vult, ut in finitimo, legitimo, æditimo non plus inesse *Timum*, quàm in *Meditullio*, *Tullium*. Scævola autem Publij filius, junctum putabat esse verbũ, ut sit in eo & *post* & *limen* : ut quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, & ex suo tanquã limine exierint ; hinc cùm redierint, *pòst* ad idem *limen postliminio* videantur redijsse. Et quidem posterior rectiùs sensit. Nã significatio ipsa ubivis recepta contradicit Servio. Festum audi : *Postliminio* receptus dicitur is, qui extra *limina* h. e. terminos provinciæ captus fuerat, rursus ad propria revertitur. Et ibidem plura : quæ *Liminium* minimè pro caudâ aut productione habendum esse ostendunt. Itaq; *postliminium* rectè ex Latini sermonis proportione dicitur,

tur, ἡ ἐπάνοδος, ut contrà *Eliminium*, ἡ ἔξοδος. De *Tullium* vero an sit itidem cauda, alibi egimus.

Limus, λιμὼν, i. e. terra madida, irrigua. *Illimis*, i.e. purus, sine limo. *Sublimis*, supra limum. Aut à *limine*, ut sit limen superius apud Festum. Ennius Thyest. ita vocat cœlum : Aspice hoc *sublimen* candens, quem invocant omnes Jovem.

Limax Varroni : quia locis ejusmodi humidis insidet. Pòst μεταβάλλεται ad alia. Vt Jos. Scalig. in conject. *Limaces* (inquit) meritrices, ut apparet, dictæ à limace, quæ folia plantarum & olera corrodit. Ejusmodi sunt meritrices, quæ miseros amantes καταφάγεται. A quo illa apud Menandrum meritrix dicitur ἀεὶ ἑτέραν λῦπ' δεῖ ; αἰεὶ ὅπως μέγα περιφαγητὸν ἐφ' ἑαυτῷ ποιεῖ γναθόν. Vel potiùs, à *limando*. Nam Græci quoque τὸ ῥινεῖν in eadem significatione usurpant. Ælianus καὶ ὁ ὑμῖν Σ μιμάνδρε θήρων (nomen est parasiti) μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπων φαύλων ἀνδρῶν ἱκανὸς ἐστιν. Vbi etiam eleganter, ἀπὸ τῆς φάλ-

ητος. A quo dixit Plautus de parasito : recepit se ad præsepim suam. Cur. act. 2. sc. 1.

Lingo per augmentum Σ N, à λείχω. *Lingua*, quia fit unicum linctus instrumentum. Heb. לָחַךְ, i. e. linxit, elinxit. Et עָלַע, deglutivit.

Apud Græcos γλῶττα est lingua : *Glossarium*, γλωσσάριον, i. e. parvâ linguâ. *Gloria* antiquè *Glosia*, à γλῶσσα. Nam gloria est frequens de aliquo fama cum laude, Cicero in Rhet. Aut illustris ac pervagata multorum & magnorũ fama, pro M. Marcello. Inde apud Comicũ. Esse in ore hominum. Et Ennium :

Volito vivũ' per ora virùm.

Bugloſſus, βούγλωσσον, i.e. herba similis bovinæ linguæ. γαίω, i.e. glorior, fit ab Hebr. גָּאָה : ut γλῶσσα præfixo γ, à לָשׁוֹן, quod idem.

Lipire, non solùm de oculis dici, sed πολύχρηστον esse, origo monstrat & autoritas. *Lipus & Lippus* à λίπος, i. e. humor pinguis. λιπόδης succiplenus. Plautus : lippiunt fauces. Martialis : lippa ficus, i. e. pinguis, exuberans.

Lis à limitibus. Maro, *limes* agro positus, litem ut discerneret arvis Aut potiùs ita: *Lis* primùm *Elis*, & quidem *Elis* pro *Eris*, ἔρις: R transeunte in L: ut λείριον, *lilium*: ἄλως area: *cribanus*, *clibanus*. *Lis* deinde factum, amputato capite. Vt ἥλω ἐξέλω: μαλὸς ἀμαλὸς: Sic Lis, Elis. *Litigo* est litem ago. *Votilitigator*, Plinio docente, eleganter à Catone factũ ex *vitio* & *litigatore*. A *lite lituus*. Servius in 3. Georg: *Lituus*, virga regalis, quasi lites dissterminans.

Virg:

Ipse Quirinali lituo, parvâq; sedebat
Succinctus galeâ --

Deinde *lituo* est è genere buccinarum incurvarum: scilicet à figurâ illâ bacilli. Seneca: Jam tacet stridor litui strepentis. J. C. Scaliger in Critico: *Limes* à divisione, qui solveret dominium, & possessionem, mutatâ Græcâ vocali in Latinam tenuiorem. λύειν est solvere. A quo *Lyæus* & *Lysius*, apud Pausaniam in Bœotijs. Solvit enim curas, & depellit tristificas nubes animi, ut ille ait.

Horatius:

Curam metumq; Cæsaris rerum juvat
Dulci Lyæo solvere.

Ovidius:

Turpe jacens mulier multo resoluta Lyæo.

Idem:

Et juvenum curas & libera vina referre.

Libera, i. e. quæ liberant, & discutiunt solicitudines aut mœrores.

Theog:

ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσαι μελεδῶνας.

In Propertio est συναλοφανὲς:

Me juvat & multo mentem vincire Lyæo.

Sed vincit & solvit, κατ' ἄμφω ἄμφω. Dum n. mentẽ ab æstu curarum ac tristitiæ liberam facit, vel solvit, ipse occupat eandem, & quodammodo vincit: sed suaviter. Propterea ait: me juvat, i. e. ultrò, & cum jucunditate bibo, aut adjumento.

Litare. Turnebus: cùm se *litasse* veteres dicebant, quo verbo grata acceptaque alijs immortalibus sacra fuisse intelligebant: à *solvendo*, si Varroni fides, ita loquebantur: proinde quasi sit *litare*, *lutare*, i. e. luere & solvere.

Tum

Tum enim denique solutum dijs videtur, cum acceptum fecêre. Varronis verba sunt in Lutavi apud Nonium: Habes quî & cujus rei ergò fecerim hecatomben: in quo equidem (ut puto) quoniam *luere* est *solvere*, *lutavi*. Itaque ut maximus & maxumus dicitur: ita *luto* & *lito*. Mihi ita videtur: Litare esse à λιτὴ, λιτὰ. *Lita*, id est, preces, supplicatio: sicut & *Litania*, λιτανείαι. λίσσομαι & λιτομαι, id est, precor, supplex oro. λίσσομαι à לִשָּׁא, i. e. petijt, ἠτήσατο.

Litera J. C. Scalig. c. 4. L.L. De Literâ acturi veram ejusce nominis rationem ex figurâ emergere comperiemus, cùm eas certis lineis contineri videbimus. Exemtis namque ex priscâ nominis origine aliquot elementis, cum primùm dictæ essent *lineaturæ*, *literæ* postea factæ sunt: sicut apud Græcos γράμματα παρὰ τὴν γραμμήν. Evenit deinde, ut quoniam album nigredine aspergeretur, atque ei quasi officeretur, ut ea significatio latius fusa sit, & *litura* inde etiam macula diceretur. *Obliterare* autem verbum non à *literis*, ut

dixere, sed à *lituris* deductum est, versâ scilicet vocali, Quemadmodum à fœnus fœneror & à pignus pigneror, & à tempus tempero: sic à *lineando*, *linere*, unde *lineaturæ* & *literæ*, & *lituræ*, ex eodem fonte æquè omnia. Neque enim à *lituris* literæ, quia deterentur: priùs enim factæ quàm deletæ sunt. At formæ potius atque οὐσίας rationem, quàm interitus habeamus. Ex his constat eosdem veteres non rectè quasi *legiteram* commentos esse, ut extrema pars vocis ab itinere fingatur. Prisc. in vestib. lib. 1. Dionysius Halicarnas. Quinctilianus, Johan. Goropius lib. 3. Hermath. Ex illo jacto Scaligeri fundamento discimus, quod Litera una T scribendum sit: quia à *linea*, *lineatura*. *Linea* à *lino*: Est enim *linea* minima corporis dimensio: fitque è *lino*: is scilicet subtilissimus & tenuissimus funiculus, qui fermè obtutum fugit. *Linum* Græc. λινον: à λιες, λῖς. *Linteum*, quidquid è lino. Inde λέντιον venit ad Græcos.

Litus. Cicero primùm instituisse legitur, ut *litus* sit, quousque maximus fluctus à

mari excurrit: quæ quidem æquoris effusio maxima, quãdo hieme ferè conspicitur, existimatum est pelagi nostri *litus* dici oportere, quatenus hibernis fluctibus maximis excurrit, epist. ad Brutum. J. C. Scal. c. 26. L. L. λιτὸς quòd esset terra inculta. Servius: *Litus* dicitur terra, quæcumq; mari vicina. Sicut ipse Virgil. in 4:

Cui litus arandum:

cùm per naturam litus arari non possit. *Ripa* ἀπὸ τῆς ῥιπῆς, ob præcipitium. ῥίπτομαι est præcipitor. Vtriusq; discrimen: ad flumen *ripas*: ad mare *litus* habes. In Ovidio vides 1. Metam:

- - pro ripis litora pulsant.

Sed id tamen non ubiq;. *Aëta* 5. Æneid:

In solâ secretæ Troades aëtâ.

ἀκτὴ ab ἄγω nonnullis, id est, frango: est litus, ora, præceps ad mare locus, ut annotat Cœl. Rhod. lib. 11. Antiq. cap. 26.

Locus J. C. Scalig. lib. 3. poët. c. 90: Etymologia fit aut à *rectâ*, aut *contrariâ*. A *rectâ*, veluti cum *locum*, παρὰ τὸν λόχον dicimus: quia proportio est inter locum & locatum. λόχος insidiæ dicuntur, quia veteres Græci *locum*

priscâ & abolitâ voce sic appellabant. λόχος ab Hebræ. נָכַל, i. e. insidiatus est. *Locuples*, i. e. agri plenus: *pleo* *pletum*, *pleo*. Nam *loci* dicebãtur olim agri, Plin. lib. 18. c. 3. *Illicò*, i. e. in Loco: sicut in tempore. Cassius apud Nonium: *Et quia, quò irent, nescicbant, illicò manserunt.* Idem: *his persuadet ut illicò manerent*, Plaut. in Cur: *Sta sist illicò.*

Longum. J. C. Scalig. Ex. 103. s. 4. Dicitur *longum* comparatione brevis, Græcâ item origine λόγχη: quod inter alia etiam venabulum significat: ab eodem est *Lancea*, Festo. A λαγχάνω λάχω, λήχω quod à לָקַח, i. e. accepit, ἔλαχε.

Loquor. J. C. Scalig. lib. 3. poët. c. 90: Non à *loco*, ut ait Varro, sed παρὰ τὸν λόγον. Quare? quia proportio est inter mediam, & tenuem mutam. Locus autem cum sermone nullam habet affinitatem proportionis, quam analogiam Græci vocant. *Locutuleius* à *locutione*: videlicet nimiâ. Idem *Linguax*, *Blatero*, λάλος, cujus lingua tàm prodiga & infrenis est, ut semper

per fluat & æstuet colluvione, & spumâ verborum.

Lotus, λωτὸς Hebr. לוֹט .i. lotus: arbor fructu dulci, odore gravi. Trivialis est parœmia.

Luca, .i. elephas. Alij *Lucam* quasi *Libycam* volunt appellatam, quòd ex Africa ejusmodi bestiæ primò fuerint in Italiam traductæ. Varro à *luce* dictas existimat, quòd Elephanti relucebant propter inauratos regios clypeos, qui in turribus superædificatis conspiciebantur.

Lucta. J. C. Sc. c. 22 poët. lib. 1. *Luctam* Græci πάλην à concussione, Latini à motu, unde *Luxare*. Et in Theoph. de pl. *Luxatio* est dimotio ex loco naturali, παρὰ τὸ λύειν. *Luo*, *luxo*, ut *veho*, *vexo*.

Lucubro, quasi *lucibro*. V assumitur: quia justior ita σεφοφή, velut in *luculentus*, non *lucilentus*, ut lucidus. Dein, quia V & I solent invicem usurpari: *recupero*, *recipero*: *mancupium*, *mancipium*: & sic *lucubro*, *lucibro*: à *luce*. Proprie est ad lucernam, aut lychnum quid facio, λυχνίζω.

Generale enim est: non tantùm νυκτοφαφέω, quod putant. Sed quærat aliquis: quî *lucubro*, cujus primam faciunt brevem, ut *lucernæ*, descendat à *luce*, cujus prima longa? Dudum à multis responsum, & data regula: *Brevia* à *primis fieri longis*: & contrà, *Longa* à *brevibus*. Quod ut verum sit, cum micâ salis accipiendum. Nempe *Brevia* oriri dicuntur à *Longis*, non simpliciter: sed, *vel omissione literæ*: ut *mamilla*, *mamma*: *curulis*, *currus*: *orion*, ὠρίων, ὠαρίων: εἴδωλον ἔδωλον. *Vel lege quadam compositionis*, ut *siquidem* à si: *Ignipotens* ab igni: *terrigenâ*, à terrâ; ultimâ longâ. *Vel brevia* (*ut & longa*) *sæpius non tam proximæ*, *quam remotæ originis quantitatem sequuntur*; consilio poëtarum, qui ita usi. Sic *notare*, *nota*, retinet quantitatem τοῦ νοεῖν, νόος: unde τοίνυν, νάσκω, & latinorum *nosco*, *notum*, *nomen*, *nominare*. *Fragor*, *fragilis*, primam corripiunt, prout φράγω, *frago*: nunc frango. *Tigillum* à tego, tignum. *Vadum* à βαδίζω, vado. Et fit *lucubro*, *lucerna* imitantur quantitatem τῆς λύχνης: unde λύξ, lux contractim.

Deinde

Deinde Longa naſcuntur à Brevibus: *Vel additione & mutatione literarum.* Vt ὀνομάζω, ὠνόμαζον: ἐλείω, ἠλέεον: teliquiæ, relliquiæ: quatuor, quattuor: religio, relligio. Quod quia veteribus non inſolens; ideo illas ſæpe literas non geminabant. Vt videre eſt in Lucretio, alijs. *Vel* ἀφὴ τῆς γραμμάτων συναθροίσεως. h. e. quando literæ contrahuntur. Nota illa figura. *Juvo, juvavi, juvatum*: nunc contractè, *juvi, jutum, jumentum.* Primitus erat: *lavo, lavavi, lavatũ*, à quo *lavacrum*: item, *ſeco, ſecavi, ſecatum*: nunc verò, *lavi, lautum*; *ſecui, ſectum*, & hinc *ſeculum*. Ita olim, *rego, regij, regitum*, unde etiamnunc *regimen*: hodie dicimus, *rexi, rectum*; indeque *rex, regula.* Antea, *tego, tegij, tegitum*; & hinc *tegimen, tegimentum*: nos malumus, *texi, tectum*, è quo *tegula.* Pariter *foveo, fovij, fovitum*: *faveo, favij, favitum*, à quo *Favitor*: nobis placet, *fovi, fotum*: inde *fomes, fomentum*: item, *favi, fautum.* Ita olim *tero, terui* (reſiduum adhuc *atterui*) *teritum*: hodie *trivi, tritum, tritura.* Hac viâ, niſi me ratio fugit, vel brevia à longis, vel longa à brevibus veniunt. Si

probè notetur; nihil vel ἀναλαλίας vel ἀνηλογίας, ut objiciunt, ſupererit.

Lucunter Joſ. Scal. λιθοκαυτῆς, ab aſperſione farinæ, quæ alba eſt. Dicitur & *lucuns, lucuntis.* Varro: Ac nulla ambroſia, ac nectar: non allia ſardæ, panis, pemma, *lucuns*, cibu' qui puriſsimu' multò eſt. Idem: Vinum, pemma, *lucuns*, illi nihil iſta miniſtrant. Ab eo ψαιθηλατικὸν, *lucunculus.* Gloſſæ, *Lucunculus*, πηγανίτης. Afranius Fratrijs:

Piſtori non: at cui non ſoribliturio?

Vt mittat fratris filios lucunculos.

Ludo, ludis, luſus, ludio. J. C. Scal. Poët. c. 4. Circumire igitur provincias, & certare in Italiâ, qui ſe βωμολοχίας prædicarent, atque alio nomine λυδιαστὰς. Vnde & *Ludionum* vox perpetua manſit Latinitati. Scribendum verò *Ludius*, non *Lydius*, ut notetur diſcrimen. Quanquam *ludij* ex eo vocati, quòd à Lydis hoc genus ludicri inventum videretur. Lydia à לוּד, nomen filij *Sem*, qui iſtam coluit regionem. Vtrum *Ludicer*, an *ludicrus* dicatur rectiùs, quærunt Philologi?

Facilis

Facilis reſponſio. Dicatur *Ludicer.* 1. ob analogiam, ut macer, ſacer, pulcher: ita Ludicer. 2. quia nullum præterea adjectivum exit in *Cruſ.* 3. Itaq; illa ἔνρεσις mendoſa; cum ſecundum analogiam *Ludicrus* dici ajunt, ſicut *lubricus, terricus*: hæc quippè in *Cus* deſinunt. 4. Eruditi malunt *Ludicer* εὐφωνίας ἕνεκα: ut annotat Lexicon Calepini. Joſ. Scal. ad illud Catul. car. 29. Voſs; *ludiæ* Lacus undæ, notat: *Ludius* proprie eſt ὀρχηστής.

Ovidius.

Ludius *æquatam ter pede pulſat humum.*

Prudent.

Saltet tonantem tauricornem ludius.

Stat.

Hoc plaudunt grege ludiæ *tumentes.*

Turnebus ad hoc Statij graviter peccat. Nam *Ludius*, ut dixi, ſaltatorem ſignificat. Vnde eo nomine Luperci dicti, qui per totam urbem diſcurrerent ſaltitando, autor Tertullianus. Hinc Plautus: peſſuli, heus peſſuli, vos ſaluto lubens, Fite causâ meâ *Ludij* barbari, ſubſilite. Varro rerum ruſt. 3. Cùm inſulas *ludiano* ritu choreuſas

vidiſſes h. e. ὀρχηστῶν δίκην χορευούσας. Hinc duæ ſtellæ in cauda cynoſuræ, quæ præcedunt ultimam, dicuntur Græcè χορευταὶ, quia circa ultimam moventur. *Ludentes* autem ab interprete Germanici. Igitur *Ludiæ undæ* dictæ, quæ perpetuo motu agitantur. *Ludius* itaq; & *ludens* ὀρχηστὴς. χορευτὴς. Gloſſæ: σατυρίστης ὁ σκηνικός.

Ludovicus, **Ludwig**: à *Lud* i. e. populus & **wig** vel vvick quod eſt aſylum, & perfugium. Ergò *Ludovicus* erit idem, quod Demoſthenes: ſeu populi hominumve refugium. *Heddevigis*: rectius *Hettvvig* i. e. patris refugium, ab *Hetto*, ut diximus.

Lugeo, à λυπέω: aut λύζω, λυγμάω i. e. ſingultio. Exquiſitiùs ita: λύγη ſunt tenebræ & ſqualor. λυγάω in caligine ſum, in ſqualore verſor. Id faciunt *Lugentes.* Vnde illis etiam propria veſtis pulla, cum tenebris cõmunis. Hebræi à vocis ejulatu & lamentatione fecerunt יָגַן & נָעָה i. e. luctuoſus fuit, ululavit, mugijt. Inde eſt Græcorum γάω, γόος.

Luna.

Lunæ, quasi *Lucina*, exemtis duobus elementis: quia est alterum luminare, præses noctis. Catullus.

Tu Lucina *dolentibus*
Juno dicta puerperis.

Lucina dicta, quòd ejus operâ fœtus in lucem prodeant, & lumen cœli intueri incipiant. A σελήνη, appellatur Lapis *selenites*, quasi *Lunaris*, à Galeno *Aphroselinon*, quasi spuma lunæ, vocatur. Dioscorides sic nominatum scribit, quia noctu inveniatur turgidus, seu plenus crescente Luna. σελήνη est à σέλας; unde quoq; *stella* Latinum. σέλας & στέλλω. Non enim poterant facere *sella* aut *sela*. Ergò *stella* geminato L. Alioquin aditus patuisset caligini ambiguitatis. Alijs à πέλω ἀναπέλω i. e. orior, præposito sibilo. στέλλω est ab Heb. גָּלַשׁ si transpo. nas literas. i. e. nituit instar nivis, aut stellæ. *Stellio* à stella. Isidorus: *Stellio* à colore nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum.

Et Ovid: *aptumq; colori*
Nomen habet variis stellatus
corpore guttis.

Luo, eluo, λύω. λέω lavo. *Lutum*, quod abluitur: & λάτρον, item λάτριον est aqua sordida.

Lu

Collutulo, apud Plautum, luto fœdo. *Lues*. J.C. Scal. 1. poet. c. 4. *Luem* morbum dicimus, cujus vi corpora *solvuntur*. Idem: *Diana* cognominata est *Lya*: quod intestinam discordiam *solvisset*. Alij cognomen hoc, ut & fatentur & attribuunt: ita rationem causamq; assignant aliam. Ante Hieronis regnum gravi morbo cùm laboraret insula, ad averruncandam numinis iram, ludos passim per agros, in quos captandæ liberioris auræ gratiâ sese contulissent, institutos: Dianamq; tum ea de causâ *Luam*, quæ morbum *luisset*, appellatam. *Colluvies*, sordes simul ablutæ. *Illuvies*, sordes IN i.e. non ablutæ, aut solutæ. *Lucrum* à *luo*. Nisi sit eadem origo cũ *Lucare*. Quod lucrũ captabatur e lucis, vocabant *Lucar*: Jos. Scaliger. *Lustrum* à *luendo* i.e. solvendo, eò quòd quinto quoq; anno vectigalia, & tributa per censores *solvebantur*. Varro. Itaq; nunc pro quinquennio usitate legitur. Analogia talis. A luo, lutum, fit *Lustrum*: ut à moneo monitum vel montũ, *monstrum*: à claudo, clausum, *claustrum*: à tondeo, tonsum, vel tontum, *tonstrum*: à quo *tonstrina*: à fluo, fluxum *fluxtrix*.

Hinc

Hinc est *Lustrare, collustrare, illustrare, illustris*. A *luo* est quoque *diluo*, *dilutum*: *diluvies* apud Horatium: vulgo *diluvium*. *Pelluvium*, *pelvis* à lucndis pedibus, sicut *malluvium* à manibus. Aut *pelluvium* à πέλυς, ut monet Ios. Scal. in Cõ. A *lotmu* est *lotium*. Adject. sunt *lotus*, *lautus*, cui ἀμφιβητούμενον è Plaut. act. 1. sc. 1. Cur: appono: Tute tibi puer es *lautus*, luces cereum. Ios. Scal. in Conject. legit *daucus*. Primùm (inquit) *daucus*: quod detritũ ex δαδάχω. deinde *laucus*, ut *dautia*, *lautia*: *dacrimæ*, *lacrimæ*. Posset tamen non ἀλόγως *Lautus* retineri. Nempè tu ille lautus, & magnificus, tibi δαδάχω es, neque famulo uteris. Vel tute *lotus* ex balneo tibi facem gestas. Simile est, ἀνυπολλυδάχω. Et hęc forsan conjectura verisimilis sit, cùm officiũ vel vox δαδάχω lateat in verbis: Luces cereũ. Consule Taubmanni Plautum. Ab eodem *luendo* (ut in lineâ revertar) ducit Turnebus 17. Ad. ex Festo *reduviam*. Quam omnibus (ait) in libris *reduviam* appellari legimus, ipsâ vocabuli origine adducti, contra librorum fidem omnium & famam, *reluviam* libenter dicerem: cùm præsertim à *reluendo*, *reluvia* dicatur Grammaticis, quando se cutis reluit i.e. resolvit circa ungues. Idem l. 18. Ad. quas ratio *reluvias* dici postulat; usq; *reduvias* obtinuit. Hęc ille. Contra ita malim: *reduviæ* à *reduere* inusitato: sicut *induviæ* ab *induere*, *exuviæ* ab *exuere*. Fit n. nova generatio cutis, & unguis, instar cujusdam tegimenti aut vestis.

Lupus, λύκος. Est & piscis nomen: scilicet ob voracitatẽ. Nam & sui generis minuscu los persequitur, ac devorat. *Meritrix* dicitur *Lupa* apud Ciceronem, & Plautum: quia sit pestis ac pernicies adolescentum. *Lupanar*. 1. prostibulum, seu luparum domus. *Lycaon* à λύκος: unde & *Lycaonia* regio appellata. Plin. l. 5. c. 27. Strabo l. 12. *Lucumones* Latio ij sunt, qui in Arcadia λυκάονες: Ios. Scal. *Lupatum* est frenum asperrimum à dentibus lupinis, qui inæquales sunt. Sed & *lupus*, item λύκος Græcorum est ferrum simile dentiũ Lupi. Liv. l. 28. *Lupercalia* Romæ celebrata sunt, ut memoria Romuli, & Remi à lupâ nutritorũ conservaretur. *Luperci* inde dicti sunt sacerdotes in eo festo. Ovid:

Illa loco nomen fecit, locus ipse Luperco
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Lu-

Lupinus non est à *Lupo*, ut suspicantur: sed à λύπη: quia est summæ amaritudinis legumen. Quo nomine Virgil. vocat *Tristem*: & Græci λυπηρότερον. Horat. quid distent æra lupinis: quia ludicrum genus numorum ex illis fabis aquâ maceratis fieri solebat, & opponi æreis. *Irpus* Samnitibus erat *Lupus*, videlicet ab ἀρπάζω. *Irpices*, rastrorum genus plures habens dentes: Varro, Festus. Priùs *Sirpices* & *Hurpices* apud Catonem.

Luteus, sc. color, primâ longâ. Virgil. deminutivo usus:

Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ.

Vt enim à lacteus lacteolus: ab eburneus eburneolus: sic à luteus *luteolus*. Origo Hebraica: à הָיְלֵע, quod assonat.

Ovid. ita describit sulphur:

Lutea ut exiguis ardescunt sulphura fumis.

Lux à φλόξ: aut verius à λύχνη, λυξ. J. C. Scalig. Ex. 71. Latinis Græcâ voce Lux dicta est hæc vis, quæ esset in corpore lucido: λυξ. Vnde λυκάβας. At hujus divini accidentis sive speciem, sive effectum, qui in aëre ita videtur, ut alibi terminetur, & faciat visilem superficiem per colorem, *Lumen* appellarunt. A *luce* verbum *luceo*: Ab hujus supino, sed obsoleto, *lumen*: ut à motum, momen: à notum nomen. Alijs q. *Lucimen*. *Lychnus*, λύχνος item à λύκη: aliàs à λύειν νύκτα. Macrob. l. 1. Sat. c. 17. Idem Scal. l. 3. poe. c. 90. *Lucum* ajunt, quòd non luceat: nos quia sacrificiorum frequentiâ luceat. Ibidem refutat eos, qui *lucum* à *luce* derivent: qui lucum (inquit) á luce numinis; nimis arcessitum.

Ovidius 1. Fastor.

Gratia Lucinæ: *dedit hæc tibi nomina* lucus:
Aut quia principium tu dies lucis habes.

Lucia, nomen proprium á Luce. *Diluculum*, quando jam lux hinc inde spargi incipit: quod notat Dis, vel Di. i. e. Græcè διαύγασμα. διάφωμα.

Lycisca, canis à formâ aut similitudine τῆ λύκε. Aut quia è lupo canèq; generatur. Coire enim diversa animalia, etiam vulgo compertum est. Vt gallum cum perdice: anatem cum gallinâ; canem cum hyæna, cum vulpe, cum lupo. Immò (quod Physici memoriæ prodiderunt) canes è lupis olim ortum habuerunt. Cùm verò efferantur, primò quidem in agrestes, inde in lupos: sicut & lupi cicures post multas generationes in canes transeunt. Bene igitur Virgilius, & ex naturâ

--*multum latrante Lyciscâ.*

Lyra, λύρα. Pollice tango *lyram*, facio sed vomere *liram*. *Lira* itaq; aliud, videlicet ab agricultura desumtum, ex Hebræo נִיר i. e. lira in agro, sulcus: à Rad. נִיר i. e. liravit, liras fecit in agro, sulcos direxit. Quanquam & λῆρος, λῆρος apud Græcos usurpetur pro nugis, pro delirio: ex quo Etymologia τῆ *lirare delirare*: item *delerare*, in antiquis libris: ut *DE* hîc augeat, non nemini quæritur. ληρέω ῶ, ἀπολληρέω i. e. nugor, ineptio.

M

Macer, à μάκελλα. R pro L. ut κεῖβαν pro κλίβανος: cœruleus pro cœluleus. Estq; μάκελλος ἡ μάκελλα Hesychio nil aliud, quàm φραγμὸς, à φράττω. Et Varro lib. 3. de re rust. c. 12. *septa è macerinis*. Vt ita utrobiq; significatus conveniat.

Machina, μηχανὴ. à μάχομαι i. e. prælior, pugno. *Machæra*, μάχαιρα ἡ id est, gladius, quo pugnatur. Aut Hebr. מַכֵּרָה i. e. gladius, quo occiduntur illi, qui ejus juri sunt venundati & commissi. Γιγαμαχία, λογομαχία, & similia etiam inde. Sed & *Mechanicum* non aliam agnoscit originem. μάχομαι est ab Hebræo מָחָה i. e. delevit manu. מְחִי i. e. machina bellica, quæ sternit muros.

Macies, *maceo*, *macesco*: & addito R. *macreo*, *macresco*, *macer*; ut sunt ejusdem significatus, ita quoq; ὁμόφυλα. Nempe à מוּךְ, vel מָכַךְ i. e. macuit, contabuit, maceratus est. A quo etiam Græc. μακρὸς i. e. attenuatus, longus, extensus. *Macrobius*: μακρόβιος: à μακρὸς & βίος. Cui longùm extenditur vita. Jos. Scaliger facit τὸ macer à μακρὸς: quòd macri longi sunt. Verùm primævâ magis origine acquieverim.

Macula i. e. labes, σπίλος.

מָחַל, inquinavit, vitiavit, maculam adſperſit. Macula igitur ubiq; in deterius accipitur, non etiam generatim, pro notâ. Niſi abuti quis audeat.

Magale non eſt idem quod *Mapale*, ut quidam voluêre. Hoc enim primam corripit, quam illud producit, autoritate maximi poëtæ. Sunt *mapalia* agreſtes caſæ, linguâ Punicâ, autore Feſto. Rectè Servius *magalia* dici *magaria* oportere contendit. Quippe eſt Hebræum à מָגוּר id eſt, habitatio. Igitur ἠπ' ἀντίφοιτον pro *Magaria* dicis *magalia*.

Magdalena: ita dicta eſt Maria, è qua Chriſtus ſeptem dæmonia profligavit Luc. 8. à patria i. e. *Magdalo* opido ad mare ſito in tribu Nephtalim.

Magiſter, nonnulli, quòd ſit μετμίγτ@ quaſi quidam: à *magis* & *ter*. Nonnulli à *magus*, ut *Ter* ſit terminalis appendix: ſitque ille, qui *magis* poſsit, quàm alij: vel qui magis, quàm cæteri diligentiam, & curam ijs, quibus præeſt, debet. Nonnulli à *magiſtrare*. Omnes, ſi obloqui fas ſit, ſcitè magis, quàm verè. Eſt enim Hebraicæ ſtirpis. *Mago*, μάγος μαγίσω: ſicut πολυίσω: aut quia *magiſter* imitetur magos: ut non deminutio artis; ſed majorum imitatio indicetur. Sapientum eſt imitari: Et Ariſtoteles artem imitari naturam non ſemel docuit. Ergò *magiſter* à *magus*. Hoc ab חָכַם i. e. ſapuit, ſapiens fuit, ſapienter egit. Vel, ut alijs placet, ab הָגָה id eſt, meditatus eſt, movit in animo, aut volutavit. *Magus* igitur nîl aliud, quàm ſapiens, vel myſteriorum gnarus & ſolicitus. Et ſapientes ſuos vocabant ita Perſæ, *Magos*, quos Aegyptij appellabant *Sacerdotes*: Indi *Gymnoſophiſtas*: Græci *Sophos* & *Philoſophos*: Galli *Druidas*: Germani die pfaffen, & dialecto Saxonicâ, die papen, à papa, ex Hebræo ſcilicet. Suidas: παρὰ Πέρσαις μάγοι οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. Platoni magia eſt θεραπεία θεῶν. Heſychius: χαλδαῖοι τὸ γένος τῶν μάγων. Quod cùm ita ſit, *Magiſter* erit primâ ſuâ notione nomen ſapientiæ, aut ſtudij occultioris & divini. Poſtea aliò converſum eſt, ut ſit præfectus, moderator. Feſtus, *magiſtrare* eſt regere, temperare, moderari. Hoc enim à ſapientiâ. Ab illo verbo eſt *magiſtratus* i. e. moderator ſapiens.

Magnes, μάγνης: nomen habet ab inventore, ut Nicander teſtatur. Nam paſtor cum armenta paſceret, inveniſſe fertur, clavis crepidarum & baculi cuſpide hærentibus in Ida monte. Appellatur & *Herculeus*, Theophraſto ἡρακλεῖ@. Scilicet ob eminentiam. Item *Sideritis*, σιδηρίτης, à σίδηρος i. e. ferrum, quod indole ſuâ naturali trahit, immò cujus etiam, ſcilicet impoliti, ſpeciem præ ſe fert. Ferrum enim rude videtur, ſine ſplendore metallico. Sed de talibus Phyſici: & nominatim Gulielmus Gilbertus Anglus. è noſtris verò περὶ τῆς τὸ σιδηρίτου πολοδείξεως i. e. de magnetis ad utrumq; mundi polum converſione, præclarè egit Chriſtophorus Hunichius Dipp. pullus ille Vranies: qui excellenti ingenio & eruditione ſuâ meretur, ut in luce Academicâ, contra ſexſeptem alios, viam præeat Juventuti noſtræ ad intima iſta univerſæ Philoſophiæ adyta; & inprimis Mathematicæ. Vel exteri in hoc Germano (loquor præſciſcine) habent, quod mirentur, quod imitentur. Sed ne extra ſaltum.

Magnus: ut à lego *lignum*: à rego *regnum*: à σέγω σεγνὸν: à ῥέζω *ſignum*, amiſſo T: à παχὺς *pinguis*: à λείχω *lingo*: à δασὺς *denſus*. Ita à μέγας *magnus*, nocante Joſ. Scalig. in conject. *Megaleſia* ſunt ludi in honorem Magnæ matris frequentati. μείζων & μίζων ab אַמִּיץ i. e. major, prævalens. *Jupiter* à Tuſculanis dicebatur *Deus majus* i. e. μέγας. veteres enim pro *magnus* uſurpabant. J. C. Scal. c. 101. L. L. *magnus* fecit *magnior*, *magnius* & *magius*, ac tandem *majus*. Adverbium autem voluerunt variare, retentâ literâ priſtinâ, ac fecere *Magis*: quod eſt comparativum. A *majus* eſt *majeſtas*, μεγαλειότης. Cic. in part. *majeſtas* eſt magnitudo quædam Pop. Rom. in ejus poteſtate, aut jure retinendo. Nomen menſis *Majus*: vel à *Maja* matre Mercurij, παρὰ τὸ μαίεσθαι: vel à majoribus. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 12. Fulvius Nobilior in Faſtis

Romulum dicit, postquam populum in majores, minoresq; seu juniores divisit, ut altera pars consilijs, altera armis remp. tueretur: in honorem utriusq; partis, hunc *Majum*; sequentem *Junium* mensem vocasse. De *Junio* Ovid. 1. Fast.

Junius est juvenum, *qui fuit ante senum.*

Apud eundem Juno ita:

Ne tamen ignores, vulgiq; errore trahāris:
Junius *à nostro nomine nomen habet.*

Quasi *Junonius*. Ita *Prænestinis Junonialia*: Aricinis *Junonius*. Atticis ἑκατομβαιών. *Junius* est concisum, q. *juvenius* à *juvene*: sicut *junior* à *juvenis*. Apud Columellam habes, l. 9. c. 11. Juniori examine. *Junix* in Plauto, & Persio, q. *Juvenix* i. e. vacca juvenis. Sed *Juvenis*, νεαρός unde? Fortè à juvo: an posis aliunde, in incerto situm. Vt ita juvenis sit vegetus, promtus ad laborandum aut juvandum.

Malaxo, μαλάσσω. Agell. l. 16. c. 7. ex Laberio in compitalibus: Malas malaxavi. Est *malaxo*, vel *malasso* mollio: μαλακὸς mollis: μαλακία Malacia, mollities: vox generalis. *Malacio* μαλκίων, molliculus, aut delicatulus. *Malagma*,

μάλαγμα, quod emollit.

Malleus, non quòd ferrum molliat; quasi *Molleus*, uti ludunt aliqui. Ab Hebræo enim: הָלַם & לָהַם est quassavit, malleo percussit. Item הַלְמוּת est malleus. Valla l. 4. c. 26. Malleolus à sarmento sic dictat, ut pars à toto. Est n. *malleolus* (ut placet Columellæ) in modum *mallei* rostra habens, aptus plantationi.

Malva μαλάχη Heb. מַלּוּחַ i. e. malva, herba salsa. Rad. est מָלַח i. e. sale condijt, cōsperfit. Græcis etiam μολόχη dicitur, & μολόχη, ut docet Camerarius. *Molochites*, gemma ab illo colore. *Molochinarius*, qui colorem tingit ad purpuram inclinantem, qualis in malvæ flore spectatur. Athenæus l. 2. νὴ Δι' ἔγωγε μολόχης i. e. ego quidem *molochē* mitior. A μαλάσσω Græci derivant. Vnde & *malthā*, μάλθη, μάλθα, i. e. aliquid μαλθακὸν, seu μαλακὸν, molle, ut cera, item lutum, ex quo lateres fiunt. Aut purè est Heb. מֶלֶט id est, maltha. A. Rad. מָלַט i. e. ereptus est.

Malus, à μαλὸς. unde ἀμαλὸς. id est, malus, debilis, mollis.

ἀμαλύνω destruo. Ab Hebræ אָמַל, infirmavit, debilitavit. Et מַעַל est malum, defectus, πρόσκομμα Nec aliud affert I. C. Scalig. Exerc. 300 s. 3. Sic ijdem malum & tu pem & imbellem appellarunt Est in Plautina scena, Formâ haut malâ. Et malus, παρὰ τὸ μαλακὸς. Vnde & ij, qui militibus serviebant, neq; dato nomine merebant, dicti *Caculæ* militares: quia κακοὶ, i. e. imbelles. κακὸς, quia κάζεται vitium est in militiâ, cùm amittunt locum in acie Verbum est apud Homerum. Hæc ille. Prius autem magis ad gustū: quia à principijs ut summis, ita etiam sanctissimis.

Mamon, μαμωνᾶς *Mamona*: & *Mammon*, μαμμωνᾶς: propter Dages, quod ם in Syriaco etiam imponitur. Pœnis idem fuit, quod κέρδος, lucrum, teste Augustino. Syris idem, quod divitiæ, opes: πλοῦτος ὁ ἀφειδὴς καὶ ἀκρατὴς χρέων: ut explicat Suidas. Est orig. Hebraicæ, הָמוֹן. i. copia, opes: item multitudo aut turba. Syriacè בַּמָּן. A Rad. הָמַן, copiosus fuit, opulentus, abunda-

vit. Estq; suâ naturâ *Mammon* vox bona; vitio hominum facta deterior. Ex eo Christus prohibet πλεονεξίαν μαμμωνᾶ.

Mamphula, appellatur panis Syriaci genus. Fortè ab Hebræorum מָן.

Lucillius:

Pistricem validam si numi suppeditabunt,
Addas empleuron, mamphulas quæ sciat omnes,

apud Festum. Ad quem Jos. Scal. Ego scio in Hebræorum commentarijs *Manphul* esse mancipem pistrinorum, depravatum à Græco μονοπώλης. Neque dubito, quin *Mamphula* in traduce Syriacæ linguæ ex matrice Græcâ propagata sit. Sic in Daniele vetustissimo scriptore Græcum est *Psanterin* pro psalterio. Sic in Paralipomenis, seu Chronicis *Rapsod* παρὰ τὸ ῥαψῳδεῖν. Alij contrà putant esse purum Hebraicum, idem quod collectiones lignorum, compagem, aut compositionem. רַפְסוֹת: A רָפַר i. e. cōsuit. Et יְסוֹד fundamentū. *Rhapsodia*. J. C. Scalig. lib. 1. poet. c. 41: *Rhapsodiæ* cognomentum Pisistrati operâ in-

ventum putant : qui cum Homeri carmina ſparſa, & divulſa offendiſſet, atque digeſſiſſet ; à cantu, & futurâ fecit ; ut ῥαψῳδία diceretur. Verùm ſi ante Piſiſtrati tempora, & nomen hoc extitit, & opera diverſa fuit : neque illud ille invenit, neque hoc, aut primum, aut ſolum ſignificavit. Heſiodi profecto nomen extat :

Μέλπωμεν δὴ νεαιγὶς ὑμνοις
ῥάψαντες ἀοιδὴν.

Quo apertè videmus, ῥαψῳδεῖν eſſe verſuum ipſam commentationem. Atque ita & Philochorus eſt interpretatus, & Nicocles ait primùm omnium Heſiodum etiam ante Homerum ῥαψῳδῆσαι. Plato in Jone ῥαψῳδὸς, non ſolos cantores aut recitatores πῶν ἐπῶν ; ſed & interpretes agnoſcit. Ibidem : oratio tametſi competit omni hominum dictioni : tamen uni eloquentiæ attributa eſt : cujus autor ſolus orator appelletur. Ita dictio quanquam eſt communis omnium locutioni, quia eſt ἐιπεῖν & ἐιρεῖν : tamen ſolis dactylicis ſenarijs magniloquis attributa fuit. Vnde ab Horatio dictum eſt, *forte epos* : & *Ennius* poëta nobiliſsimus Vari-

us. Diomedes Grammaticus lib. 3. ῥαψῳδία dicitur ποικίλως aliqua particula diſcreta, atq; divulſa, dicta παρὰ τὸ ῥάπτειν, quod verſus in unum velut volumen conſuantur, & comprehendantur. Dehinc addit : vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculis, id eſt, virgâ pronunciabant, qui ab eodem dicti ſunt Homeriſtæ.

Mamphur, Feſtus : appellatur loro circumvolutum mediocris longitudinis lignum rotundum, quod circumagunt fabri in tornandis operibus. Joſ. Scal. Græcum eſt μαννοφόρον : quia circumvolutum habeat lorum, ut collum monile, quod μάννον & νάννον vocant Græci.

Mane. Rectus olim erat *Manis*, ſicut *immanis*. Et nunc ita loquimur : ſub ipſum *mane*, ut *mane* ſit obliquus tertius. Item aureo *mane*. Perſius Sat. 3.

-- jam clarum mane feneſtra
Intrat --

Macrob. lib. 1. Sat. Dictum, aut quòd ab inferioribus locis, i. e. à *manibus* exordium lucis emergat, aut (quod verius mihi videtur) ab homine boni nominis. Nam & *Lanu-*

Lanuvini *Mane* pro bono dicunt, ſicut apud nos quoque contrarium eſt *immane*. ut *immanis* bellua pro non bona. Hæc ille. Ego ita conjicerem: *Manis*, *mane*, primo ſuo ſignificatu eſt clarum, à μανὸν, i.e. lucidum, rarum, ſerenum. Poſteà cum nihil luce jucundius atque melius, idem Tropicè etiam ſignavit *Bonum*. Vt *Cerus manus* : item *manes* : quanquam hoc ſit ambiguæ ſignificationis. Vt pij *manes* : quisq; ſuos patimur manes. *Immane*, i. non clarum, tenebroſum : poſt terribile, dirũ quia nihil magis horrendum tenebris. Ejus uſus eſt in exaggerando apud Horatium : *Immane* quantũ &c. Hæc mea conjectura : an ἄ πανυ πε ἰκλὼ habeat, dicant judicio qui potiore valent. *Summanus*, i. e. Deus *ſummus manium*. Ex eo Jul. Scalig. penultimam rectè produxit. Aliud eſt *ſummanare*, à manu, i. e. furari. Et ſic Laberius in Mimis, poſuit, *manuatus eſt*, pro furatus eſt : item furem appellat *manuarium*.

Maneo, μένω, ἐμμένω. μονὴ, i. e. manſio. Hebr. מָעוֹן i. e. habitatio, manſio. *Mantare* eſt frequẽtativum à *man-*

ſum, apud Feſtum. Nam S & T invicem permutantur, ut *cauſa*, *cauta* : *mertat*, *merſat* : *pultat*, *pulſat*.

Maneros. J. C. Scalig. lib. 1. poët. c. 4. cantus illic gentis ejuſdem Maneros, dictus ab eo, qui ipſis autor agriculturæ extitiſſet : quem etiam muſarum diſcipulum autumant : ἡμανέρως in Pauſaniæ codice ſcriptum eſt.

Manna, μάννα : Hebreum eſt מָן i. e. cibus, quaſi per diſtributionem de cœlo lapſus, & Judæis certo tempore particulatim cõmunicatus. Radix enim eſt מָנָה, i. e. diſtribuit diſtinctè, & numeratim, omnes ſingulatim partes numeravit. Ex eodem capitur *Mina*, *Mna* : Græcè μνᾶ & Jonicè μνέα ; puta מָנָה Plaut Curg: Triginta *Mnis*. Plinius lib 21. cap. ult.

Mantica eſt ſacculus, aut pera : vel ex illo Catulli : Sed non videmus manticæ, quod in tergo eſt. Ab Heb. hariolor eſſe מָתַח : & אַמְתַּחַת eſt ſaccus, marſupium. Elementa item πὰ ϑσιώδη omnia adſunt.

Etiam Isaac. Causabono est vox peregrina. Ait in Persium: Mantica est peregrina vox, & propriè balteum significat, aut zonam, quæ veteribus instar peræ cujusdam fuit. *Balteus* erat cingulum latum.

Virg:

- - lato quam circumplectitur auro
Balteus - -

Persius:

- - sed lato balteus auro.

Manus vulgò à *manando*: quòd hoc instrumento actiones potissimum è nobis emanent. Vbi quidem observatu dignum, notationem Hebræorum planè similem esse. Dicunt enim יָד, i. e. manus: unde *Jod*; quia manum quasi tercunque repræsentat, & Græcorum *Iota*. Radix est יָדָה i. e. manavit. De *manu*, sicut & pugno ita J. C. Scal. lib. 1. poët. c. 22. πυξ Græcis & πύκλος pugil. Nostra *pugna* inde, atq; etiam *pugnus*: quoniam manus, quæ erat antea passa & μανὴ, unde vox nostra, contracta clausis digitis effecta est πυκνὴ, id est, densa. In sancta lingua est אָבַק. i. e. pugnavit, collu-

ctatus est pugnis: inde πυξ, Sicut μανὸν à מָנָה scilicet à diductione seu distributione partium. *Pygon*, πυγὼν. *Pygmæus*, πυγμαῖος: à parvitate, qualis cubiti. Dicitur etiam *spithamæus*: eâdem causâ à *spithamis*. *Pugillus*, i. e. minor pugnus. *Pugillares*, id est, tabulæ ceratæ, è ligno, aut aliâ materie, à pugno, quo contineri poterant. Ab eôdem est & *pugil*: unde Homerus πυξ ἀγαθὸν, i. e. pugno præstantem vocat Pollucem. *Pugio*, i. e. genus gladij minoris, quod *pugno* aptum sit. Inde & *pungo*. *Buxus* seu *puxus*, πύξος, ἀπὸ τοῦ πυκνὸν πυξύλου. *Pyxis*, πυξὶς ἰδος: vasculum è puxo, teres & excavatum. Omnia à πυξ & πυκνὸς, i. e. densè, spissè. Nunc ad *manum* & μανὸν, à quo derivat Festus, *manare*, .i. cum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas partes erumpit, id est, raro. Alioquin νάω est fluo. Possit fieri trajectio, præposito M. *A manu*, i. e. scriptor, aut minister ἐπίχειρ, παρὰ χειρός: sicut *à pedibus*, .i. cursor. Addità terminatione Romanorum, *Amanuensis*. *Æquimanus*.

Ausonius:

Quis

Quis Myrmilloni contenditur? æquimanus Thrax.

Is videtur esse, qui *ambidexter* à nonnullis dicitur, qui scilicet utrâque manu æquè utitur. Nos enim sinistram immunem, & propè inutilem habemus. Quibusdam utraq; est munifex, & operosa. Isidorus lib. 10. Etym. cap. 1: *æquimanus* appellatur, qui utrâque manu gladio incunctanter utitur. *Ambimanus*, ἀμφιδέξιος: quod etiam notavit Glossarium Steph. *Manicæ* quibus vestiuntur manus. 9. Æneid.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Manubiæ, dicitur præda, quæ *manu* capta est: Agellius lib. 13. cap. 22. *Manubrium*, quòd manu teneatur, Varro lib. 5. de L. L. *Manstutor*, quasi *manu tutor* apud Plautum. *Manſuetus*, quasi *manu suetus*: *manſues*. χειρήθης, i. e. quasi suetus ad manum accedere, & manuum patiens, ut ait Maro. *Mancipium* quod *manu caperetur*. *Eminus*, i. e. extra manum, procul. *Comminus* à cum, i. e ad manum. Itaque geminetur M. A manu etiam fit *manifestum*: *quod*, ut poëta ait: *ante pedes interq; manus obvium*. *Adminiculum*, quia præstò sit παρὰ χειρὸς. *Maniplus*, *manipulus*, quòd manu comprehendatur. *Manipularis*: Ovid. 3. Fast:

Pertica ſuſtenſos portabat longa maniplos:

Vnde maniplaris *nomina miles habet.*

Huc pertinet *mantile*, *manticulari* apud Festum. Jos. Scal. *mantilibus* extergentur manus, quæ antiquitus dicebantur *Manticulæ*. Vnde *manticularia*, quæcunque erant ad manum καὶ παρὰ χειρὸς, vocabant: quia nihil magis ad manum, quàm *mantile*. Idem ad illud Varronis: *mantelium* ϕ. *manuterium*, notat, χειρόμακτρον. Etiam apud Athenæum χειρόμακτρον est genus velamenti. Sic Latinè *mantelium* & *mantile* ad tergendas manus, itemque genus pallij, aut velamenti. Plautus Cap. act. 3. sc. 3. Neque fallacijs ullum *mantellum* obviam. Vtrunque Hesychius, χειρόμακτρον, ἢ χειρόμασγον, μανδύλιον. Idem in Festum: *Mantisa*, non est Tuscum: sed purum putum Latinum, *Mantisa* pro *manutensa*. Vt *manterium* Varroni *pro manuterium*. *Tesum* antiqui pro *tensum* dicebant: & *pesum* seu *pessum* pro *pensum*: & *passum*

pro *panſum*. Igitur *mantiſa* ſeu *mantiſſa* quod melius eſt, & extat in quibuſdam veteribus editionibus, dictum pro *manutenſa*, pro eo, quod manu porrigitur, præter id, quod ad pondus exigitur. Vt ſit *mantiſa* caro, vel *mantiſa* merx, χειρότονον κρέας. Porrigitur enim manu, non datur pondere. Porrò *mantiſam* pro *manteſam* dictum non mirabitur, qui ſcit veteres *Pertiſum* pro *perteſum* & ſimilia dixiſſe. J. C. Scal. lib. 1. de c. L.L. 34. Plautus *ſummanare* à manu, furari. *Manus* enim inſtrumentum eſt. Ab eadem *miniſtro*, quaſi *maniſtro*. Vt à manu *ſummanare*: ita ab eodem Plauto factum eſt *evolare* pro cripere: à vola: ut & *involare* Catullo:

Remitte pallium mihi meum, quod involaſti. quomodo illud Terentij: Vix me contineo, quin ei *involem* in capillum, à nonnullis exponitur, pro *volam injiciam*, aut manus. Gloſſar. Involat κλέπτει. Eſt autem vola cavum in mediâ manu: ſicuti Hebræum כַּף itidem vola eſt, ſeu cavitas manuum, à כָּפַף, i. e. curvavit, flexit. *Manus* appellatur Græcè χείρ. ἐγχειρίδιον,

Enchiridion, quod in manu, ut pugio, liber. *Chirotheca*, quâ manus induitur. Ἀνάχειρ ϙ. manus altera ſit, aut pro totâ manu. Idq; ob præſtantiam & robur. Quo reſpectu Romanis appellatur *pollex*: quia præ cæteris dignitate ac viribus valeat. *Polleo* à πολλὸς: quia multa ad robur neceſſaria, ut dicitur: συμφερῆ κρείσσων δρεπτή: vis unita fortior, i. e. ex multis complicata.

Marchio eſt vox è medio Germaniæ orta. *Marcgrav* aut Marggraff. C enim & G invicem ſæpè permutantur, ut cygnus, cycnus. Germanis ſignificat eum, qui limiti regionis cuipiam præfectus. *Marc* enim eſt limes. *Grave* non eſt à fodiendo: ſed à graw, i. e. canus, vel ſenex. Senes enim officijs ejuſmodi præſint, & quidem tales qui ſenes omninò ſint, i. e. tàm ætate quàm prudentiâ & moribus, ut Ariſtoteles annotat. Multi enim exceſſerunt quidem *pueritiam*, ſed non *puerilitatem*. Burggrav, i. e. arcis ſenator aut præpoſitus. Burg à Græco *pyrgus*.

Mare, omni procul dubio ab Hebræo מָרַר ſeu

quorum utrunque ſignificat, amarus fuit. Mare autem eſt ſalſum & amarum. Lucret: *mare ponti*, i. ſalſedo, aut amarities: vel mare amarum aut ſalſum. Vt Homerus:

--ἠεσπέσιον ἁλὸς ἀλμυρὸν ὕδωρ.

Et ſic Virgil: freta ponti, i. e. æſtus, vel æſtuantem pontum. Ex eodem fonte fit etiam *amarities*, *amaritas*, *amarus*, *amarico*. *Maria*, item deipara & ſemper-virgo. *Mergo*, an à mari ſit, diu fluctuantem, ſtabilivit me Joſ. Scaliger. Vt à jure (inquit) *jurgo*: ſic à *mari mergo*. *Mergus* non aliunde. Ovidius:

Æquor amat, nomenq; tenet, quia mergitur *illo.*

A mari faciunt etiam *margo*: aut ab Hebr. גָּמַר, ſi paululùm transponas. A mari eſt item *muria*: ut Græco: ἅλμη. Joſ. Scalig. Auſon. Lect. lib. 2. c. 28. aliud eſt *muria*, aliud *garum*. Nam *muria* ex thynnorum, *garum* ex ſcombrorum tabe conficiebatur: quæ & liquaminis nomine & liquoris ſociorum vocabatur. At *muria* pauperum tantùm erat: contrà *garum* divitum, unde & *faſtoſum* à Martiale lib. 13. ep. 102. vocatur. A muria arida πεῖχη piſcium

vocârunt Romani, quæ omninò uno nomine ſeptentrionalium linguâ hodie dicuntur, Stockfiſch. Nam, niſi denuò aqua macerata, & rude, aut bacillo verberata, non coquuntur. Apud Virg. -- *marmore* verſo, i. e. mari. Nam Græcum eſt μάρμαρος. A nitore aquæ commotæ. μαρμαίρειν enim micantis nitoris eſt, & ſignificat ſplendorem jaculari: inde *Marmor*. Mare etiam vocatur *Pontus*, πόντος. Vnde & *Pons* quibusdã. Alijs à πνέω: quia in eo πνοαὶ καὶ ἄνεμοι. Alijs à πόντος. Homerus: πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν. *Pontia* Venus nuncupatur apud Pauſaniam, lib. 2. Vulgò *pontigena*. *Pelagus*, πέλαγος à πέλας & γῆ: quia circumlabitur orbem. Ni ſit à פָּרַג i. diviſus eſt in multas partes: idq; de aquis & fluminibus. J. C. Sc. l. 4. de c. LL. c. 98. *pelagus*, quia πέλας ἄγει. Jam enim τὸ πέλας ſignificat tractum ipſum. Et Callimachus quaſi proverbio utitur in Apollinis hymno: ὃ φιλέων τὸν ἀοιδὸν, ὃς δὴ ὅσσε πόντος ἀείδει. Et apud Latinos *Maria* ac mont[illegible]llicer. Vulgo etiam [illegible]us, *Maria* de re immenſâ.

Sic

Sic Catullus cum multa proposuisset, etiam majora fide, subdidit: cætera sunt *maria*. Ad quod Jos. Scalig. & Turnebus ita: Illud (inquit) *maria* pro ingentibus & infinitis possessionibus, dictum est. Ita apud Sallustium: maria & montes polliceri, i. e. res maximas. Et θάλασσα ἀγαθῶν in proverbio est, pro magnâ bonorum copiâ: χυσοῦ πόντος. Hebræi quoque eodem proverbio utuntur. In Threnis Hieremiæ: magna est, sicut mare, tribulatio mea. Sic Terent. Phor. act. 1. sc. 2. montes auri polliceris. Pseud. a. 1. s. 2. montes frumenti, pro maximâ vi & copiâ.

Margarita, μαργαρίτης. Græci ab Indis accepisse existimantur, qui מַרְגָּרִית .i. amarâ crustâ: vel בַּרְגָּרִית i puram, finceram crustam, seu potius baccam appellant. Nam בַּר purum, genuinum, γνήσιον significat: גַּרְגְּרִית grana, vel baccas denotat. Vnde & nomen *Barbara*, non à *barbarie*, factum est. Hebr. גַּרְגְּרִים i. e. grana, baccæ, quæ non præmansæ deglutiuntur gutture. Rad. גָּרַר .i. provocavit cibum ex œsophago ad ruminandum, revocavit cibum, item excitavit lites. Hinc & Græcorum χάω, i. e. edo.

Mars, unde *Martinus*, i. e. bellicosus, ab ἄρης: quod antiquâ Syrorum prosapiâ exoritur, ut alibi notavimus. A *Marte* est mensis *Martius*.

Ovid:

- - - patrioq; vocat de nomine mensem:
Dicitur hæc pietas grata fuisse Deo.

Ab ἄρης & πάγος: fit *Areopagus*, i. e. matium saxum, sive rupes. *Areopagitæ* sunt judices gravissimi, & justissimi.

Marschallus Gloria Theologorum Lutherus: Nullum (inquit) nomen fœdius est corruptum per Italos vel scriptorculos. Est enim id, quod mehrer / seu Major, & Stalherr, qui est magister equitum Mehrstalherr, major equitum magister, Goropius lib. 2. orig. Mat, i. e. equus: *Meri*, equa; quod posterius adhuc in usu est. *Scalc*, non simpliciter cujusq; rei peritum signat, sed sic peritum; ut & callidus sit, & in arte, quam tenet, astutus. Vt ita sit *Marscalcus*, magister equorum industrius & callidus. *Mar-*

Marsupium, μαρσύπιον ἡ μάρσιπος à μάρσυπος, *crumena*. Hęc à χρεμάω, quia sit pendula.

Massa. I. C. Scalig. c. 28. L. L. derivat à μᾶζα, quæ est communis, ac vulgaris quidam cibus è farina, ut notat Athenæus l. 14. A μασάομαι, aut à μάττω, μάσσω: vel ex Heb. מַצָּה i. e. placenta, panis non fermentatus ex farinâ & aquâ, aut etiam jacte. Radix ponitur מָצַץ i. e. expressit manibus liquorem. C. Rhod. l. 9. *Amazones* pro pauperioribus tenuiori promiscuoque utentibus victu apud Græcorum scientissimos reperias, veluti qui *mazam* non habeant. Sed & *Amazones* ipsæ possent videri inde appellationem ducere, quod nec Eustachio displicet: quoniam lacertis ac testudinibus, & id genus bestijs alerentur. At tritum, quod à μαζός, id est, mamma commodè ducatur nomẽ. Hinc Servius notat Amazones à Tatião *Vnimammas* vocari. Et apud Plautum est: Clasiam *Vnimammiam*. *Mamma*, μάμμα & μάμμη, unde & μαμμᾶν, *mammare* vox puerorum. Hebræis דַּדִּים id est, mammæ fœminarum: unde πτθὸς, πτθὴ, seu πτθὴ, πτθίς, & Latinum *Tata*; nisi Græcorum πάππα malis.

Massaris, uva quæ ex vite silvestri cum flore decerpitur in Africâ. Plinius l. 12. c. ultimo: quæ in Africâ fit ad medicos tantùm pertinet, vocaturq; Massaris. Ab Heb. מְשָׁרֶת, succus uvarum. A Rad. inusitatâ מָשַׁר.

Mastix, non Mastyx, μάστιξ: *mastigia*, ab Heb. מָחַץ flagellavit, crucntavit.

Mater, μήτηρ: à μάω: aut אֵם, quod est lallantium vox. *Materia*, quia in corporum generatione aut συστάσει habet se instar *matris*. Quippe est ἀρχὴ παθητική: & à Philosophis μήτηρ καὶ τιθήνη καὶ ὑπόθεσις appellatur. A matre est *matrona*: ut à patre patronus. Itaq; Isidorus non rectè l. 10. c. ult. matrona est, quæ jam nupsit, & dicta matrona q. *mater nati*, vel quia jam mater fieri potest. *ONA* est cauda, seu terminatio. Quibusdam propriè dicitur, quæ in matrimoniũ cum viro conveniisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi

liberi nondum nati forent: Agellius l. 17. c. 6. *Matrix* à matre: ut Græc. μήτρα à μήτηρ. *Matertera*, quasi *mater altera* matris soror, Festus. *Commater* apud Paul. Melissum Poëtam, sicut *compater*. Id est, quæ unà cum fœmina quæ peperit, subolis mater est: ob institutionem & curam. Δημήτηρ q. γῆ μήτηρ i.e. Ceres. Platoni q. διδοῦσα μήτηρ i.e. mater exhibens. Galeno, Oppiano, alijs δημήτηρ sumitur pro frumentis.

Mathematica à μανθάνω. Est nomen & generale & speciale disciplinarum. Vno verbo μάθημα est disciplina. Cur verò specialiter Matheseos titulo honorentur eæ scientiæ, quæ quantitatem ἐξ ἀφαιρέσεως considerant, causa hæc est: non quia discuntur: quæ enim ars non discitur? sed κατ' ἐξοχήν, quòd, cum aliæ disciplinæ sine doctore, propriâ diligentiâ, disci possint, solæ mathematicæ non cognoscantur, nisi præeunte aliquo, cujus solertiâ succidantur vepreta, & exurantur, & supercilliosa complanentur aspreta, ut loquitur Rhodig. l. 7. c. 30. τὸ μανθάνειν ex Heb. לָמַד id est, didicit. Vnde & Judæorum *Talmud*, לִמּוּד, הַלְמִיד est disciplina, μάθησις.

Matthius & *Matthæus* vigore originis idem designât. à מָתַח i.e. traxit, expandit. Alijs quasi Donum DEI: à מַתָּן i.e. donarium. Ex quo descendit etiam *Nathan*. Rad. est. נָתַן i.e. donavit. Θεόδωρος: δῶρον τοῦ θεοῦ: inversim *Dorotheus* δωρόθεος, & *Dorothea*. Θεόδοτος: *Adeodatus*.

Mattici, ita dicebantur Gulones, non quasi *Malatici*, sententiâ Festi; sed à ματτύα, quæ vox significat edulia opipara, vel delicias ciborum. Etiam malas antiquitus vocabant ματτύας.

Maturus, nihil aliud signat, quàm percoctum calore naturali. At id tàm in serotino, quàm tempestivo invenitur. Non est eadem in hoc licentia significandi, quæ in adverbio est, cum dicimus: aliquid *maturè* fieri. Nam etiam imperfecta quædam maturè fiunt: at ipsa non matura. Docet hoc origo vocis. A diei siquidem tempore dicta est, nempè à mane, cui præest *matuta* dea, inquit J. C. Scalig. in Theo. de plan. Vbi quidem maturum idem, quod tempestivum; & maturari idem, quod justo tempore fieri, cõcedimus esse, sed ex aliâ origine: puta Heb. מָטַר id est, pluit maturè, tempestivè, in primisq; capitur de pluviâ maturâ, i.e. quæ statо tempore decidit, &, ut fruges fructusq; feliciter matureſcant, efficit.

Maurus est idem, qui niger. Et regio ac populus ita à nigredine dictus: Mauritania, Mauri. μαῦρος, ἀμαυρός. Ab Heb. מָעַר, locus obscurus, niger.

Mecœnas: ποικιλόγραπτος est. Maxima pars rectiùs scribere existimat *Mœcenas*, μαικήνας, è Dione, & priscis tabulis. Sed non credo: nisi rationem hujus scriptionis adjungant comitem. Nam tabulis, & monumentis antiquis, quæ ab indoctis potissimum sculptoribus aut pictoribus elaborata, ut hodiè apud nos fit, quantum fidei insit, omnibus innotuit. Præsertim ubi dissensus: sicuti hîc *Mœcenas* per *OE* in primâ scriptum non semel in antiquis & libris & lapidibus invèniri, Turnebus asserit. Sed nec Græci μαικήνας ubiq;: verùm etiam μηκοίνας. Et insciliâ scriptorum facilè potuit fieri trajectio, *H* in *OI*: quod exempla testantur innumera. Ratio nostra firma est: Mecœnas, à μὴ & κοινὸς i.e. singularis, non plebejus, non unus è multis, supra vulgum patronus. Hæc enim significat *Mecœnas*, & antiquorum & recentium usurpatione. Quod si talem suæ scriptionis causam illi alteri dederint, quis non assentiatur? Atq; ecce nonnulli jam dant manus, conceduntque *Mecœnas* scribi posse à μὴ καινὸς: quod non novus, sed antiquis, aut atavis editus sit regibus, ex Horatio.

Medica mala, μηδικὰ μῆλα ἢ κεδρόμηλα, *Citria mala*. Ab Hebræo est μηδία regio. מָדַי fuit filius Japheti, à quo regio, quam incoluit dicta.

Meditari, μελετᾶν, mutatâ liquidâ: J. C. Scal. c. 28. L. L.

Virgil.

- musam meditaris avenâ.

Ad quod Pomp. Sabin. *meditari* canere est, ut meminit Plinius. Potiùs est, cum curâ effingis, exerces, attentas. Nuspiã meditari est canere.

Medium, μέσον. *Medulla*, quia in medio ossis. *Mensa* quasi *Mesa*, quia in medio poneretur, apud Varronem & Plut.

& Plutarch. symp. 8. μήσασιν μὲν τὴν τράπεζαν τῆς ἐν μέσῳ θέσεως. Et alludit Maro 3. Ae. Aulai in *medio. Medioxumum* i.e. mediocre: prius dicebant *mediotumum*, ut Plautus: dictum à medio *mediotumum*, sicut à *quoto quotumum*. Apud Plaut. in pseu. *quotimæ* sunt ædes? *Mesenterion*, μεσέντερον: Galenus tradit ita nominari, quòd sit in medio intestinorum collocatum, ait Rhodig. lib. 4. Antiq. Non, ut Cicero, *medium* intestinum, quasi peculiare sit intestinum: i. 3. de Nat. *Dimidium, dimidiatum*, quasi *dismediatum*, & in partes duas pares divisum: Agell. l. 3. c. 14. *Meridies*, olim *Medijdies*. Cicero ad Brut. ipsum meridiem, cur non *medidiem*? Credo, quòd erat insuavius. Igitur εὐφωνίας ἕνεκα mutarunt elementa. Et quia μέσος & μέσον & medium cognata erant, ait I. C. Scal. c. 22. L. L. *Meridies nostis*, pro medio noctis: Varro Marcipore usurpavit: *Repente noctis circiter meridiem.* Licet æmulari? Sanè quia res, quæ sunt mensuræ vocum, majoris fieri oportet, quàm auctoritatem: abstinendum est ab eo loquendi genere, si ἀκριβείαν sectaris: ne lux cum tenebris aut nocte confundatur. Subest ἀντίλιξις; meridies noctis: ut atramentum viride, πρασόξυλον. *Meditrina* est deæ nomen, *à medendo*: quod à medio. Nunc idem, quod *medicina* Nobis. I. C. Scaliger in Theoph. Sanitas est in *modo*: unde & *medium* & *medicina*. Morbus enim secundum Aristotelem, ὑπερβολή. Idem Insom: habet proportionem virtus cum sanitate. Nam illa est animi: sanitas corporis quædam mediocritas. Itaq; sanitas & virtus in medio, una est: extrema v. ægritudines & vitia multa. Rectum enim unum: obliqua multa. Ab illo medio, sive mediocritate abscedunt corpora, atq; in morbos cadunt. Ad id medium, mediocritatemque ars ea, quæ corpora reducit, inde nomen adepta est sibi, ut à modo ac medio medicina diceretur. *Modus*, quòd ἐν τῷ μέσῳ.

Horat.

Est modus in rebus, sunt certi denig; fines.

A *modus modestia*. id est, nihil aliud, quàm virtus, si loquaris propriè. Virtus ἐν μεσότητι, apud Aristotelem. A modo etiam *modius*: unde Græcorum μόδιος. *Modialis*, apud Plautum in Capt. A modus *modulus*. Deminutum: & *modulor*, modulis quibusdam efficio, dimetior. A modus *moderor*, ut à fœnus fœneror. i. e. do, aut præscribo modum, aut normam agendi, quodcumq; & ubicumque sit Glossar. *Inmoderatus*, ἄνευ μέτρου *Commodum* i.e. *cum modo*: ubi nihil deest, nihil excedit. Neutrum utile vitæ humanæ, aut commodum. Comicus: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se. Et Hippocrates: πᾶν τὸ πολὺ πολέμιον τῇ φύσει. Jos. Scaliger facit *modus* à μέδω, μέμοδα μόδιος. Verùm principaliter omnia & modus & medium & μέσον & cætera oriuntur ex Heb. מֹר id est, metrum, modus. Vel כַּמָּה, mensura, modus. A Rad. מָרַר id est, mensus est, certo modo aut medio distinxit.

Mejo, cujus præteritum Diomedes *mei* esse dicit, sed in usu *minxi*, est ὀμιχέω μιχάω, ὠμίχμαπα, *mictum* supinum. Commictilis, à commictum usurpavit P. Attellanarius: si sciam quid vobis quasi servi comici commictilis i. e. contemtibilis, seu contemtitij. Sic & simplex, *mictilis*, apud Lucretium: sed mictilis hæc est merx.

Mel, μέλι: à quo insula *Melita*. *Melimela*, quasi mellea poma, μῆλα. *Malum*, μῆλον, μᾶλον. *Mala*, à specie aut rotunditate mali. μηλέα, *malus* arbor: & postea in navi, κατ' ἐξοχήν. *Melicratum*, μελίκρατον: à μέλι. sicut *œnomeli*, οἰνόμελα ab οἶνος & κεράννυμι.

Melchior est regius, מֶלֶךְ rex. A מָלַךְ regnavit. Ab eodem est & *Molech*. sic *Caspar* significat scribam. סֹפֵר est scriba. A סָפַר, numeravit ordine, recensuit, memoravit. Inde quoq; *Siphra* in Arithmeticis. Alijs *Caspar* aut *Gaspar* est præfectus ærarij, thesauri. A גִּנְזַר.

Meliom apud Festum correctè. Jos. Scalig. Tarentinum est *Melior*, ἀμείων pro ἀμείονα, ἀμείονα, *melior*, quod postea *melior*. λώϊον ab Heb.

יָעַל profuit, bono fuit. At χείρων à יָרַע malus fuit.

Melis aut *Melia* i.e. hasta apud Festum: μελία i. e. fraxinus, arbor apta conficiendis hastis. Vnde pro hasta crebrò capitur.

Melos, μέλος. Propriè est membrum, quod à naturâ, q. divisum, aut distinctum: ità, quod abscindi solet, ut in animalibus. Ab Heb. מוֹל i.e. præcidit, amputavit: & capitur de membris tantùm corporis. Sic apud Græcos μελίζειν est membratim concidere: διαμελισμὸς, concisio aut divisio in membra, διαμελισμός. πλημμελὴς, cui deest membrum, mutilus: à πλὴν. πλημμέλημα defectus. In Musicis μέλος dicitur carmen, cantus; κατ' ἐξαίρετον, propter membra legitimo ordine & modo distributa.

Mens à μένος simpliciter. Alijs quasi meminens, à præcipuâ illa muneris functione. J.C. Scalig. Ex. 307. *Mens* non à motu dicta est, sicut neque *mentum*: ut est trivialibus persuasum. Sed παρὰ τὸ μαίνω. Vnde & μανία postea. Est n. *mens* indicatrix rationum.

Sic *mento* pueri demonstrant, & muti, & qui alijs rebus intenti sunt, neq; libenter edit vocem. Quod si faceta ingenia facilè admittis: evocabuntur è Germaniâ subsidia ad Grammaticorum munitiones. Dicimus enim mentum Kinn. Quasi igitur à Græco sit, παρὰ τὸ κινεῖν. *Vehemens* à Ve particula, & intendendi, & minuendi, quasi *vemens* i.e. validæ mentis. Simile est quod *mehe* pro *me* antiqui literatores notant. Quinct. l. 1. c. 9. Geminandi enim ratio fuit olim, & flatus interponi est solitus ad sustentandum sive etiam minuendum. Agell. l. 16. c. 5.

Mensis, à μὴν μηνὸς. μήν est luna. Ab Heb. מָנָא aut מָנָה i.e distribuit, numeravit, computavit. Omnis enim annua computatio digeritur pro motu lunæ, & pro ratione mensium, qui à luna: nec tamen sole excluso, qui tanquam primaria fax, ubi loquimur de cœlestibus, includitur. Sed & מָנִי est ipsa Luna, secundum aliquorum explicationem, aut Mercurius, aut insignior stella. Certè dum oritur è radice מָנָה, unde & νέμω: haut dubiè designabit tale astrum, quod in dividendo temporis fluxu conspicuum sit & mortalibus notum: qualis luna. *Mensem*, ubi definit Cicero, etiam ad distributionem illam respicere videtur: Cursus lunæ (ait) quia *mensa* spatia conficiunt, menses nominantur: 3. de Nat. deo. Ergò μὴν, μήνη, mensis, μανιακὸς, *almanac*, de quo antè; ex Hebræis non sine causâ elicientur. A *mensis* est *menstruus*: dura sanè vox. Itaq; emollivit illam Cicero & *mensurnum* fecit. *Semestre* à quodam aliâs erudito Viro positum est pro *semimenstruum*, sanè perperam. Est enim à *senis mensibus* i. e. spatium, quod sex menses amplectitur, *semibis* anni: sicuti *Trimestre* à tribus mensibus.

Meo à μαίω. Et αι in E breve abire, satis probavit Scaliger. Aut si facilius videatur, à μάω. Vtrumq; μαίω & μάω est quæro, cupio, item cupidè vado. Igitur *Meo* erit ἐμφατικὸν. Hoc est, cum quadam cupiditate eo: aut ultrò citrò q; quod est quærentium ac cupientium. *Remeo* i. e. re-

venio, sed inclusâ quadam orexi. Itaq; Sinon Virgilianus,

Si patrios unquam remeassem victor ad Argos,

I.e. revenissem: quia id ex voto, & animi mei sententiâ. *Vovi*: fors si qua tulisset. *Cupijs* quia patria illic mea: quia me promisi ultorem. *Commeatus*, quid sit propriè, simplex docet: & Cæsar l. 5. Bell. Gall. duobus commeatibus exercitum reportare constituit. Postea pro cibarijs, quorum egent trajectq, vel cõmeatus.

Mercor, unde commodiùs eruatur, quàm è tabernis Heb. vetustissimis, non intelligo. Ibi est מָכַר i. e. vendidit, merces, venditavit. Levis fiat literarum trajectio. מֶכֶר i.e. venale, mercimonium, mercatura, unde *commercia*. *Mercurius*, quia præsit *mercibus*, denominatur: Prologus amph. Pl. ita:

Vt vos in vestris voltis mercimonijs
Emundis vendundisq; me lætum lucris
Afficere. Item: nuncijs præsum & lucro.

Quæritur an *Mercuri* mediâ brevi sit enunciandum? Omnino, Sic enim Horatius.

Mercuri facunde nepos Atlantis. Nihil hîc mendax & mendosa licentia populi valeat. Nec apocope vel synæresis i. e. coitio, aut coalitio duarum syllabarum in unam, qualis tamen hîc nulla, ut quidam existimat, quidquam mediæ syllabæ officit. Et ut *mancipi*, pro mancipij, correptè sic Mercuri, dicendum. Idem Mercurius, præter cætera, vocatur etiam *Cyllenius*, quod omnem rem sermone, sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κυλλοί, *Cylli* dicuntur, ait Festus: i. e claudi. κυλλόω est claudum reddo. Item *Hermes*, ἑρμῆς ab ἔιρω Hebræis אֱמֶר, est eloquium, sermo. Si inde velis formare.

Merges i.e. fasciculus spicarum. Ab Hebræo עֹמֶר, vel עֳמִיר i.e. manipulus aristarum aut culmorum. *Mergæ* sunt furcæ, aut ferramenta, quorum usu tempore messis: à merges dictæ.

Merula à mero: quasi *mera volans*, autoritate Varronis. Isidorus olim *Medulam* à *modulando* dictam perhibet. *Me-*

rum quoq; pro vino aliquando sumitur, ut sit idem, quod purum, ἄκρατον. Et tum convenit cum Heb. חֵמֶר i. merum vinum, quod rubeat. Gifanius in Ind. Luc. *Merum* quid sit, aut eo ut veteres usi, paucos reperias, qui intelligant: nullum qui explicârit. Putant vulgo, nihil esse aliud, quàm solum: & errant. *Merus* igitur à Latinæ linguæ autoribus ponitur pro vero, præstanti, non ficto, non simulato, pro insigni & vehementi. Ita merum lac, in Lucretio, est recens, bonum purum, putumque. Cic. Scelera mera loquitur. Idem, meras proscriptiones, meros Sullas attendere. Idem meram bilem, mera monstra nunciare: meros principes è schola Isocratis exisse: quem locum tentârunt scioli. Meros bellatores dixit Plautus. Hoc autem totum à Græcis sumtũ est: apud quos admirabili venustate ἄκρατος ponitur: ἄκρατος ὀργὴ, ἄκρατον ψεῦδος. Hæc Gifanius. Vir doctus, fateor, & magni æstimandus: sed cum Aristotele, ὁσον ἀξιοπιστῶν τὴν ἀλήθειαν.

Nam

Nam immeritò vellicat eos, qui *merum* rectè per solum & purum hactenus explicârũt. Quid causæ affert? Exempla: quæ omnia à nobis stant. Qui non credit, paululùm examinet. Ita *merum* lac est, quod solum, purum, cui nihil aquæ admistum. Merum mel, i. e. solum, separatum à cerâ, à sordibus: mera scelera, i.e. sola, citra virtutem. Meri principes, i. e. soli, excellentes, eximij. Hoc enim princeps. Monstra mera, i.e. sola, nîl nisi monstra. E. g Insula mera monstra parit: quomodo de sententiâ Gifanij expones? Non dices vera, non præstantia, non insignia, non vehementia. Et verò ineptum sit, si dicas: Insula parit vera, aut præstantia monstra: pro meris. Non satis facis. Non omne merum est quoque verum. Mendacia mera, dicimus. At vera, non dicimus. Rectius in hunc modum: Insula mera monstra parit, id est, multa mõstra, nihil aliud, quàm monstra. Namq; *merum* pluralitatem quandam, & ab alijs separationem ubiq; subinnuit. Aurum atque argentum merum, Plautus, i.e. solum, nîl nisi aurum atque

argentum. Adde hoc quoq;. Si dicas: Fœmina ista meros enisa est masculos. Quid pro, *Meros* ex Gifanio repones? Sunt quidem veri, non sunt ficti: sint etiam insignes, sint vehementes. At ita, quod cupis, quod res ipsa est, non exprimis: scilicet fœminam solos masculos peperisse, non puellas, sive veros, sive præstantes, sive insignes dixeris: certè non excludentur puellæ. Ergò ne ambiguè loquaris, pro, *Meros*, substitue *solos*. Et hæc nostra ἐξήγησις firmatur quoque originatione. Est quippe à μέρος, μείρομαι. Vt ita inde merum sit, quod solum, uti diximus, separatum, distinctum ab alijs, quæ contraria sunt, quæ alioquin abesse solent: quomodo prisci utebantur, autore Festo, scilicet pro *solum*: quomodo Terent. in Phorm. Nihil habet nisi spem merã, i. e. solam: quomodo deniq; τὸ ἄκρατον, i. e. non mistum, solum, purum, à Græcis adhibetur.

Mesancylum apud Festum, μεσάγκυλον, i. e. jaculum amentatum: ab ἀγκύλη. Inde *ancile*: quanquam Varro ab *ancisu*. Quia ista arma, ut

Thracum, utrinque incisa erant. Ovidius:

Id& ancile vocant, quod ab omni
parte recisum,
Quem& notes oculis angulus
omnis abest.

Metallum, μέταλλον. Eust: ducit à μετὰ & ἄλλος: ἀλλὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι. Et Plinius lib. 33. cap. 6, Vbicunque una inventa vena est, non procul invenitur alia: hoc quidem & in omni ferè materia, unde μέταλλα, Græci videntur dixisse. At revera est Heb. מָטוֹל quod idem signat.

Meteoron, μετέωρον, ἀπὸ τῆς αἴρεως. Alijs à γεωρεῖν, ut Alberto: ab ὀρόω. ab ὄρος. At primum εὐκατάπεπτον est. Pleraque si unum & alterum excipias, in sublimi fiunt, varieque moventur. Hinc μετέωρον est dubium, trepidum, varium. Thucyd: μετέωρος ἦν ἡ ἐλπὰς· μετεωρίζειν est fluctuare. Poëticè dicitur μετήορος. pro μετάορος. Iliad. θ. τὰ δὲ αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο. Igitur legitimè etiam penultima correptè poni potest: sed in versu. Nam dum vulgus ait, in *Meteoris*: non loquitur more poetico, sed sibi peculiari, & usitato: h. e. fatuo & inepto: & ideo errat.

Methodus, μέθοδος à μετὰ. *Ephodus*, ἔφοδος: ab ἐπὶ. *Periodus*, περίοδος à περὶ. *Synodus*, σύνοδος à σὺν. *Exodus*, ἔξοδος. *Exodium* ἐξόδιον: pro. priè est exitus, & finis cujusque rei: Apud Varronem, Apulejum, Juven. Sat. 6. qui secundam corripit, ut ita frustrà sint, qui ab ᾠδὴ faciant. ὀδὸς, ut etiam ἥκω, ἧκω, ab Heb. אָתָא: vel אָתָה, venit, accurrit.

Metior vide sub finem [†]

Mero ab ἀμάω esse restantur deducta. Vt ἄμητος, ἀμητής. Ab Heb. עָמַל, i.e. laboravit. Aut ab אָלַם colligavit, fasceatim comportavit. ἄμαλλα, quod aliâs Græci ab ἀμάω trahunt, propiùs attingit: ut ita propriè sit manipulus, qualem messores colligunt & colligant.

Miso ab Hebræo בָּזַם, enituit, fulsit. Ita facta est mutatio, ut μόσια τὰ ἀσταθῆ supersint. Ita ἀυχὴν à עָנַת splenduit.

Migro, primâ brevi: composita, emigro, semigro, commigro. Ab Heb. מָגַר migravit.

Miles, quibusdam, q. *mollis*, καὶ ἀντίφρασιν: alijs à *moles*. Rectissimè q. *millies*, i.e. de

de numero magno sive exercitu. Varro l. 4. *Milites*, quòd trium *millium* primò legio fiebat, ac singulæ tribus, Tatiensium, Ramnium, Lucerum, millia singula militum mittebant. Et dum Virg. 2. Æn. ait: medijs in *millibus* ardet, idem est, quod medios inter milites. Favet & huic sententiæ Eutropius, quod cum Romulus initio mille ex populo delectos armasset, à numero appellaverit milites. Obiter nota errorem Frischlini, qui in suâ Grammaticâ facit militem gen. masc. quia sit virile officium. Atqui Amazones nonnè bella gesserunt? Et Ovid. apertè: nova *miles* erat. Cæterùm *mille* nonnemini ducitur à χίλιοι, χιλιὰς, *Chilias*: alijs ab Heb. אֶלֶף, ejusdem significatus. Quanquam non exiguâ hîc opus mutatione. A mille verò est *milium*, propter granulorũ innumerabilem copiam: alijs à μελίνη, quod sit genus milij, aut mellei coloris. A mille item *miliare* & Græcũ μίλιον, quod receperũt etiam Syri, מִילָא. Suidas, μίλιον μέτρον γῆς.

Milvus, vulgò milvius. Omnes nostri libri veteres (inquit Lambinus) habent *milvus*. Legendum autem πρὸς τὰ λάθρα, *miluus*, per ἀλφίτων. Idem affirmat de suis exemplaribus J. Gruterus. Et Gifanius in Indice Lucr: *Ostendit, non milvius, sed miluus dici.* Ovid. 2. Met. In veteri codice optimo: *Vt volucris visis rapidissima miluus extis.* Vide Taubm. Plaut. aul. a. 2. sc. 4. Sed de origine quid? Estne quasi *molliter volans*, autore Isidoro? An à *milio*, secundùm alios? An à sonitu, quem edit? Hoc sanè postremum inter ista videtur optimum.

Mimus, μῖμος, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, Diomede autore dicitur. Donatus trahit à diuturna imitatione vilium rerum, & levium personarum. Παντόμιμος, rerum omnium imitator. ἀρχίμιμος, princeps mimorum.

Minuo, μινύω & μινύθω: ab Hebr. מָנַע. μινὺς & μινυθὸς est parvus, minutus. *Minuere* igitur est tollere quantitatẽ. *Minurio*, μινυρίζω, i, e. exili voce & argutâ queror, aut cano. *Minuritio* inde de aviculis minoribus. *Minor* & *minus* quoq; non aliunde. *Minime gentium*, pro eo, quod est omnium gentium judicio minimè faciendum, Festus. Vel potius apud gentem nullam, aut nullibi gentium.

Negatio v. hemens. Sicuti nullibi locorum, nusquam gentium. Quàm J.C. Scalig. præclarè de verbis *deminuo* & *diminuo* ex origine differat, lege c. 95. L. L. Abusi sunt (inquit) veteres nomine *diminutionis*: nam *minuere* est tollere quantitatem. *Diminuere* igitur utramque quantitatem statuit in diversâ: at ab Homine cum dicis Homulũ, decurtas potiùs, quàm diminuis. Quæ fuit causa, ut alij consultiùs *deminuere* dicant. Est enim diminutio affectus consequens divisionem. Omne enim divisum ita minuitur, ut eadem quãtitas minor dicatur, quoniam partes separentur: at in nominis deminutivi significatione nullæ extant partes. Cic 2. de Nat. *Minerva* quod vel *minueret*, vel *minaretur*, nominata est. Præfero etymon à μῆνη. Et facilè assentient, si cujus dea olim fuerit habita, nôrint. Priùs *Menerva*, post *Minerva*. Arnobius lib. 3 adv. gent. putat *minervam* quasi *meminervam*, quod veteres dixerint memoriã Isidorus & Jos. Scal: in Con*mendum* à *minus*: ut à *manus mando* παρὰ τὸ χερῶ. A *mendo mendicus*, cui deest aliquid. Nam *mendum* propriè defectus. Itaque qui *minus*, quàm opus est, dicit, is veritatem imminuit, diciturque *mendax*. Sic *mendicum* vocabant minus velum, quod in prorâ ponitur: Græcè ὁ ἀρτέμων. A mendum est *emendare*, id est, extra mendas ponere. Turnebus: *Mina* ovis à M. Varrone de re rust. lib. 2. c. 2. vocatur, quæ ventre est non lanato, sed glabro. Verùm origo nominis quæritur, quam à *minus* deduci puto, ut sit, quæ *minus* habet *lanæ*. Argumento est, quod apud Festum lib. 11. Ælius *Minam* esse dicat vocitatam mammam alteram lacte deficientem, velut minorem factam. Et quòd hîc in mamma: inibi in lana, eâdem tamen utrobique potestate.

Misce, miscui, miscitum & mistum. Vsus leniorem fecit pronunciationem ⁓, demto C radicali, *Mistum*: aut SC in X concretis, *Mixtum*. Nihil enim aliud X quàm SC: vel CS. Sic & apud Græcos μιξις id est, mixtio: μικτὸς, mixtus: à μισγέω, μίσγω μίγνυμι. Ab Heb. מָסַךְ .1. miscuit. Et מָזֶג, mistio.

Mitis qui facilè mittit. Opponitur tenaci. *Promitto* i. e. ante mitto: à *pro*, quod fit verbis, quæ præcedunt ⁓. Ejus synonymon vulgò est *polliceor*: propriè apud lectos, cum ultrò offerimus: & *pollicitatio* solius offerentis promissio. Vnde rectè illud in Cas. Plau. a. 3. s. 2. operam uxoris polliceor foràs. Quasi *porrò liceor*. *Mitto* est παρὰ τὸ μίτον i. e filum, duplicato T. Qui enim mittit, elongat, inquit J. C. Scal. c. 26. L.L. Et *promissus* capillus est longus. Ἀπὸ τοῦ πολυμίτου: Latinè *Polymitus*, apud Plinium. i. e. è multis, aut varijs filis. *Amitto*, vulgo est *perdo*. Plautus utitur propriè in Capt. Et te & hunc *amittam* hinc, i. e. ἀποπέμψω. Et quidem ut mittere, sic *amittere*, est volentis: at perdere inviti & inscij. Plautum sequitur Terentius: priùs pecuniam omnem, quàm à te amittas filium, i. e. aliquò mittas, vel amandes. Item Virgilius:

- - amissos hinc jam obliviscere Gajos.

i. e. dimissos è castris. Neq; enim perditi erant. *Missus* cibi, teste Nonio: quia mittitur seu imponitur mensæ. *Missilia* ἐκ παγῆς omnia significat, quæ mitti solent ⁓. Suetonius in Nerone: Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies, singula quotidie millia, avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ, novissimè naves, insulæ, agri. De *Missa* mu ti laborant, qualisnam vox sit. Quidam Pontificium illud idolum intuiti vel à מָסָה, quod contributionem notat Deut. 16. vel מָעוֹזִים Dan. 11. quod videm est ac Deus roboris, d duxere. Sed non opus. Latinum enim est, & apud Romanos etiam ille ritus. Poly. Virg. lib, 5 cap. 12. In sacris Isidis unus ex sacerdotibus, quæ *Grammatea* vocant solitus fuit renunciare præ foribus, tuba & sermone Græco, λαοῖς ἄφεσις: populis *missio*. Plutarchus tradit inprimis consueviſſe suo tempore Romanos peractis votis venerari deos, inque templis sedere & permanere, usque dum sacerdos, *Missa licet*, pronunciasset.

Mitra, μίτρα cingulum. λύειν μίτρας, apud Catullum, *solvere*

ſolvere zonam. Mitra item faſcia, quâ velatur caput : ἀπὸ τῶν μίτων. Rectiùs ab Hebr. מֶגֶד vel à מִגְדָּה, veſtis aut tegimentum σύμμετρον, aut corpori congruum.

Mœchus, μοιχὸς. Ergo noli, *mechus* aut *mæchus* ſcribere.

Mollio, μαλακύνω, μαλακίζω, μαλάσσω : μαλακὸς mollis. Hebr. חָמַל, i. e. mollis fuit. J. C. Scal. Exer. 134. ſi nolim deducere molle παρὰ τὸ μολόχλω, & placeat argutari : dederim ei vocabulo principia ſumta ex Aramæis. Illi enim liquida *Moim* vocant. Vnde & Venetiæ regionis angulus, cum lintea aut lina macerant, in *Smoia* eſſe dicunt. Hebræis מַיִם id eſt, aquæ. *Molluſca* eſt ſpecies nucis, à mollitie. *Mulceo* quaſi *Molliceo* dicitur Perotto : ſed melius à μαλκέω, vel Hebr. מָלַץ i. e. mulſit, permulſit. Includitque quandam in ſe dulcedinem. Inde *mulſum* adject: & *mulſeum*. *Promulſis*, dicta eſt cœna veteribus, ut Turnebus in adver. & Lipſius 3. antiq. lect. tradunt, quòd ante *mulſum* daretur. Varro 3. de re ruſtica : Fanus venit ad altaria, & mel ad principia convivij, & in ſecundam menſam adminiſtratur. Alij *promulſidem* ajunt : quod mulſi vice dabatur convivis ad ciendam appetentiam. Horatius accinit:

---- *Vacuis committere venis*
Nil niſi lene decet : Leni præcordia mulſo
Prolueris melius ---

Momar, Sicula vox, μῶμαρ : ſignificat μέμψιν, ὄνειδος. Plautus : Quid tu, ô *momar*, Sicule homo, præſumis ? ubi non tantùm *momar*, ſed & *Siculus* pro ſtulto, inquit Joſ. Scaliger. Oritur verò à *Momus*, μῶμος. A Rad. Hebræa מוּם i. e. vituperium, reprehenſio.

Monachus, μοναχὸς : quia ſit ſolitarius, à μόνος. Ita & *monialis*. *Monas*, μονὰς, ἀδος, i. unitas : ſicut τριὰς, Trias. In ſancta lingua eſt מִין i. e. ſolum, ſpecies, quæ uni ſoli convenit : idea quæ ab alijs ſubtracta eſt. Habet itaque non parum cognationis cum מָנָה diſtribuit ſingulatim.

Moneo prius *meneo* dixerunt, ut ſcopulum ambiguitatis effugerent à *mano*, & *maneo* : à μνάω quaſi μανάω, i. in memo

memoriam revoco : μέμνημαι unde *memini*, *mentio*, *memoria*, μνήμη. Valla lib. 3. cap. 58. confundit memini & recordor : quorum hoc majus eſt iſto. *Memorare* eſt nunc dicere, nunc memoriæ mandare : Feſtus. *Mnemoſynon*, μνημόσυνον, à μνάομαι. *Reminiſcor*, i. e. in memoriam redeo. *Comminiſci*, i. e. excogitare, memoriâ agitare : à *miniſcor*, à Græco μιμνήσκομαι, μιμνήσκω. Frequentat. eſt *commentari*, commentator, & ſimilia. Gloſſar. *Commentum*, σύνθημα. Cæterùm ex origine elicitur diſcrimen inter *moneo* & *hortor*. *Admoneo* & *commoneo* ſunt verba memoriæ : *hortor* & *adhortor* ſunt verba incitationis ac impulſionis. J. C. Scal. lib. 3. poët. cap. 105. ad conſequendum movemur aut eâ, quæ in mente noſtra eſt, ratione : aut extrinſecus aliorũ impulſu. Id verò dicitur *hortatio*, quia Græci ſic locuti ſunt. Eſt enim ὁρμὴ impetus. ὄρω, i. e. excito, impello. Ab Hebræo עוֹר i. e. excitavit. Et רַעַם eſt impetus, ὁρμὴ. A moneo eſt *monumentum*, quod ita ſcribitur κατ' ἀναλογίαν, ut *nocumentum*, *documentum* : ſed & monimentum toleratur, tanquam à *monitu* : ſicut optimus & optumus, libens ac lubens, quo poſteriori Comici inprimis utuntur. Cicero in Epiſtola ad C. Cæſarem, quæ *monumenti* ratio ſit, nomine ipſo admoneor : ad *memoriam* magis ſpectare debet poſteritatis ; quàm ad præſentis temporis gratiam. *Monedula* Joſephus Scaliger ad Tib. 5. Huc veniat *natalis avis* ; nonat : *avis* eſt cornix, quam concordiæ ſymbolon in nuptijs veteres invocabant. Natalis dea eſt Juno, quæ eſt nuptialis, cujus ea ales in tutela eſt. Vnde & *monetula* congener ejus avis dicitur : quia Juno *Moneta* cognominatur. Poſterior ætas per D, *monedula*. A monendo *Moneta*. Cum enim, inquit Cicero primo de divinatione, terræmotus factus eſſet, ut ſui plena procuratio fieret, vox ab æde Junonis ex arce extitit, quocirca Juno *moneta* cognominata eſt. Νόμισμα, item *Moneta* : quia nota illa & de valore & de autore admonet.

Mons.

Mons. J. C. Scalig. lib. 3. poët. c. 90. *Qui montem* à monendo, non à movendo, quemadmodum illi, quibus contradicunt, sentiebant: quid enim moneat mons? sed à manendo μένω, μενῶ, μένονα: unde μόνος, qui solus manssisset, neque abijsset. Et montes soli sunt, nec inhabitantur.

Monstrum. Cic. pro S. Ros. Amer: portentum atq; monstrum certissimum est. Ad illud Mat. Dresserus: *Monstrum* (inquit) *propriè est fœtus à specie suâ degenerans.* Verùm contrà ipse Cicero generalius esse docet, à monstrando. 2. de Nat. Deor. monstra, prædictiones, præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ futura sunt, portendi, prædici? Ex quo illa *ostenta, monstra, portenta, prodigia* dicuntur. Idem 2. de div portentorum exercitatissimi interpretes extiterunt. Quorum quidem vim, verba ipsa prudenter à majoribus posita declarant. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt: *ostenta, portenta, monstra, prodigia* dicuntur. At falsissimè *prodigium* facit à prædico. Est enim à *prodigo*, i. e. quod antè agatur, & agat mortales in cognitionem futuri, ut *adigium* ab adigo: *aquagium* ab aqua & ago: ita *prodigium* quasi prodagium. J. C. Scal. in Theoph. de plant: *prodigium* est σημεῖον tetra significás: quod aruspicum prudentia disciplinaque expiatur. Dictum quòd *porrò agatur*, i. e. averruncetur. Sed redeo ad *monstrum.* A quo potiùs verbum, *monstro*, ducerem *Monstrum* à *monitum, montum*: ut à rado rasum, rastrum: à rodo rosum, rostrum: à plaudo plausum, plaustrum: à claudo clausum, claustrum: à tondeo tontum tonstrum; quod tamen exolevit. Veteres ut castrum, castellum: ita *monstrum, mostellum*, omisso N dixere: ut semestre pro semenstre. Ex quo Plauti *mostellaria* quia in ea poëta multa ridicula ciet: quo sensu quoque nominatur φάσμα.

Moretum, μορητόν. Atticè μυττωτόν. A μορέω, μόρος. Obdi ersas partes, è quibus miscetur. *Mortarium*, in quo aliquid teritur: suspicor sic quasi *Moretarium* vocari, quòd in eo *moreta* intritaque fiebant: unde & in quibusdam manuscriptis *Moretarium* integrè reperimus. Vnde contractum in mortarium tandem est vocabulum ipso usu: ut & à *morte* earum rerum, quæ teruntur, non desunt, qui putent deductum: sed ἀναγραμματίζουσι. Jos. Scalig. in Moret: Etymi ratio à Græca lingua. In ea μυστωτὸν, & atticè μυττωτὸν. Inde *Moserum*: deinde pro *moseto, moretum*: ut *Valesius Valerius.* Græci igitur μυστὸν nomine, nihil aliud, quàm alliatum intritum intelligunt: ut & Latini quoq;

Morus, μωρὸς ἢ μῶρος: i. e. fatuus: παρὰ τὸ μὴ ὁρᾶν. Quòd cæco impetu quasi ruat.

Morus, μορέα. *Morum*, μόρον fructus. In sanctâ linguâ est בָּכָה i. e. morus, arbor quæ producit baccas succiplenas. Ex quo Latinum est *Bacca. Sycomorus*, sycaminus συκόμορος, à שִׁקְמָה quod idem.

Moses Heb. מֹשֶׁה Mose, id est, tractus vel eductus ex aquis. Nota historia. Rad. מָשָׁה id est, traxit ex aquis, manu eduxit comprehendendo aliquem.

Muccus, rectè enim c geminatur, ut sit discrimen, à *Mucus.* Et *muccus* à *mugo*, ut succus à sugo. Pro *mugo* nunc *mungo*: ut tango, rancco: pro tago, raceo. Mugo & mungo à μύσσω: muccus est μύξα· μυκτὴρ i. e. nasus, per quem muccus defluit. *Muccinium*, quo abstergitur. Græcorum verò μύσσω fit ab Heb. מָרַץ, מוּץ, quod idem: veluti τὸ μύζω id est, sugo, à מָצַה, quod pariter idem.

Mucus, C, simplici, i. e. εὐρώς. *Mucidus*, εὐρώδης ἢ σηπτός. ut panis mucidus: scilicet è situ diuturno. Oritur ex Heb. מָק, mucuit, mucidus fuit. מַק mucus fœtidus, mucor. Affine est מָקַק & מָכַךְ: Vt Latina mucus, muceo, mucesco cognata sunt מָק maceo, macies, macesco, marceo, marcesco.

Mucro. Servius ad illud Virgilij

- - *alto stat vulnere mucro.*

Hinc, ait, apparet, *mucronem* esse cujuslibet teli acumen. Et Lexicon Calepini: *mucro* pro-

propriè cuspis & acumen enſis ac telorum. Id eſt τὸ μυχρὸν; unde mucro: ſicut mutilus à μίτυλος. Nihil enim tenuius, aut μικρότερον, quàm extremum in enſe, aut quovis alio.

Lucretius:

Ancipiti quoniam mucrone utrimque notantur,

I.e. fine, ſive extremo, quod parvum, μικρόν. Ergo figuratè capitur *mucro*, pro gladio ipſe, aut enſe.

Mulgeo, μέλγω & ἀμέλγω. Teſtatur compoſitum βωμολγὸς, *Bumulgus*. A mulgeo, non eſt *promulgo*, ſed quaſi *provulgo* à vulgus. Vel rectius à προμολογέω. Vt promulgare ſit in publico, aut in conventu aliquid proponere, vel dicere: quod innuit τὸ πρὸ & ὁμᾶ.

Mulier, quaſi *mollier* à *mollitie* hujus ſexus. Quod molle, varium & mutabile. Tertia in obliquis ritè corripitur. Mart. l. 1. ep. Amethyſtinasque *mulierum* vocat veſtes, correpto E. Nec exemplum contrarium ex eruditâ antiquitate oſtenditur. Qui Priſcianum allegant, ſi ipſius non quidem verba, ſed men-

tem æſtimaverint, hinc illum facilè ablegabunt, inquit Frid. Taubmanus.

Mullare, quod veteres Latini pro ſiuere capiebant à μυλλεῖν i. e. ſuere. Item *mulleos* calceos à *mullando* dicebant. *Mullus* autem à μύλλος, apud Athenæum.

Multare à *multum*. Vbicunque enim poſitum invenitur, τὸ πολὺ innuit. Vt *multare* aliquem verberibus. Terent. multavit usq; ad mortem i.e. tàm multis plagis. *Multa*, ζημία: quòd multa imperabantur, teſte Varrone. Itaq; ne ſcribas cum plebe *Mulcta*, *mulctare*. Quanquam hoc tolerari in Repub. Latinâ poſsit, ſi idem ſit, quod frequenter *mulgere* à *multum*. Joſ. Scalig. in Con. Veteres *Multare* i. e. numerare dicebant; quanquam propriè eſt πλειστιάζειν in auctionibus, quod polliceri dicunt Latini.

Murex, *Buccinum*, videtur Petro Bellonio Cenomano l. 2. de aquatil. fluxiſſe à Græco κήρυξ, levi admiſsâ mutatiunculâ. *Buccinum* (inquit) nominant alij: vel quòd *buccis* admotum ſonos muſicos edat, vel quòd *buccas* inflare tibicines cogat:

Ovi-

Ovid.

- - Cava buccina ſumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine ſurgit ab imo.

Murmur. Dum paulò attentiùs Naturæ rerum, aut ſaltim propria cognoſcuntur, eo meliora nomina extant. Nempe quæ juſtâ literarum proportione ac qualitate res ipſas veluti pingant. Quæ cauſa, quod etiam advena, cui tamen res aliquà notæ, auditâ ejuſmodi voce, quid ſignificetur, ociùs intelligat. Talia vocant Græci πεποιημένα: quia cum naturâ, aut é naturâ rerum veluti facta ſint.

- - Varios linguæ ſonitus natura ſubegit Mittere.

Et verò propterea omnium ſunt optima. Quo enim ſignum rectiùs ſuo fungitur officio, id eſt, indicatæo præſtantius meritò. Huc conſcribam aliquot, quæ inter prima offeruntur: ut ſententia noſtra muniatur, contra ſciolos atq; zoilos, qui ex occulto vituperant, ſi tale quid inaudiunt; ipſi non prodeunt, ſed latent, &, ut proverbium habet, ὀὺ φαντὸν, ἀὺ ἠλιβατὸν.

Talia ſunt: *murmur*, *murmurare*, μορμύρειν, βορβορύζειν, τυνθορύζειν. Audis indignationem & vocem ipſam murmurantis.

Lucretius graphicè:

- - graviter ſub murmure mugit.

Et:

- - percurrunt murmura cœlum.

Item Perſius

- - Nec clauſo murmure raucus.

Mitiùs iſtis ſonant, βυμεῖν, θρύλος: κελαρύζειν, λαχαρύζειν, ψιθυρίζειν, καπίζειν. Efficax verò eſt τὸ βρυτᾶν, βρυτή. Item *fremere*, βρέμειν. *Fremitus*, βρόμος. *Bromius* βρόμιος i.e. Bacchus. Et *Bromia* apud comicum. *Frendere*, βρύχειν eſt dentes vi quadam collidere, aut fremere. Apud Heb. חָרַק. Ipſe ſonus verbi æmulatur. Et Maro:

dentibus infrendens - -

Satis proprie. Nam quod Servius ait proprium eſſe aprorum, & poni ibi translatè, nihil probat. Nobis tam poëtæ, quam naturæ ductus potior; & inſtar cauſæ maximæ.

Po-

Postea autem *frendere* est *frangere*: quia fit dentibus. Hinc *frendere fabam* & *fressa faba*. *Nefrens*, *nefrendis* & *nefrendus*, puer vel senex, qui alimenta dentibus frendere i.e. frangere nequit. Aptissimè quoq; rem suam signat τὸ ῥέγχειν, *rhonchare*: ῥόγχος, *Rhonchus*. Idq; tum propter R, tum propter balitum, quem ducit sopitus, & propter O sonorum. Sed & attende *Bombum*, βόμβον. Iste Lucretij versus singulari curâ ita factus, ut gravitatem soni præ se ferat. *Et reboat raucum retro cita barbara bombum*. *Bombilo*, aut *bombo* βομβῶ, βόμβω. ξ. Item *bombalio* non aliunde. Et hujus generis *Crembalum*, κρέμβαλον. Item signatissima vox est *bombarda*. Similiter *bronteum*, βρυττεῖον, à fragore quasi quodam tonitru. Item *Solopetum* à *solopus*: quando spiritus cum impetu erumpit: aut *stloppus*, stloppetum; ut magis intendatur.

Persius:

Nec stloppo tumidas intendis rumpere buccas.

Sic enim habent veteres membranæ. *Ruspari* & *corruspari* Plautinum, est quærere, scrutari, aut aliud quid agere, strepitu excitato, qui ab

R.V.S.P. quasi pingitur. Vt cum librum avidè evolvimus.

Melissus poëta

- - - palmâ ruspante poëmata versas.

Simile est Græcorum ἀροῦσθαι: ubi quid amputamus, aut vt abscindimus: & σπαράσσειν. Et Heb. רָצַץ i. e. quassavit.

Sic σμαραγεῖν est rerum strepentium vel stridentium: ut & ῥαβδαγεῖν: adhuc illo fortius, συῤῥαβδαγεῖν. Nec ab istis aliena: ῥοθεῖν, ῥόδδειν: ῥοιζεῖν, ῥεῖζειν. Et Hebræorum עָרַץ, item רָעַשׁ, & רָצָא & similia. Ab S ficta sunt, σωπᾶν, σιγᾶν, *silere*. A σιγάω est *Sigaleon*.

Ausonius:

Aut tua Sigaleon Aegyptia oscula signet.

S enim nota silentij: quòd facilè & celeriter audiatur propter sibilum, qui penetrabilis. Hinc & Heb. חָסָה i.e. siluit: etiam inde σιγᾶν, prodicâ mutatione. Et *ST* indicentis silentium, apud Comicos. Idem ob strepitum ac sibilum literæ S factum est *sibilo*, antiquitus *sifilo*: Græcis σφλόω i.e. ignominiâ afficio. σφλὸς est irrisio virtuperium: contractè à σπυλὸς ἢ σπιλός. Itidem Hebræis est שְׁבֹלֶת sibilus aquarum, fluctq; q. sibilans: item sibilus, qui è tibia & aristis. Vt *sibilare*: ita extitit quoque σίζειν: cum ferrum candens, aut candela aquæ inditur.

Lucretius attigit:

Vt calidis candens ferrum è fornacibus olim
Stridit, ubi in gelidum properè demersimus imbrem.

Stridit i.e. σίζει. Apud Aristophanem τὸ ἐπισίζειν est canes instigare, vocare. Quod nobis hodieq; usitatissimum. Sic ψιθύζειν est sonare illud ψίττα pastorum, quo gregem permulcent & incitant. σίττα, ψίττα, ψίττα. Τυβὶ (Heb. עֲטִישָׁה) extit propter V, quod sono obtusiore: & propter sibilum duplicem, SS. Sicut Græcanicum ξήσειν, ξῆτειν i.e. tussire. Vt asperiùs sonet: ξέησειν, ξεῆπειν, σπίζειν est serpentis, quę sibilat: itemque avis, quæ inde σπίνος, & σπίζα appellatur. τὸ ξέειν est radere. Eustathius fictum ait è sonitu ξ. Vt Heb. קָצַץ è littera ץ: item קָצַע. ψελλίζειν est balbi, vel balbutientis. ψελλὸς balbus.

Lucretius:

Balba loqui non quit, traulizi- -

Ejusdem significatus est & ψελλίζειν, ψελλὸς. ἰαυλίζειν καὶ αὐλακάζειν est militum, & aliorum, ubi res benè gesta. ut Heb. צָהַל. ποππύζειν, & πυππάζειν, πύππαξ sibilantis est & blandè demulcentis. ποππυσμὸς, *poppysmus*. Ita blandientis quoq; τὸ εἶα, *Eia*. Literæ omnes molliculæ, & suaves. *Halare*, ut Græcorum ἀύζειν, genitum est oscitatione, dumque os aliquanto diducitur cum flatu validiori. ἐξεάζειν, inaniter blaterantium est, vel nugantium. *Taratantara* Ennij: & *Tantarara*, ἐυφθογγον, ac tubæ sono accommodatum. A voce anseris rudimenta cepit, *Serra* ab illo strepitu. Vt Heb. נָשַׁר Inde Lucretius:

- Serræ stridentis acerbum
Horrorem - -

elegantissimè dixit. Etiam ῥὶν propter duas primas non est minimum inter τὰ ὀνοματοποιούμενα. Asperè enim sonat & exiliter illud fabrile instrumentũ. Ejus generis est etiam κελίζειν: molliùs λίζειν. At Latinorum *Lima* poste-

rius est Græco, propter liquidam. *Raucus, raucedo,* ob asperitatem τῦ R: & gravitatem vocalium sequentium; non est contemnendum. Sicut & græc. βραγχος. Verba sunt *Raucio, rauceſco.* Nonius, *ravis* est raucitas. Isidorus, *ravit* i.e. raucè loquitur. Lucilius, *Rausuro Tragicus qui carmina perdit Oreſte.* A *Ravis* est *ravus.* Adjectivum. Festus, *Ravam* vocem significare ait Verrius *raucam,* & parùm liquidam; proximè canum latratum sonus &c. Horatius lupam nominat *Ravam:* quia raucedinem pariat. Quod omnes jactitant: causam venantur Physici. Itaq; non assentiendum Jano Gulielmo l. 3. c. 9. Cui canitie (inquit) caput jam inspergitur, ravus est: unde ravam lupam Horatius dixit, pro canâ. Nam *ravus* propriè & primò de voce illâ obtusâ, quam diximus: dein de colore capitur. Nec tralatio ista infrequens. Ita acutum πρώτως de cuspide: δευτέρως de sono, de ingenio usurpatur. *Crabro,* ab hujus insecti stridore ingrato. *Vagire* quid sit, exponit Agellius l. 16. c. 17. Noct. Att. *Vaticanus* deus nominatus, penes quem

essent vocis humanæ initia. Quoniam pueri simulatque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano, syllaba est. Iccircò *vagire* dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. *Lallare* ut Græcorum βρύκειν vox itidem ætatis tenera. Tum enim organa minùs apta ad exprimendum elementa cætera; utpote quę difficiliora sunt. Iterum vox puerorum, *Cacare,* κακᾶν & κακκᾶν. Nec multùm abhimile τὸ παππάξ. Poëta, *cacata charta. Cacivora* avis, apud Indos; quæ aliarum avium stercore alitur. *Lambere* non obscurè etiam à sono illius actionis, ut canum, luporum: sicut Græc. λάπτω, λαπάζειν, λαπάττω: & Heb. לָקַק, id est, lambit. *Barrire* est elephantis. *Hinnire,* χρεμετίζειν equi. *Rugire* leonis. τὸ G. etiam Hebræi agnoscunt in suo שָׁאַג i. e. rugijt: quod ajunt competere leonibus propriè. *Boare,* βοᾶν bovis. *Mugire,* μυκᾶσθαι, vaccæ. Hebræis גָּעָה i.e. mugijt. μυκάομαι ἢ μηκάζειν. Latinè *Mecari.* Germanis **Meckern,** caprę. Cani propter literam caninam R tribuitur, *Latrare:* pro-

propter liquidam apud Græcos τὸ ὑλᾶν καὶ ὑλακτεῖν: unde *Hylax.* Utroq, melius τὸ βαύζω, βαυβάιω, *baubo:* Si de majoribus loquamur canibus Heb. נָבַח i. e. latravit, non parùm assonat. Lucretius, dum passivâ voce protulit, etiam plus tumultus excitavit, *baubantur.* Vox est βαῦ βαῦ. Et Aristophanes, cùm canes latrantes, seu potiùs baubantes imitari vellet, αὖ αὖ *Au, Au* commentus fuit. *Baucalium,* βαυκάλιον, etiam à βαύζω. Est vas angusti oris, quod βαύζει, cum aqua infunditur. *Coaxare* & *quaxare* in Festo: κοάξ, *Coax,* apprimè Ranis convenit. Vt *Batrachus* quoque βάτραχος, βατραχίζειν. Quamvis παρὰ τὴν βοὴν τραχεῖαν ἔχειν, Etymologi flectant. Tamen naturæ auctoritas præponderat. Illud verò Aristophanis lepidum & consonum, si quæ alia: βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. *Rana* (inquit Varro l. 4.) à suâ voce dicta est: sed obscuriùs, præillis Græcorum. Certè ab Heb. רָנַן id est, exclamavit, insonuit voce lætâ & clarâ. Aut à רָנָה, quod idem.

Virg:

--Veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Horat:

-Ranæq; palustres
Avertunt somnos----.

Perdix, παρὰ τὸ πέρδειν. Eum quippe sonum edit. Vnde καταβίζειν quoq; dicitur: & κάκκη fœtor, Jos. Scalig. Latinè potes, *Cacabare:* κακκάβη perdix. *Bubo,* à cantu, quem edit, *dirum mortalibus omen.* Vt βύας: si Υ more antiquo enuncies. Verbum est βύζειν: Latinè *bubare;* aut *bubulare,* V duplicato. Aliàs *Bubo,* βοβών tumor est παρὰ φύσιν in corpore. Sed & κικκαβαῦ vox noctuæ. κικκαβῦ noctua ab illo sono. Et *Coturnix,* ὄρτυξ apud Festum, à suâ voce. *Turtur* etiam ab ἰδιοφωνία. Pariter apud Hebræos idem: nempe תּוֹר. Quod ἑτυμολογοῦντες formant à Rad. תּוּר i.e. intuitus est, inquisivit, indagavit. A quâ rectissimè τὸ θηρεύειν duxero. *Cornix,* κορώνη, similiter à clamore. Melius tamen imitetur, si Germanorum exemplo, literam, A, imponas.

Velut à Marone factum, planè singulari judicio, ut eam sexies repetierit in versu de cornice, quę pluviâ præsagiat:

Et sola in sicca secum spatiatur arenâ.

LA, CA, SPA, TIA, RA, NA. Nam qui τὸ S quater iteratum, modò attendunt, & nescio quid de progressu cornicis in arenâ notant, illi summum poetæ acumen suo pede metuntur. *Crocitare, crocire*, κρώζειν est corvi. Eustathius: κρώζειν & κράζειν propria corvorum & cornicum. *Clocire*, κλώζειν graculi, ut vult Pollux. *Gratitare* anseris: ejusdem etiam, *Gingrire*, ubi vox tenuior. Glossæ. *Gingriunt*, χῆνες σκοδῶσιν. *Gingrum*, φωνὴ χηνός. *Glocitare, glocire* gallinæ. *Clogmus*, κλωγμὸς. Plutarchus apertè tribuit gallinæ: scilicet matri quæ pullos circumducit. *Cugurrire* est galli. *Fritinnire* hirundinis, teste Jos. Scaligero. πτυδίζειν coturnicis. *Fritillare, trutillare, minurire*, μινυρίζειν, πίζειν minorum avium & suave canentium. Sunt etiam nomina ἰυμμήν: *Ululare, ululatus, ululà*: ut & Græcorum ὀλολύζειν, ὀλολυγὴ: & Heb. יָלַל i.e. ululavit. Similiter ὀτοτύζειν est dolentis: ὀτοτοῖ, hei hei. Item ἰύζειν, ἰὸ

clamare: μυκᾶσθαι μὴ repetere: in Aristophane tribuitur flenti. His adde, τὸ κωκύειν, iterum plorantis. Item θρῆνος, *threnus*. Et Latinum *Ejulare, ejulatus*. Aliqui præponunt H, *Hejulo*, ut sonus & suspirium magis audiatur, quasi fit ab *Hei*. Aspiratio. n. explicat suspiria, & difficultatis nota est. Itaq; à Græcis sumtam Latini servarunt in expressione Affectuum. Ita *Phy*, φεῦ, *Heu*. Et in medio posita H, *Ebeu*. αἰαῖ apud & Heb. אֶהָהּ, *Ebeu*. *Aha*: & per ἀφαίρεσιν τοῦ אֶהָהּ, quod est σημαντικώτατον. Item *Hei, Hoi*, quod melius est Græcorum οἰ & comp. αἰαῖ. Verbum est οἰμώζω. Planè ab Heb. אוֹי & הוֹי, οἰ, ὀ, ὦ. aut אִי, O. *He*, ἐ ἐ iterum ab Heb. הֵא quod idem. Tale est etiam *væ*: melius *væh*, propter aspirationē, ut dixi. Græcè οὐαί. Ex *væ* demto A factum est *VE*, particula nunc intendendi, nunc minuendi. Idq; propter πάθημα, ad quæ prius significanda, variè adhibebatur. ἀπαταὶ *Atat*: ἀπατὰι vox afflictorum, aut metu perculsorum. *AH*, vel fortius *Ach* ab Heb. אַח quod est mœrentium. אֲנָחָה est suspirium, gemitus ἀν. α.

Item

Item אֲהָהּ, i. e. *Ebeu, heu heu, Ach, ach*. J. C. Scalig. c. 49. L. L. in H nisi per apocopen syllabam exire negarunt: *Ah, vah*. Fuisse enim *Aha, vaha*: & verisimile fit, ita factum esse. Sæpe enim dolentes etiam nunc sic geminatum pronunciamus. Et c. 164. Veteres negant, ullam vocem aspirari in fine: quare fuit, ajunt, *Aha*. Nostra nihil interest, quid senserint agrestes Opici: nam meliora sęcula ita pronunciarunt *Vah, Ah*. Similiter rectius scribitur *Prob*, quàm *Pro*. Quia ita fit discrimen à *Pro*, πρό. Deinde ob literam aspirabilem plus afficit. Quod & de, *OH* verum est. Pariter Aristophanes lepidissimè finxit, versum ab ὐῦ, flatu per mares celeriter aliquoties trajecto: ut olfacientes solemus. Versus iste de carne Suillâ: ἔνδον ἐστὶν, ᾧ μιαρώτατον πολὺ κρῆμα τεμαχῶν νῦν - κρεῶν - ὠπληκιδῶν ὔ ὔ ὔ ὔ ὔ ὔ ὔ ὔ ὔ ὔ ὔ. Cætera alibi. Tantùm subjicio, corollarij loco, Scalig. è c. 13. LL. sententiam, quæ à dictis haut abludit: S, valdè (ait) servit ad spiritus elisionem:

- - Sale saxa sonabant.

R autem ad rudiorem, atque asperiorem, ut *Murmur*. Vtrunq; conjunctum implent valdè, *stridere*, τρίζειν. Et magis, cùm terminant dictionem, *stridor*. Aspiratæ consonantes multò acriùs urgent his adjunctæ, *Fragor*. Quippe etiam mollissimam omnium literarum exasperant, φλοῖσβος, φλάω, παφλάζω. Etiam sonum ipsum audias, quasi præsentem, in quibusdam vocibus, λίγξε: & apud Virgilium, cujus diligentiam non affectatam ac divinum judicium, nemo est assecutus omnium unquam poetarum: percipies enim lignatorum operam illis vocibus,

- - - sonat icta securibus ilex.

Et illud quantum est?

- - - tremit ictibus ærea pupis.

Illa autem etiam cum navi dilabuntur:

Labitur uncta vadis abies - -.

Murus, J. C. Scalig. c. 21. L. L. Ex diphthongis illi OE, nos V, *Moeri*, nos *Muri*: ut pœna, punio. Adhuc, antiquitatis vestigia remanent in *mœnia*: posteritatis autem in *munus*. Origo autem erat ab οἰ, μοῖρα, rata scilicet cujusq; civis pars. Quę

que pro suâ parte virili tutabatur muros, quos & unà construxerat. Apud Lucret: est, *mœrorum* pro murorum. Inde *pomœrium*. Liv. l. 1. *Pomœrium* verbi vim solam intuentes, *postmœnium* interpretantur. Agell. lib. 13. c. 14: *Pomœrium* est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, *pone muros*, regionibus certis determinatus. *Mœne* singul. apud Ennium. *Circummœniti* apud Plautum, id est, circundati. *Munus* à mœnibus. Idem Scalig. cap. 31. Transit R in N. Fuit enim *munus*, *onus muris* reficiendis, ubi primùm unum in locum è vicis convenissent, ad condendum opidum. Inde *munimenta*. Id oneris cum remittebatur virtutis ergò, donum dicebatur. Aut simplicius ab Hebræis מְנָחָה. ut munus sit, quod offertur, propriè, sive δῶρον, sive officium. *Amœnus* locus à mœnibus: sicut pomœrium. Glossar. *amœnus*, σύνοικος πόλεως, τειχινὸς. *Amœnus* Hebraicè est נָעִם. Transponas elementa. Inde Naim nomen opidi. Ab amœnitate & delicijs. *Munio* est mœnia facio, circundo.

Munis, *officiosus*. Lipsius, qui tam *munes* fuistis in re & verbis hactenus *immunem*. *Communis* est *ejusdem muneris*. Cic. 2. de Invent. *Communes* est quod omnes vulgo probârunt, & secuti sunt. Magis ad originem respicit dictus Scaliger cap. 93, quod aut opus aut officium faciundum fuerit omnium civium operâ, aut impensâ, id dictum est, *communi* studio factum iri: quoniam munia sua quisque in unum conferrent. Itaque id opus, ut complectitur omnium civium functiones, *commune* dictum est. *Communiter* pro passim, sæpe, vel plerunque accipitur à vulgo. At finistrè. Propriè, quod è memoratis liquet, idem est quod pariter, simul, conjunctè, κοινῶς. Opponitur ei *separatim*. Cicero: aliâ epistolâ *communiter* commendavi tibi Legatos Arpinatum: hâc *separatim* Quintum.

Municeps, qui capit munus. Agell. lib. 16. c. 13. *municipes* sunt cives Romani ex municipijs, dicti quod muneris cum P. Rom. essent participes.

Mus, μῦς. *Muscipula*, à capiendis muribus. *Mucerda*, μυσκωρίδες ἢ μυόχοδοι: quod à mure excernitur. Sicut *suerda*, συόκωρες: à sue. *Capricerda* à capra. *Mustricula*: Jos. Scalig. Invenio in Glossis Latinis, *Mustricula*, machina ad stringendos mures. Et puto verum esse. Nam lignum illud ad calceos suendos, à similitudine illius machinæ dictum videtur. Idem: Plautus in Epidico: Væ tibi *murricide* homo. Melius scriberetur unico R, *muricidus*. Quod videtur tanquam joculariter ignavo exprobratum, ut qui hostem non potuisset *mures*, *cæderet*, quasi μυοκτόνον. *Muricidium* tamen etiam dixerunt veteres, ut Pomponius Atellanarius.

Musa, μοῦσα. J. C. Scalig. lib. 1. poët. c. 2. Musæ παρὰ τὸ μῶσθαι, à Platone deductæ sunt, quibus scilicet inventio attribuatur. Alij παρὰ τὸ μύειν, unde *mystæ* & *mysteria*, quo verbo judicium designetur. Arcana enim selecta sunt: electio autem à judicio. Nempè omnia, quæ in opere posita sunt, ab intellectione, aut ab inventione, aut à judicio proficiscuntur. Hebr. מוּסָר. id est, disciplina, castigatio. Aut à מָצָא, id est, invenit studio. Quæ Hebræorum deliciæ magis animum afficiunt, quàm Sirenes illæ Atticæ. *Museum*, μουσεῖον, ει vertitur non in Æ, sed E longum, aut interdum EI. *Musica*, μουσικὴ. *Musicus*, μουσικὸς. Nomina Musarum sunt: *Clio*, à κλείειν: gesta canit, & celebrat, laudat. *Melpomene*, à μέλπεσθαι: etiam à cantu, μολπὴ. *Thalia*, θαλεία: θάλλομαι. Ab immortalitate & virore. *Euterpe*, εὐτέρπων εὐφροσύνης, qui benè delectat. τέρπω. Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget. Ab eodem τέρπω & χόρος, fit *Terpsichore*, quæ affectus citharis movet, imperat, auget: scilicet in choris. *Erato*: ab ἔρως: quia amabilis doctrina, & eruditio. *Calliope*, à pulchrâ voce. Καλὸς pulcher: κάλλος, pulchritudo. ὄψ est vox. Carmina *Calliope* libris heroica mandat. Vranie, ab οὐρανὸς: cœli motus scrutatur & astra. *Polymnia*: à πολὺς & ὑμνέω: ab ὕδω. πολύυμνος, i. e. celebris, multæ laudis. Quia ergò Musæ à cantu commendantur, aut etiam plerisque dicuntur; non iniquè musa est ἀοιδὴ, cantus, carmen.

Virgilius:

Silvestrem tenui musam meditaris avenâ.

Silvestrem, i. e. hilarem, aut sonoram, non rusticam aut agrestem. In silvis enim & sub tegmine arboris, clarior sonus est & echo. Quod insequens docet versus:

Formosam resonare doces Amaryllida silvas.

Musca, μυῖα. Eleganter *sanguisorba* dicitur: ut *hirudo sanguisuga*, à Plinio. Heb. est זְבוּב, *zebub*. A quo σβθη, flabellum, quo muscas abigũt. A בַּעַל & זְבוּב est βεελζεβὺβ, Beelzebub. Ita enim legendum: non beelzebul, βεελζεβὺλ. In Hebræo enim & Syro est ב. Hebr. *Baalzebub*: inde Syr. *Beelzebub*, levi mutatione, i. e. dominus, aut princeps muscarum. Nomen Satanæ. Is enim figurâ *muscæ* apparuit, teste Nazianzeno. Sicut hodieque eadem specie videri dicitur invitris, aut crystallis. Sed & colebatur olim in gentilitate in hunc finem, ut *muscas* pelleret infestas. Cujus rei dedit specimen, quòd in templo suo muscam nullam superesse fecerit, Plinius vocat *Myiodem*: à *myia* & *deus*, si Latine formes. Idem lib. 10. cap. 28. invocant Cyrenaici *Achorem* deum muscarum, multitudine pestilentiam afferete, quæ protenus intereunt, quum litatum est illi deo. *Achorem*: cultu, ut & nomine, sumto ab *Ekron*, cujus Baalzebub erat deus. *Ekron* ab עָקַר, extirpavit, vulsit. Aut *Achor*, עָכוֹר ab עָכַר: quod fere idem, h. e. turbavit, ejecit. Scilicet ab officio, quod erat, abigere muscas. Apud Græcos Apollo appellatur σμινθεὺς, *Sminthæus*: quod fuerit deus μυοκτόνος. σμίνθας enim vocant mures, teste Eustathio. Quia verò illa fabulosa, aut dubia, quæ in eam rem afferunt: suspicetur aliquis, *Achorem* & *Myriodem* & *Sminthea* esse eundem: saltim leviter mutatâ voce. σμινθεὺς igitur à μύνδα vel μυνδα, præposito S: quod non infrequens. ut μίερδω, σμίερδω, ζμέρδω: μικρὸς σμικρὸς.

Muscus, μόχθος: qui & *vitulum*, & *muscum*, & in arboribus prima germina, & verbo, quicquid tenerum, ac novellum significat. ὄχθος idem ferè est, & peculiariter ramulus tener in vitibus: item ὄχη apud medicos est scrotum, ut & ὄχεος, ὄχεον. Ab Hebræo אֲשֵׁךְ, i. e. scrotum, vas testiculorum.

Mutus, mutire, obmutescere: à μὲ, μὲ, *Mu*, quod canum est, ex sententiâ Charisij. Varro lib. 6. de Lat. L. *Muti* non ampliùs quam μὲ dicunt. A quo item dicit, quod minimum est, neque, ut ajunt, μὲ facere audet. Canes etiam *mutire* dicuntur, cùm incipiunt irritari, quòd *Mu* videntur sonare. Lucilius:

Nec laudare hominem quenquam, neq; Mu facere unquam.

A *mutio* est *mussare* quod est hominum occultâ & depressâ voce loquentium quod celatum velint, inquit Nonius. Nec abludit Græcorum μύζειν. Festus: *Summussi* dicebantur murmuratores. Nævius; Odi (inquit) *Summussos*, proinde apertè dice, quid sit, quod times.

Mutuum fecerunt ratione Stoica ex *meo*, *tuo*: teste Justiniano & Paulo Jcto; quod ex *meo* fiat *tuum*, dum communicatur. Sanè dicitur id quidem κομψῶς, σὺκ ἀληθῶς δὲ. Igitur meritò displicet Turneb. lib. 10. cap. 25. *Mutuum* (inquit) à mutatione nomen habet: nam quod ajunt ex eo dici, quia ex *meo tuum* fiat, bellè magis & scitè, quam verè dictum arbitror. *Muto* est à *motu*, quasi *moto*. Plautus Amp. a. 1. s. 1. *Neque se luna quôquam mutat.* Ita enim legi oportere docet ibidem Phœnix Poëtarum Taubmanus. Sed & J.C. Scalig. in Theoph. de causs. plan. astipulatur: *Motus & mutatio* communia habent principia appellationum, μώω. Vnde μῶσα nostris Æolensibus, quos Latium est secutum, quod alij μῶσαι & μῦσαι. Idem lib. de plant: Sola loci variat o est *motus*. Græca origo μώω. μῶ. Vnde μῶσαι, non quasi μαῖσαι, sicut Plato: sed ab incitatione, à qua & furor. *Promovere* (inquit idem Theoph.) est *prorsum movere*, quod jam motum est, atq; in eam quidem partem, in quam motum est. Hæc ille. Simpliciùs *promoveo* est à pro: nec quidquam aliud notat, quàm ulteriorem mutationem aut motum: ut etiam hæc verba, procurro, procedo, progredior, proficio, prodeo: & si quæ talia. De significatu

peculiari *De Muto* notentur hæc ex Mureto in Cat: *Mutare* pro eo, quod est emere aut vendere antiqui sæpè dicebant. Columella, porcus lactens ære *mutandus* est. Idq; Græcorum exemplo, apud quos hoc modo verbum, ἀλλάττειν ponitur. Ideò autem id fit, quia antiquissima ratio contrahendi permutatio est. Quin ipsum permutationis nomen commune est omnibus contractibus, tantumq; valet Latinis permutatio, quantum Aristoteli συναλλαγμα. Sed ad *Moveo* redeundum: inde simpliciter momentum. Vt à testor, testatum, testamen, testamẽtum: Sic à moveo, motum, momentum antiquè *Momen*, τὸ ἄτομον, τὸ ἀκρεές. Item inde *Mox*, id est, tam citò, quàm te moveas sive vertas, ut nos Germani loquimur. *Motacilla*, avis semper caudam movens. Prima origo est Hebr. מוֹט, loco motus est. מוֹט est φορὰ, aut commotio, μόθος. Pariter Græcorum σείω, fit à סוּת, movit, incitavit: נָשָׁה dimovit: נָאָה motus est. Σεισμὸς aut σεῖσμα, motus, quassatio. *Eiδικῶς* plerumque de motu terræ.

Item δονέω, δόναξ נוֹר motus est, agitatus est.

Mycenæ, à μυκήσομαι: quòd inibi bos suo mugitu locum designârit urbi, Strabo lib. 1. Horatius:

Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas.

Myrrha & murrha, μύρρα: à μύρον, i. e. unguentũ. *Smyrnion*, σμύρνιον, planta ab odore myrrhino. Omnia ab Hebræo מוֹר. A Rad. מָרַר, i. e. amarus fuit.

Myrtus, μύρτος: arbor Veneri sacra. Inde *Murtia* dicitur: prius *Myrtea*. Jam per C scribitur, *Murcia*: & est dea secordiæ, ac negligentiæ. A *murteto* dictam volunt Varro, Plinius & Plutarchus, quod inibi templo aut sacello erat proximum.

Mystax, μύστακες, à μύειν: quia sit tegimenti loco, aut decoris quoque. Ovidius:

Barba viros, hirtæq; decent in corpore setæ.

Eâ causâ, à Græcorum βαρὺ, per ἀναδίπλωσιν, *Barba* dicitur, nostro *Valentino Hartungo Lipsiensi*: sanè meliùs, quàm ullis alibi. Idem etiam, felicis ingenij juvenis &

& harum literarum juxtâ ac Medicæ studiosissimus, hoc loco admonitus sit, ut, quæ, præter cæteros, singularia in philologiâ annotavit, nobis in publico fistat, atq; ita detus addat patriæ communi, ἀξιώματος καὶ ἀγήρατον ἡμῖν πάλαι. Quod eâdem operâ hîc extra ordinem dictum quoque velim *Laurentio Vvagnero Dipp*: viro multarum linguarum, nec vulgaris judicij. Quod magnus ille SIBERVS Vvitebergæ jam olim ad ipsum, licea hîc mihi repetere: *De psalterio perge atq; urge: item de observationibus. Crede mihi pariet ea res laudem tibi, nobis fructum & utilitatem.*

Mysterium, μυστήριον: arcana quædam res, & propriè divinis viris, sacerdotibusq; tantummodò cognita, inquit Valla lib. 4. c. 50. Sed generaliùs patet. Vt enim *ministerium* ministri opera est propriè: sic mysterium quicquid latet & abstrusum est, è Græcorum μύω aut potiùs Hebræo. Quod etiam notat eruditissimus Isaacus Casaubonus lib. 1. cap. 2. de Sat: Ab eadem radice (scilicet סָתַר) μυστήριον vox derivata Græcis: non ut nugacissimi eorum scribunt Grammatici, παρὰ τὸ μύσασθαι τηρεῖν. מִסְתּוֹר, Mistor, seu Mistur, res aut locus absconditus. Indue hoc verbum formatione Græcanicâ, fiet μυστήριον sive μυστήϊον. *Mysta*, μύστης *Symmista* est *Consecraneus*, vel è Glossario, *Consacraneus*, συμύστης.

N

Nabathæa: Dionysio Ναβάθαια, Stephano Ναβαθήνη. Regio Arabiæ Orientalis. Ovid:

Eurus ad auroram Nabathæa regna recessit.

Ab Hebræ. נָבָה aut נָבָא, prædixit, vaticinatus est. Arabes enim olim vates & astrologi.

Nablium, nablum, nabla, νάβλα apud Hesichium & Suidam. Ovid: *Nablia*, Conveniunt dulcibus illa modis. Hebræum est, נֵבֶל, i. e. instrumentum musicum è ligno, vel testâ, intus cavum. Radix est נָבַל.

Ne est adverbium asseverationis, ναὶ. Turnebus lib. 1. cap. 8. ait: Næ affirmantis præponi: non subjici solet. Nec officit, quod reperitur: *Edepol ne* ego sum miser. Nam post jusjurandum de integro inchoatur oratio. At quid obsecro hanc nobis observationem suadeat? aut quæ necessitas? videamus exempla. Plaut. Cur. act. 1. s. 2. *Tibi ne* ego, si fidem servas mecum. In Merc. *oratio ne* odiosa est. Ter: Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Nam quòd hîc aliam particulam substituunt, frustrà sunt. Præterea Græci & proponunt & postponunt: Homerus Il. α. ναὶ δὴ τοῦτο. Greg. ὡς εἴπερ κεφαλὰς ναὶ πάσας. Vt *Ne* affirmandi: ita *me* Jurandi vox est, è Græco μὰ: sicut etiam νὴ. μὰ Δία: νὴ Δία: usus est Plautus in Captivis. Ita *MeCastor*: quandoque omisso M, *Ecastor*. Dum verò apud Terent. act. 3. sc. 2. extat: *Perecastor scitus Puer*: opus est distinctione. *Per* non refertur ad *Ecastor*, sed scitus: perscitus. Itaq; malè omiserunt virgulam Δασείας. Sic *Epol* pro *Me pol*: aut νὴ. *Ne Equirine, Mequirine. Ecere* à *Cerere. Me Dius Fidius. Edepol*, pro *Me Deus Pollux*. Nam & Nominativus & Accusativus, sicuti apud Græcos, apponitur. Igitur non est cur fidem habeamus illis Festi, aut fortasse Pauli: *Mecastor & me hercules*; quasi diceretur: Ita *me Castor*, ita *me Hercules* juvat. Sed & *Ædepol* malè scriptum: quasi ab ædes sit.

Napæa, Napus, à νάπος, ἡ νάπη, i. e. saltus: quasi νήφασος, vel νήφως: à νὴ privante, & φάος. Hinc bellè Poëta: viridesq; *Napææ*.

Narcissus, νάρκισσος: nomen floris, item viri. Græci deducunt à νάρκη, i. e. torpore, quem conciliet odore suo. Ab Hebr. sonare videtur: lucerna vel lux throni נֵר i. e. lucerna, & כִּסֵּא i. e. thronus, solium supernè habens tectum, seu operimentum, qualis est sella regum & curia.

Nardus νάρδος: ex Hebr. נֵרְדְּ, genus herbæ odoratissimæ. Sicut etiam *Hyssopus*, ὕσσωπος, defluit ab אֵזוֹב, quod est ejusdem significatûs.

Nares: *Nar*, naris. Persius Sat. 1. sonat hic de *nare* canina: à Græco ῥὰν ῥίν, κατὰ μετάθεσιν: *Nares* εἶνες: ἀπὸ τοῦ ῥεῖν: sicuti quidam Latinorum à *nando*. A ῥὶν est *ringo* i. e. corrugo narem. Indicium iræ. A *Nare*, nasus: κατ' ἀντίφρασιν, ut fit discrimen, inter *Narus*. Alijs à νασμὸς: propter fluorem mucci. Vltima *Naris* origo est נַחַר: quod est notæ ejusdem. *Nasterna* in Pl. Pœn. a. 5. s. 5. est genus vasis aquarij patentis, & ansati, quale est, quo equi post confecta spatia in Circensibus perfundi solent & recreari. Ita dicitur quod tres *nasos* i. e. ansas haberet. Ita Vatinianis calicibus assignat *nasos*, Martialis & Juvenalis:

Siccabis calicem nasorum *quatuor*..

Plautus lepidè confinxit *Denaso*, i. e. nasum amputo. *Nasturtium* ab acrimoniâ & mordacitate: quòd nasum torqueat & sternutationes provocet, quasi *Nasitortium*, à tortum. Plinius l. 10. c. 8.

Narthecium, ναρθήκιον: vasculum aut capsula ἀπὸ τοῦ νάρθηκος. Ideo Hesiodus, σὺν καλῷ νάρθηκι. Cicero: medicamenta illa tanquam de narthecio promant. Glossar. Ferula, νάρθηξ.

Narica est genus piscis minuti, in Festo: aut emendatius, *Narita*, ναρίτης, *Nerites* apud Aristotelem.

Nassa quâ capiuntur, aut potiùs decipiuntur pisces. Ab Heb. נָשָׁא i. e. seduxit, decepit, conjecit aliquem in nassam. Nomen est נְשָׁאָה i. e. nassa, seductio, illaqueatio, reticulum.

Nauci, putamina nucis, aut omnium rerum. Cicero: Non habeo nauci, id est, non facio flocci. Propriè est res nihili; & quidem cum aliquâ asseverationis: ναὶ ἐχί. ut colligitur è Festo. A *nauci* est *Nacca*, ut nonnemini videtur. Veriùs à νάκη, νάκος, τὸ *Nacca* apud poëtas. Nam *Naccæ* fullones sunt, ut Festus annotat.

Persius

- - Ad morem discincti vivere naccæ.

Ab ijs, qui Nactæ legunt, aliquid causæ meritò postulatur.

Nausea, ναυτία & Jonicè ναυσίη, est quando ex halitu ma-

marino, & motu navis ambiguo ventriculus, præsertim non assueti, ad vomitum irritatur. Plaut. Amph. alludit: Lassus sum herclè è navi, ut vectus huc sum. Etiam nunc *nausea*. A ναῦς: Hebraicè אֳנִי. No, nato, νέω, νῶ, νήχομαι ab Heb. אָנַח. A nando fit *Natrix*: sicut *hydrus*, ὕδρος i. e. coluber aquaticus: ab ὕδωρ. *Natinatio*, *natinare* id est, negotiari, Isidorus. Vel *Natinare* est more natantium semper in negotijs fluctuare, ut Jos. Scaliger elegantissimè declarat. Nec tàm priscum verbum est (inquit) quàm prisca verbi forma, *natare*, *natinare*. Vt *iter itiner*: *jecur jecinur*: *prodeunt*, *prodinunt*. *Navigo* id est, navim agito: sicut *indago* pro indagito. *Nauta*, ναύτης: pòst interjecto I *Navita*, & Græcè ναυάτης. *Nauta* enim primùm fuit, æstimat J. C. Scal. c. 19. L. L. *Naulum*, ναῦλον, quod pro navigatione loco precij solvitur. *Naufragium*, quando navis frangitur, apud Comicum. *Navarchus*, ναύαρχος i. e. præfectus navi, seu princeps. ἀρχὴ principium. *Nauclerus*, ναύκληρος i. e. dominus navis, κλῆρος: unde *Clerus*, *Clericus*: κληρικὸς, κλήρατος. *Cleropeplum*

i. e. singulare ornamentum ordinis Clerici: quod nunc corruptissimè *Liropipium*. *Peplum* & *Peplus* ex Græco πέπλος: at κλῆρος ab גּוֹרָל, dijectis aliquantulum literis, id est, sors, clerus.

Nectar, νέκταρ: immortalium potus, quasi ἄτερ νεκύων. Ovidius:

Protenus imbutum cœlesti nectare corpus.

Et Homerus de deâ:

- κέρασε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν.

Item Hesiodus:

Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε πάσῃ θεοὶ αὐτοὶ ἔδωσι.

Inde etiam Lat. Ambrosia. Vbi quid ὑπακούεται.

Nemus νέμος, i. e. locus arboribus bene consitus & gramine vestitus. νέμειν pascere est. *Numidia* à pascuorum ubertate. Plinius lib. 5. *Nomades*, nunc *Numidæ*. *O* in *V*. *Eremus* ἔρημος, ἐρημία: *Eremita*, ἐρημίτης id est, qui loca deserta inhabitat: suppeditatur à matre linguarum. חָרַם i. e. desolatio. Vnde *Hermo* חֶרְמוֹן. Radix est חָרַם i. e. desolavit, in desolationem & desertum redegit.

Nenia

Nenia. Tullius 2. de leg. Honoratorum virorum laudes in concione memorantor, easq; etiam ad cantus ad tibicinem prosequuntor; cui nomen *neniæ*: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. J. C. Scal. l. 1. poët. c. 50. Idem carmen etiam νήνιον vocârunt, i. e. extremum, & νηνίεμαι eadem ratione. Quare non rectè per diphthongum scribunt. Sic tibiam, quæ in funeribus adhibebatur, vocavit Pratinas Phliasius νηνιόνην. Jovianus Pontanus neniæ vocem traduxit ad nutricias cantilenas: propterea quòd vulgus nostras *Bellas*, alijs locis in Italiâ nutrices *Nenas* dicunt: ut opinor, à cantiunculis, quæ sint similes cantibus præficarum. Et paulò pòst: quæ ad rogum dicerentur, erant *Neniæ*. νέω, seu νάω, est acervum extruo. Patrissat filius Josephus in Conject. *Nugæ* etiam erant propriè, quæ canebantur in mortuorum laudem. Plautus, hæ sunt non nugæ: non enim mortualia. Etiam origo id declarat. Nam nugæ Hebraicum, & Syriacum vocabulum, id sonat mœrorem: sicut nenia planctum eâdem linguâ. In Plauto nugæ & mortualia vocantur carmina præficarum. Idem de translatione neniæ ad cantiunculas nutricum, in Auson: *Lallus* est (inquit) καταβωκαλισμὸς (*Baucis* enim nomen in re futili) id est, nenia nutricum, qua pueris inducunt somnos, subinde hoc repetendo, *Lalla*, *lalla*. Vnde *lallare* pueri dicebantur, cùm hâc cantiunculâ somno declinant oculos: Græcè καταβωκαλίζειν. Dicunt, & Italæ, & Aquitanæ mammæ seu nutrices pro eodem *Nina*, *Nina*. Quod & Græcos factitâsse indicio est *nenia* illa, quæ inde vocabatur νήνιον. Hæc ille. Hebræis נִי est lamentum, נָהִי planctus, à Rad. נָהָה, planxit, lamentatus est.

Nepenthes à νὴ & πένθος, quasi ἄλυπον vel ἀπενθὲς dicas, Homer.

Nepos, νήπιος. Jos. Scalig. in Conj: Pes quodvis fundamentum. Hinc puto *Nepotes* dictos. Est enim vocabulum Græcum νέποδες, *nepotes*: quod τὰς ipse i. e. fundamentum generis, non essent, sed tantum ἀπόγονοι. Theocritus enim & Apollonius usurpârunt νέποδας pro nepotibus, ἀντὶ τῶν ἀπογόνων.

Quod

Quod & Festus annotârat, ut cognoscimus ex ejus reliquijs, in quibus etiam apparet citâsse Callimachi autoritatem.

Neptunus. Cicero lib. 2. de nat. deo: Nomen productum, ut Portunus à portu: Sic Neptunus à nando: paulùm primis literis immutatis. Abnuit J.C. Scal. lib. 1. de plan. Neptuno (inquit) à lotione attributum est nomen. Id enim facit in ipso νίπτειν: quod in Acheloo (hoc omnes aquas Græci nominabant) λούειν. Ne vos fallat eorum autoritas atq; abducat à veritate, qui à nando, *Neptunum*, sanè quàm populariter deducebant. Sed ut à *Verto vertumnus*: à *portu Portumnus*: sic à νίπτω *Neptunus*.

Nervus, νεῦρον. Agellius l. 13. c. 21. *Nerio* Sabinum verbum est, eoq; significatur virtus, & fortitudo. Itaque è Claudijs, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregiâ atq; præstanti fortitudine, *Nero* appellatus est. Sabini id à Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νεῦρα dicunt. Glossar. *Nero* ἀνδρεῖος.

Nex, neco, quasi νεκῶ, νεκέω. νεκρὸς mortuus à νεκρητικῷ & κῆρ. Ab eodem oritur *Noceo*, quasi νεκύω (Hebr. נָזַק i.e. noxa) & habet in se emphasin peculiarem. Inde *noxa*: ut à *neco*, *nex*. *Innocens* dicitur, non qui nocet leviter, sed qui nihil nocet: 5. Tus. *Necia* à *nece*, quâ residunt mortui, 2. de Leg. *Denicales* feriæ, cum propter mortuum familia purgabatur, à νέκυς Festus. *Niger*, νεκρὸς: mortui namque atri. Scal. Ex. 325. s. 10.

Et Lucretius:

Omnia suffundens mortis nigrore - - -

Pernicies à pernecando, *perniciosus*: cujus æmulatione quidam scriptitant *Enico*. *Internecio*, *internecivum* bellum, quod utrumq; bellatorem necat.

Nidus, à pullis avium dicitur; tanquam à fine, quo congerunt aves, & sibi κατάλυσιν construunt νεοσὸς, νοσσὸς, νεοττὸς, νοττὸς est pullus.

Virgil.

dulcem nidis *immitibus* e- *scam*,

Hoc est, pullis. νεοσσιὰ, νοσσιὰ νεοττιὰ, νοττιὰ est nidus, à νεοττὸς, quod à νέω. Hebræis est קֵן i.e. nidus: à קָנַן i.e. nidificavit.

Nihil curtatum è *Nihilo*: sicut *famul* è famulo. *Nihilum*, *ne hilum*. Vt *perhilum* à per & hilum, in Lucretio. *Hilum* est, quod grano fabæ adhæret, Fest. Lucil. Cic. In antiquiss. idiomate est אַלִּיל i.e. nihilum. *Homo nihili* dicitur, homo nullius precij ut sit obliquus.

Nilus, νεῖλος à limò, quem facit. Is ἰλὺς Græcis. Cumque sit aquâ ejus colore nigra, dictus est etiam *Melas*: & mox *Melon* Ennio, Ausonio, alijs. Idq; etymon Festus & Servius agnoverunt. Æthiopum lingua dictus est *Siris* & *Triton*, ut scribit Plinius.

Nimpha, νύμφη. J. C. Scalig. c. 28. & 41. de L.L. N mutatur in L. Nam quinquagenarij numeri nota fuit Græcis *N*. nobis *L*. Sic quoq; illi *Nymphas*: non *Limphas*. Et apud Virgilium sic legére quidam: Dant manibus famuli *Nimphas*. Nec dissentit Festus: *limphæ* (inquit) à nimphis. Nec ratio contemnenda: quia præsident aquis, inibiq; habitant. *Limfa* placet nonnullis: quomodo *profanum*, *famal* licet in Græco sit φ. A *limfa* est *limpidus*: à puritate undæ, quæ propria est numinum, puta, nimpharum.

Nitor i.e. splendor, à νίπτω: lota enim nitent. J. C. Scal. l. 1. de plan.

Nitrum, νίτρον. Non à *Nitriâ* Aegypti regione, ut Isidorus tradit. Sed hæc ab illo. Scilicet ab Hebræo נָתָר i.e. nitrum: quia cum impetu circumsiliat. A Radice נָתַר i.e. transsilijt, subsilijt. A Jul. Scaligero facta vox est, *Anthracorhejosaleñitrum*, quæ πὸ ὐλικὸ pulveris pyrij, ut vocamus, notat; ἄνθραξ, θεῖον, sal, ὕλη, νίτρον.

Nix J.C. Scal. c. 25. L.L. *X* in *V* consonantem æquè malè mutari arbitrantur, in câ voce *Nix*, *nivis*: Verùm νίφω, & νίφετὸς, παρὰ τὸ νίπτω: unde etiam nostrum *Neptunus*: non, ut Cicero prodidit, à *nando*. Inde nostrum *ninguo*, *ninguidus* & *ninguis* in Recto: & *Nivis*, concisum: & aliud concisum, Nix; mutato G in C, & concreto cum sibilo in X: in obliquis autem mansit prisca vox. *Nix* Græcis est χιών: unde Insula *Chius* nomen accepit.

Nodus, ab Heb. עָנַד. nodum fecit, adstrinxit, ligavit.

Propertius:

Me licet æratis adstringant brachia nodis.

Enodis .i. sine nodo: non verò

ennodis, quasi ab ἐν fit: nec *anodus*. Sunt enim barbara.

Non, νὴ, μὴ & οὐ. Aut Non, à רָאַ. ut *nimpha*, *limpha*. Item μὴ ab Heb. אַם per inversionem. Prisci, ut Lucilius, Varro, Festus, *Nenum* pro *Non*. *Nec* mutila est: *Neq;* integra. Est autem *Neq;*, *Et non*. J. C. Scal. c. 173. L. L. Integra est *NE*. νήποδες enim dicti sunt à Græcis pisces, ut apud Oppianum: unde etiam nostra *Nepa*: pedibus enim minimè valet. *Quin* ex *Qui* & *Ne*. Integro Terentius utitur in And. Ego id agam, mihi *qui ne* detur. *Vti* est mutata, ὅπ: sicut ἔπ, *Et*. ἔπ ab עוֹד i. e. adhuc, ultrà. Aut *Et*, à τε per conversionem ωq, ὥστε. Vltimò τε, *Et*, ab Heb. אֵת, quæ est particula congregandi. *Etiam*, ab *Et* & *Jam*. *Que* à κὴ, adjecto diphthongi sono, quemadmodum δὲ δαὶ: κὴ κὲ. *Si* fuit εἰ, addito sibilo: à quâ ducta est *sic*. Fuit enim *sice*, sicuti *Nece*. *Neo*. ἄικα ἄικεν pro ἔικει, ab Heb. אֵיכָה, quod idem *sive*, εἴτε: de quo J. C. Scalig. c. 170 L. L. subdisiunctivæ ortæ sunt, à conditionali, quę etiam impossibile admittit

Sic: *si* tu homo sis, *si*, *ve* equus, *si*, *ve* lapis: necesse est corpore præditus fueris. Sic enim usus est Terentius. *Ad* simpliciter ab Heb. עַד quod idem significat. *At* ab ἀπὸ, per abscisionem.

Nonæ. Macrob. l. 1. Sat. c. 15. quidam *Nonas* existimant dictas, quasi *novæ* initium observationis: vel quòd ab eo die semper ad Idus *novem* dies putentur. Sicut apud Tuscos *Nonæ* plures habebātur: quòd hi nono quoq; die regem suum salutabant, & de propriis negotijs consulebant. Idem c. 16. Rutilius scribit, Romanos instituisse *nundinas*, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: *nono* autem *die*, intermisso rure, ad mercatum, legesq; accipiendas Romam venirent. *Nonus*, primum *Novenus*: ut decimus, denus. *Nonaria* i. e. meritrix, Persio Sat. 1. Vel ab horâ *nonâ*, quâ Veneri litabat. Vel, à *Nonis*, quas olim inter dies ater os ponebāt. Illud v. rectius.

Nóos contractè νόος, νοέω, νοῦς. Ex νοῶ fit νοίσκω per Synæresin γνώσκω: unde Lat. *Nosco*. Heb. נָדַע novit, notitiam habuit. Et עָנַח, animo movit. A

γνώσκω adjecto, V, æolico, fit γνώσκω. Sicut Latinis *gnosco*, *dignosco*, *gnobilis*. A γνώσκω per ἀναδίπλωσιν est γιγνώσκω. *Notionem* inquit Cic. in Top. appello, quod Græci tùm ἔννοιαν, tùm πρόληψιν. Ea est insita, & antè percepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens. Obiter ἔννοιας & προλήψεις vocant etiam Græci σπινθῆρας, ζώπυρα: Latini ignículos, scintillas. Nempe è Stoicorum sensu; quibus animus noster ignis: nec tamen solus, sed cum Spiritu. Cicero: Zenoni Stoico animus ignis videtur. Zeno & Posidonius in Laërtio: πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχὴν. Nec abest ratio: non illis, sed nobis nota. Quia anima nostra ab igne illo aut Luce æternâ i. e. Deo: & ejus quidem imago, olim luculenta: nunc scintillulæ superstites sunt. Sed ad reliqua. Cicero epist. ad Hir. *Nobilitas* nihil aliud est, quàm cognita virtus. A *nosco*. Vt à motum, mobilis: sic à *notum nobilis* i. e. notus: ignobilis i. e. ignotus. Plaut. peregrina facies, atq; ignobilis. *Norma* Latinis est, quod Græcis γνώμων, ait J. C. Scal. in The. de pl. dimēsiones additæ duobus Quadrati lateribus, quibꝰ

prioris spatij quantitas augeatur, non mutatâ figurâ. Id etiam triangulo apponi potest. Ejus proportionis vicem quoq; gerat circulus major, minorem circumscribēs. Vox autem Latina hæc etiam nunc refert vestigia Græca, quasi γνώεμα. Sic etiam *norum* dicimus, Græcum γνωτὸν. Ratio vocis est, quia regula est angulorum rectorum: quæ iccirco *sequadra* dicitur. *Enorme* ergo significat, quod egreditur è legibus rationis: & respondet vocabulo, ἀνώμαλον, seu inæquabile. *Ignarus*, unde & *ignoro*: à *gnarus*, γνώεμος. Apud Plautum, Ausonium, Arnobium, *Gnarures* legitur, pro gnari: *gnaruro* γνωείζω. Et antiquitus *gnaro*, nunc *narro*. *Gnarigo* & *dignorare* apud Festum. Glossar. *Gnarurat*, γνωείζει. *Ignarures*, ἀγνοοῦντες. A *nomine* est *ignominia*. *Nomenclator* non en calator, quasi *calator nominis*, à καλέω. *Binomius* cui geminum nomen, Festus. *Nomen* q. *novimen*, aut à notu, *nomen*, ut momen à motu, stramen à stratu. L. C. Scal. c. 76. L. L. In ipsâ (inquit) appellatione comprehensa est vis quædam actionis: q. ipsum esset causa quædam notionis.

Nam ut à moveo, movi, motum, movimen, momen: sic à nosco, novi, notum, novimē, *nomen*. Est enim imago quædam, quâ quid noscitur: instrumentum quasi quoddam cognitionis. Ac veteres quidem rectam viam institerunt, cùm dicerent, quasi *notamen*. Verùm minus rectè bonam sententiam explicârunt. *Notatum* enim posterius est, quàm notum: sic notamē, quàm nomen: ut è contrario ab hoc illud potius sit. Fuit prius *Noo*, à quo *nosco*. Multo minus audiendi sunt, qui à Græco ὄνομα, quod παρὰ τὸ νέμειν, sicut & νόμος, deduxere: quoniàm quo pacto lex suum cuiq; tribuit: ita & nomen suam cuiq; imaginem rerum reddit. Neq; enim rectè deductum intelligas ex ipsâ, quam temere auferunt, vocali: Sed ὄνομα rei ut titulus fuit, à *juvando*: quasi ὀνέομαι: cujus usu rem agnoscerес. Idem c. 92: *Nomen* est familiæ nota. *Prænomen*, proprium cujusq;. *Cognomen*, quod eventu accessit. *Agnomen*, quod eventus accessionem notat.

Nosocomium, vel potius *Nosocomeum*, νοσοκομεῖον à κομέω & νόσος: quorum hoc stirpis Heb. נָוַשׁ i. e. ægrotavit, infirmus fuit, אֱנוֹשׁ i. e. morbo

desperato laboravit. *Morbum*, quem Stoici totius corporis corruptionem 4. Tusc. hyperbolicè appellant. J. C. Scalig. in Theo: de plant. à μείρομαι eleganter facit. *Morbi* (inquit) & mortis idem etymon μόρος βίᾳ. Vt enim morbus via ad mortem; ita mors est animæ discessus à corpore. 1. Tusc: θάνατος ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. Idem Scal. Ex. 352. s. 1. separatio mors dicitur, à *fato*, Græcâ voce, μόρος, μοῖρα. Antiquis *abitio* idem, quod mors erat: sicut hodie *obijt*, *obitus*. Ad plures *abijt* i. e. mortuus est: ἐις πλείονας: quia plus mortuorum, quam superstitum. Quod *morior* in Indicat. prim. pers. præs. temp. non verè dicatur ab ullo, aut dici possit, eruditè disputat idem Scalig. c. 113. L. L. usui magis, quàm rationi concessum est, cum dicimus Morior. Nā mors tempotis momēto præscribitur. Antequam pronunciētur totum verbum, præterierit res, de quâ loquimur. Sic enim personis deficiuntur. Quis enim puncto illo temporis loquatur aut dicat? Morior. Hujus familiæ sunt alia etiam verba complura, ut nascor, dormio, ædifico, saturo, generor &c.

Quæ

Quæ poëtis præcipuè conceduntur, quando personas introducunt, aut alia, fingunt; que de se loqui aliquid. A *morior* est *mortalis*. J. C. Scal. c. 98. L. L. *Mortalis* eadem ratione dicitur, qui morte affectus est. Nam quòd ad aptitudinem translatum sit, hoc usus occupavit. Cæterùm de mortuo primum sic sunt locuti, *Mortalis fuit*. Deinde etiam cùm ad viventes respicerent, propterea quòd essent ejusdem naturæ, eosdem quoque Mortales vocavere. Porro cum Latino *Mors*, non exiguam habet cognationem Hebræ. מוֹת, mortuus est: מָוֶת mors: si hæc origo tibi placeat. μείρομαι autem vel μείρω potes habere ex Hebræ. מִיר, i. e. commutavit, dedit partem pro alia parte, divisit. Aut à מָרַח, i. e. partitus est, contrivit. A μείρω quoq; est, *mereo*, *meritum*: quod partium est, sive labores sive precium spectes. Heb. עָמַר, i. e. meruit. A meritum *meritrix*, non à mereri, *meretrix*. Foret enim media longa. Etiam *merces* à *mereo*, sententiâ Varronis. Item à μείρω, *mœror*.

Cic. 4. Tuscul. mœror est ægritudo flebilis. Meliùs J. C. Scalig. Exerc. 312. *mœror* est diuturna tristitia, quasi fatalis; hoc enim est μοῖρος. Interim non dissimulo, quod Hebræi sonent: ut מֹרָה. mœror, amaritudo. Item מָאַר, mœruit. Et הָמַר, i. e. mœruit.

Nothus, νόθος, i. e. quem vulgò patre ignoto natum appellant. *Spurius* est cujus pater ignoratur, atq; ut Lucretius loquitur, *volgivaga* Venere conceptus. ἀπὸ τῆς σπορᾶς: à parte matris pudendâ: nam & segetem, & prolem, & partem in fœmellis, quæ honestè nominari non potest, significat. Sicut σπόρος sationem, & locum, in quo aliquid seritur, notat: quâ de re Plutarchus, Isidorus, Apuleius consulatur. Verbum est σπείρω: σποράς, i. sparsus. *Spargo* non aliunde levi factâ immutatione. Ab Heb. פָּזַר sparsit. Sicut etiam

Sperno, σπείρω, σπέρνω: ut σπείρω πέρνω. *Sperma*, σπέρμα. *Spartum*, σπάρτον. *Spartum* est crassius filum, quo suimus calceos. Indicat lib. 5. Athenæus putria calceorum spatia

accensens : unde & *fartiaria* dicetur cera.

Notus, νότος. Agell. lib. 2. cap 22. ab humiditate, quæ νοτὶς apud Græcos. Ovid:

Alba procellosos vela referre notos.

Et alibi vocat nubiferos.

Horat:

Jonius udo cùm remugiens sinus noto carinam ruperit.

Novo, νέω : *novus*, νέος. A novo, novatum est *novitius*. Vt impetratum impetritium : negabundus negibundus : sic dicebatur *novatum*, *novitum* : ex quo *novititus*, secundâ longâ. Etiam Juven:

Jam sedet in ripâ tetrumq́ novitius horret :

Novacula, à novâ acie. *De nuo*, de novo. Plaut. Mil: de nuo volo percipiatis planè. In antiquissimâ linguâ reperitur נין, i. e. suboleſcebat, innovatus est ætate, propriè dicitur de prole recens editâ, quæ adhuc nova est. Vnde νάνος, *nanus*. Ex quo colligere est, quòd eleganter Græci nominent νέον, juvenem sive adoleſcentem. Sed & νεαρὸς, item νεώτερος respondent נַעַר Hebræorum. *Neotericus*, verbum novum est : νεωτέρως,

i. e. novè ; νεωτερισὴς novorum studioſus.

Noverca quasi νέα & ἔχειν. Tùm enim nova œconomiæ gubernatio incipit. Vel ab *herciſco*, i. e. divido, interſepio. Hoc est *novæ familiæ diviſio*. ἑρκίζειν, ab ἕρκος. Itaq; non ſequuntur rationem qui Erciſcoſcribūt. *Erctum citum*, apud Feſt: Vel ſanius: *herctum citum*, i. e. hæreditas diviſa. Donatus apud Servium : *Erctum non citum*, i. e. patrimonium non diviſum : ab *herciſco* & *cieo*.

Nox, νὺξ *Noctiurnus* apud Plautum, & Varronem, noctis Deus. Est & *noctiurnus* veſper, qui noctem ducit, Luciferoque opponitur à Statio 6. Theb. Appellatur à Catullo *Noctiſer*. Turnebus lib. 24. c. 27. *Noctiluca*, quæ *lucet noctu*. Joſ. Scalig. Con: *Noctiluca*, Horatius eandem cum Junâ facit : Rite creſcentem face *noctiluca*. Levinus verò vetuſtiſsimus autor, videtur eam Venerem nominare : Venerem igitur almam adorans, ſive fœmina, ſive mas est, ita uti alma noctiluca est. Quare ab eadem ratione dicitur *noctivigila* à Plauto, i. e. νυκτιλαμπὴς.

Dici-

Dicitur etiam hoc nomine *Lucerna*. Varro Bimarco : *noctilucam* tollo, ad focum fero, inflo, anima reviviſcit. *Noctua* à nocte: ſicut νυκτερὶς. Hujus ſonum (à quo ſanè τυτὼ etiam dicta videtur apud Heſychium monente Theod. Sibero) exprimit Plautus Menæ: act. 4. ſc. 2. vin' afferri noctuam, quæ *Tu Tu* uſq; dicat Tibi ? Taubmanus : alludit ad vocem noctuæ *Tu*, *Tu*, ſeu *Tou*, *Tou*. Sonat autem noctua uberius hoc germanum, non exilius illud Gallicum. De quo legatur Lipſius c. 10. de rect. pronun. Noctuinum hunc gemitum reſpexit etiam Auſonius :

Cecropijs ignota ſonis ferale ſonant V.

Numerus J. C. Scalig. lib. 4. poët. c. 44. ἀριθμὸς id ſignificat, quod deſignat diſcretam quantitatem. Numerum Latini duxerūt à diſtributione : hoc enim est νέμειν, μέρος. Vnde & νόμος. Nemeſis, νέμεσις & νέμησις. *Numerò*, id est, citò, apud Plaut: hoc est tam citò, quàm numeres: quod fit facilè & celeriter.

Numerus, M non geminandum esſe innuit origo. Nempè à νόμος, νέμω : ſicut ὄνομα, ἄνομα : μόνος μένω. Nomiſma, νόμισμα. Vtitur illa voce Epicharmo, Ariſtoteles, alij. Nec tamen Latina est, ut voluere. Cur numus nomiſma à Græco νόμος, docet Ariſtoteles lib. 5. Ethic. c. 8. γινώσκουσί πως μέτρον· πάντα γὰρ μετρεῖ. Idem : ἀφ' ὧν τὸ νόμισμα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστί. Etiam Joſephus Scaliger Græcum eſſe confirmat in Conjectan: qui etiam ineptè Sueton: Tranquillum, à *Numa numos* appellatos ſcribere, pronunciat. *Numella* est genus vinculi nominatum à forma numorum, quos articuli ſive ligamenta mutuò juncta repræſentarēt : ſicut hoc tempore idem quoque interdum conſpicamur. Turnebus igitur, dum aliunde expiſcatur origo, exiguam fidem meretur : vinculi (inquit) genus est ligneum, quo collum inſertum comprehendebatur. Nomen habere videtur inde, quòd qui eo vinculo conſtricti erant, *nuere*, demiſſoque capite esſe cogebantur. *Numellam*, igitur quaſi *nuellam*, cum M inſerto, intelligo, à *nuo* : ut *luellam* à *luo*.

Nunc, νῦν, νῦνα: Atticis νυνί. *Per*, σὺν, quod significat *circum*. Quod autem continet, id majus est, quàm contentum. Itaque *perbonus* est, ὁ περίχων τὸ ἀγαθόν. J.C. Scalig. c. 157. L.L. Idem: *apud* fuit ad pedes: itaque *Ad* & *Apud*, proximâ sunt & significatione & usu. *Ad* Leccam vellem cœnare, ut sit etiam *prægnas* oratio: *Ad Leccam* cogitare cœnandi causâ. Sed *Ad* accipitur pro qualicunque termino, etiam hostili: πρὸς κολώτην. *Post* significat relationem: quod enim *Post*, habet aliquid ante. Est autem *post*, *pone* est.

Nuncius, Aliqui scribunt *Nuntius*, item, *Nunctius*: sicut *Quinctius*. Sed parùm videtur esse opus: cum aliud suadeat, & ἐυφωνία, & origo: quarum hanc largitur nobis Jos. Scalig. ex Varr. in Con: *Nuncius* planè Syracusana vox. Vt ab ἐν ἰνὸς, ἐγχία, *uncia*: Sic à νίφω, νάγχιφ, Siculi declinârunt. Latinè *Nuncius*, scilicet quia nova portat. *Nuncius*, etiam pro ἀγγελία: vel pro re nunciatâ, è Festo notum, & alijs, qui ita usi. Cicero: tristes de Bruto nuncij afferebantur. Plautus Aul: Spero me ob hunc nuncium, &c. Idem Merc: optatò ob isthunc nuncium. Idem Stich: nuncium exoptabilẽ; Et hujus generis alia, in medio posita sunt. Sed ánne etiam hoc *nuncij* dicitur? Valla abnuit lib. 6. cap. 15: & juxtà alij. Exempla è Cicerone petita in hanc rem, sunt ἀμφίλεκτα. Tam pro masculino, quàm neutro faciunt.

Tibullus:

Divi vera monent; ventura nuncia sortis.

Catullus:

Geminas deorum ad aures nova nuncia referens.

At neque ista omnibus probata. Et quomodo Scaliger emendârit, nemini incognitum. At nuncius tamen Adjectivum. Nuncia vetustatis historia, Cicero. Ergo dum nuncius est ἀγγελία, subintelligendum aliquid, vel sermo, vel aliud. Ita pro eodem nuncium: scilicet verbum, vel novum, vel simile. Atque ejus sunt generis neutra Adjectivorum pluria: factum, dictum, monitum, cõmodum, mutuum, stratum, septum, alia. Et sic fortè nuncium. Fortè inquam. Verè, si exemplum nobis sit: de quo nihil dubij amplius.

Nuo, *Annuo*, *abnuo* & apud Ennium *abnueo*, νεύω. Hebræis est נוּא vel נִיא i. e. renuit, abnuit. Et עַיִן est oculus, quo nuimus. Ab eo flectitur conniveo. Priscianus lib. 9. *Conniveo*, item *connivo* tertiæ conjug. Persius Sat. 6.

Ne nisi connives *oleum*, *artocreas*, *& popello*

Largior, *&c.* Apud Cinnam:

Jam gravis ingenti connivere *pupula somno.*

A *nuo*, *nutum*, est *nutus*, *nuto*, *numen*: sicuti momen à motum: stramen à stratum: flamen à flatum; famen à fatum, unde affamen, ab affatum apud Juvenalem.

Nuptiæ: nova *nupta*: *connubium*, quod V perpetuò habet longum, non anceps, ut trivialibus persuasum. Nam si quæ συναλοιφάνεται in poëtis occurrit, per syllabarũ contractionem, excusetur, ut in *pariete*. Virgilius ubique produxit; etiam in illo versu: 7. Æneid.

Talia connubia, & tales celebrent hymeneos.

Nicolaus Erythræus per systolen excusat; sed nihil opus. Ponitur, ut *arietat*, *parietis*: syllabarum numero minuto, ut dictum. Antiquitus verò operiebatur virgini sponsæ caput, atque caput. Vnde ab *obnubendo Nuptiæ* dictæ. Id est, velando. Igitur melius dicitur: *Virgo nupta* est illi, quàm, *nupsit*. Vtrumque bene dictum, & è magnis autoribus: *Nupta* est, & *nupsit*. Sed illud etiam ratio tuetur. Virgo enim velabatur alteri, non velabat alium. Quod etiam Germani loquendo imitantur. Plautus Amph: Qui cum nupta est Alcumena. Idem Mil. Glor: quia adolescens nupta est cum scne. Id velum dicitur à Græcis ἑανὸς ab ἕω, id est, induo, Id est, peplum subtile aut tenue. Item καλύπτρα. A Latinis *Flameum*. Alijs quasi filamen; alijs verò propterea quod lutei esset coloris; ut ne pudor virginis proderetur: aut si quid animadverteretur in facie ruboris, is è velo color, non è genis putaretur. *Verba nupta*, id est, tecta, quæ virginem dicere non licebat. *Nubo*, id est, operio propriè. Ab Hebræo חָנַף, id est, nuptus aut velatus fuit. A *nubo nubes*: ut à facio facies: à specio species: à scabo scabies. Nam *nubes*

perpetuum operimentum. *Nubes*, νέφος. A νεφεληκὸς & φάος: quia intercipit quodammodo, & tegit lucem, aut solem. Plutarchus confirmat de Frig: νέφος ὁ συμπεσὼν καὶ πυκνωθεὶς ἀὴρ, ὑπὸ ψυχρότητος φωτὸς κέκληται. Aut ab Heb. ut dictum. *Nebula*, νεφέλη Hebr. אָפַל, caliginosus fuit, nebulosus. אֹפֶל i.e. caligo, nebula. *Nebulo*, ut tenebrio: qua ratione etiam *furem* à furvo ducebant. Aut *ne obulo* dignus, homo nihili. Prius tamen magis κατ' ἀναλογίαν: sed & usum.

Nutrix: ut ab altum altrix, à victum victrix, ab expulsum expultrix: sic à *nutritum*, *nutritrix*. Postea ἀδυφωνίας ἕνεκα, *Nutrix*. *Nutrio*, interprete Prisciano, est educo. Propriè verò est τὰς νέους, ἢ νεοττοὺς curo, alo, educo. Igitur dictum, quasi *Neotrio*. A νεοττὸς formetur νεοττία; sed Græcorum sanctiones vix patientur. Aliàs νεοττεύω vulgatum satis. Et νεοτροφέω, νεοποτροφέω est pullos alo.

Nux alij à nocendo, quasi noxa: quomodo Græcum κάρυα, à καρόω, aut à κάρη, seu κάρη, à gravedine capitis, quam afferunt folia arboris. Est autem vox Syriaca *Lux*. L in N abijt, ut limpha, nimpha. Heb. לוּז, i.e. nux, corilus: à Rad. לוּז, id est, flexit.

O

Obrizum, *obrisum*, & *obrussum*: unde *russus* color. ὄβρυζον. Leviter putant dici, quasi ἄβρυζον, i.e. sincerum & perpurgatum. Ἀληθινῶς Hieronymus in Hieremiam retur appellari, quasi *opbirisum*: quia ex Insula *Ophir* præstantissimum aurum advehatur. עוֹפִיר est proprium nomen filij *Jetian*, ex posteritate Sem, qui post divisionem terræ nactus est regionem Indiæ, ubi uberes fodinæ. Pòst illa terra possessoris nomen sortita, ut meminit Josephus. De Ciceronis *obrussa* disputant. Alij legunt *obtrusa*; alij *abstrusa*: alij *obrusa* & *obrussa*. Quod probissimum. Priora enim levia per se cadunt. Obrussa id est, regula, ut mihi videtur, sive norma ex auro, aut trutina auraria. Tale quid subintelligatur: ut apud Græcos, ὄβρυζον: ὑδατικὸν ἕστιν χρυσίον. Hinc Politianus epist. lib. 6. ad Philip. Beroaldum; exigere scripta ad obrussam. Nizolio *obrussa* est sincera, purgatáve. Ciceronis verba sunt: Quomodo expurgandus est sermo, & adhibenda, quasi *obrussa*, ratio. Calij non bene legunt: *quam obrusa* oratio) quæ mutari nō potest: nec utendum pravissimâ consuetudinis regulâ. Quasi *obrussa*, id est, regula aut mensura, quæ non fallit aut mutatur.

Obscæni duplicem faciunt significatum Grammatici, ut & immundum, & infaustum sit. Atqui perperàm. Nam exempla omnia, quæ subjiciunt, modò de immunditie loquuntur. *Obscæni* canes: volucres *obscænæ*, Virg: id est, inauspicatæ, ut volunt: sed non rectè, potiùs immundæ, quæ *contactu omnia fœdant*: ut postea sequitur. *Cœnum* παρὰ τὸ κοινὸν: κοινὸν, quod inter alia est immumdum quoque. A κοινεῖν seu κοῖνεν est & *cunire* apud Festum: *quinare*, quod in cõpositis modò servatur, *inquinare*. Pro *cœnum* dixerunt Sabini *scœnum*: ut *scælum* pro cœlum. *Scœna* pro cœna: inde *obscœnum* ab OB, id est, cœno, inquinatum, impurum.

Obses Valla lib. 6. c. 32. qui traditur imperio alterius eâ conditione, ut si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit jus in corpus & vitam obsidis. Ab *ob* & *sedeo*: quia & solvendæ obsidioni dari consueverat. Sicut inde *desses*, *reses*, & complura alia *Insidiæ* ab insidendis vijs & locis. *Dissidium*, ubi distinctæ sedes. Propriè corporum notat separationem. Cicero pro domo suâ: Deflere conjugis miseræ *dissidium*. Gifanius JCtus *dissidium* animi esse ait: *discidium* corporis. At nihil probat. Non enim quod sedet animus est, sed corpus. Ergo utrumq; infert corporis sejunctionem. Et quidem illud levius: istud gravius. Nam discindi majus est quàm dissidere. Illud enim violentiæ: hoc etiam voluntatis. *Obsidio* usitatum: κατ' ἀναλογίαν obsidium in Salustium.

Possidco

Posßideo, quasi *potis* aut *porrò sedeo*: notat perpetuitatem. *Assiduus*, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi *considisse* videtur, ait Festus. Et Plaut: Truc. act. 2. sc. 4. Postidea ego tota tecum mea voluptas, usque ero Assiduo &c. *Locuples* appellatur ita apud eundem & Ælium referente Cicerone in Top. non ab *ære dando*: sed quia perpetuò divitijs incubet & *assideat*, more Euclionis. Scio Sosipater repugnat, & alij, qui malunt, ab *assibus duendis*; antiquè pro dandis. Sed desit analogia, quæ nobis patrocinatur, ut & consensus autorum. Vt enim residuus à resideo: desiduus in Glossar: Ita assiduus ab assideo. Glossar. *Assidue* συνεχῶς, ἐνδελεχῶς. Assidelæ vocantur mensæ, ad quas sedentes flamines sacra faciunt. *Adsestrix* fœmina apud Afran: & Nonium: sicut *estrix* ab edendo, esum in Plauto. *Sodalis* quasi *sedalis*: quia crebrò assidet: quod est amicorum. Vide Festum. J. C. Scalig. lib. 1. c. 29. de c. L. L. E longum in O breve, *sedes solium*: nisi hoc à *solum*, id est, ἐπίπεδον: quia subjiceretur insessori. A *sedeo* est & *sedile*, *sella* per

contractionem: alijs *sella* quasi *sedda*. Idem cap. 28. *Sesßiles* lactucæ, quarum natura est ad *sedendum*, postquam creverint. Vbi absoluta est significatio, non transitiva ad passionem, quasi quas sedere cogat natura: Idem cap. 28. *Sedes* ab ἕδος: ἕζομαι, id est, sedeo: ἕω, id est, loco. ἕδρα, ἐξέδρα, *exedra*: ἐνέδρα *Enedra*. *Synedrion*, συνέδριον, inde סַנְהֶדְרִין, id est, consessus, aut consistorium. πάρεδρος, *Paredrus* apud Ciceronem libro decimo sexto ad Tiron. Græcorum, ἕδρα, ἕδος, id est, sedes, fit ab Hebræo יָשַׁב, sedit. Nam qui vel à ἕδος vel à ἕζω faciunt, contraria jungunt.

Obulus, est ὀβολός. *Diobolaris* à διώβολον, id est, duo obuli, vel oboli. Τριώβολον, *Triobolum*. At *Obelus* fit à Græco ὀβελός, id est, veru, item mucro. *Obeliscus* ὀβελίσκος, deminutum ab obelus.

Occo, occatio (Scaliger in Th. de c. plan.) *occæcatio* quædam. Quia in occatione etiam magis aperitur terra: Gra-

Granum autem operitur i.e. occulitur, seu *occæcatur*. *Occillo* os, i.e. contundo, velut occâ, quod est instrumentum. Ita Pomponius: Nunquis hîc restat, qui nondum labeas lirârit mihi? Vt itaq; *lirare* os: ita etiam *occare* aut *occillare*, pari metaphorâ dicitur.

Occulo, ex OB, & *culo*, quod verbum amissum: id est, involvo, tego. *Culo*, κυλίω: unde & Latinorum *Volvo*. A volvo, volutum, *volumen* i.e. quod volvimus, aut ipsa interdum κύλισις. Item à volutatum, *volutabrum*: Vt à ventilatum ventilabrum. BRVM est λύξις. i. e. κύλισμα, in quo volutatur aliquid. Postea κατ' ἔδος pro luto, in quo sues volutantur. Quomodo in Hebræorum idiomate sumitur גַּלַל i.e. cœnum: scilicet à volvendo.

Oceanus, ὠκεανὸς, ab ὠκύς, i.e. celer, & τὸ νέω, i. e. fluere. Prisci eum appellârunt *patrem*: idq; ob humiditatem, & salsedinem, de quâ alibi. Aristot. 1. Metaph. annotavit, & Homer. Iliad. 14.

ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθύν.

Idem Iliados 21.

ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσι.

Quâ eâdem ratione ποσειδῶνα γαιήοχον Apollonius nominat. In Eurip. Oresto dicitur ταυρόκερως, quòd taurino sit capite, & propter boatum quasi. Item βαθυδίνης, quia è profundo moveatur. Ab ὠκὺς ὠκίων, est Latinorum *Osior*, *ocius*, comparat: ὠκίστως. Ab Heb. אוּץ aut חוּשׁ i.e. festinavit, properavit. *Ocimum*, ὤκιμον, quia celeriter crescat: vel quia celeriter alvum cieat. Varro, Plinius.

Oculus, quibusdam ab *occulendo*. Rectiùs ab ὀπίλλω, levi mutatiunculâ: quod dialecto Dorica est ὀφθαλμὸς. Varro l. 6: *coeles*, vel à *Cyclops*; aut quasi *Csoeles*, aut *Oeles*, qui unum habèret oculum. Plinius l. 11. c. 37. qui altero lumine orbi nascerentur, *Coelites* vocabantur: qui parvis utrisque, *ocellæ*. Ab *oculus* venustè fecit Comicus, *oculissimus*, i. e. charissimus, πολυφίλτατος. Oculi sunt indices amoris, aut duces. Et Græcè: ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν γίνεται τὸ ἐρᾶν. Etiam notæ phrases: *Esse in oculis*, *ferre in oculis*.

Græ-

Græcorum ὀφθαλμὸς ab ὄπλομαι ὤψ, ὠπός, oculus. ὀφθαλμία, *ophthalmia*, piscis ab oculorum magnitudine sic dictus. Plinius *oculatum* dicit lib. 32. Cl. Rittershusius *melanurum*: qui & μελανόγραμμος Aristoteli vocari annotat.

Odor, velut *osor*, ὀσμὴ, aut simpliciter ὀδμὴ. Aeoles pro ὀσμὴ etiam ὀδμὴ dicunt. ὄζειν est olere. *Aroma*, ἄρωμα: ab ἀρ particulâ intendendi, & ὄζω seu ὀδμὴ: quomodo à Suida exponitur, ἐυωδίαμα μυρεψικὸν.

Odio, vox desita, ab ὠθέω, ὤθω pello, detrudo. *Osum* unde *Osor*, exosus, perosus. Græcè ὦσις, ὠστὸς est pulsio. ὤω, odi. ab Heb. דָּחַח, impulit, cum impetu depulit, ex odio rejecit. Ita μισέω à מָאַס, rejecit, aut repudiavit ex odio.

Oestrum, οἶστρος. 3. Georg.

Est lucos Silari circum ilicibusq; virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est: Oestrum Graij verière vocantes.

Plinius vocat *Tabanum*.

Olea, ἐλαία: oleum ἔλαιον. Arbor ἀειθαλὴς & propterea Minervæ sacra.

Virgil.

Palladiâ gaudent silvâ vivacis olivæ.

Ovidius:

- - Semper frondentis olivæ.

Thymelæa θυμελαία, herba similis oleæ. *Petrelæon* & *petroleum*, quod è petris sive saxis manat.

Olim. Servius in 1. Aen. Olim tria tempora significat. Præteritum, ut

Olim arbos - -

Præsens, ut,

- Tumidis quod tunditur olim
Fluctibus.

Futurum,

Nunc olim quocunq; dabunt se tempore vires.

Hæc ille. Vereor, an per omnia verè. Ausim contrà affirmare: Olim de futuro & præterito saltim usurpari: & de utroq; proprie: nunquam de præsenti. Est ab Hebr. עוֹלָם, quod seculum, tempus continuum, aut longum. Idq; nunc futurum, nunc præteritum: quæ verba addita secernunt. Vt & apud Latinos. Olim promisi h.e. ante tempus jam elapsum. Olim veniet i. suo tempore, post illud seculum. Quod ad exemplum Servij:

- - Tunditur olim fluctibus

I.e. ante hoc tempus & in futurum tunditur. Vtrumq; enim potest intelligi. Verbum præsens more poetico ponitur.

Virgil:

- Tyrias olim quæ verteret arces.

Olim i. e. suo tempore. Non, ut Servius, nunc. עוֹלָם à Rad. עָלַם i. e. occultavit. Quia & præteritum & futurum nobis obscurum: magis tamen istud, quam illud. Inde עוֹלָם crebriùs de futuro.

Olla, & *aula*: ut lotum, lautum. Propriè est vas fictile, ex argillâ aut luto, quod facilè confringitur, aut corrumpitur. Ab Hebræo עָלִיל à Rad. עָלַל. In secundâ conjugatione עִלֵּל corrupit, destruxit. Vnde etiam Græcorum ὀλυμι, ὀλέω, ὀλετὴς & cætera.

Olor Vt *cygnus*, vel *cycnus*, à κύκνος: sic olor à Græco ὠδὸς: posito L pro δ, ut Vlysses ὀδυσεύς. Nimirum à cantu. Græci, κύκνειοι ᾄσματα. Quanquam eadem facilitate ab Heb. הָלַל id est, cecinit, laudavit. Et scribunt nonnulli, Holor. Sed dubitant de oloris cantu: & aliqui etiam prorsus negatum eunt. Quia rara aut nulla ejus vox deprehensa sit. Et allegant Plinium: Olorum morte narratur flebilis cantus: falsis, ut arbitror, aliquot experimentis. Sed non dicit, *omnibus*; sed *aliquot*. Et addit, *ut arbitror*. Plinius ergo hîc nihil patrocinatur. Nec sequitur: Plinius, Lucianus, alij nostro ævo non audiverunt cantantes cygnos. Igitur omnino non cantant. Adeant isti ripas cygnorum patrias, justo tempore observent, inprimis ubi aura zephyri suaviter afflat & terminus vitæ adest, haut dubie audient. Quanquam & in his oris audiantur. Hieronymus Cardanus libro 10. quamvis candidi tori sint, & inter omnes aves suavissimè occinant: vox tamen, ut sæpiùs audiens consideravi, anserina est.

Atq;

Atq; hoc genus avium tam laudatum, discerpit suos ac devorat, in morte verò dulce canit. Hæc ille ἀυτήκῳ. Sed prisci nobis adducendi; quibus cotidie avis ea in ore, in oculis, in auribus. Quàm illi verò hîc consentiunt! Anne ideo, ut posteros de compacto decipiant? Non credibile.

Homerus

- - Κύκνῳ ὑπὸ πλειόνων λίγ' ἀείδει.

Et alibi idem non semel.

Oppianus:

Κύκνοι μακιπόλοι ὑγόεν ὕστατον ἀείδοντες.

Apollonius:

Κύκνοι κινήσωσιν ἐὸν μέλῳ - -

Callimachus:

Θεὸν μέλποντες ἀοιδοί.

Eurípid:

μελῳδὸς ἠχὴ ἠχέτης.

Virgil:

- - *Argutos inter strepere anser olores.*

Et, certent & cygnis ululæ.

Et 7. Aen. modum exponit:

- - *longa canoros*
Dant per colla modos - -

Vbi Servius: Secundum Plinium, qui ait: Cygnos ideo suaviùs canere, quia colla longa & inflexa habent. Et necesse est eluctantem vocem per longum & flexuosum varias reddere modulationes.

Ovidius:

- - *Concinit albus olor.*

Martialis:

Cantator cygnus funeris ipse sui.

Symmachus: Liceat inter olores canoros anserem strepere. Nazianzenus ut proverbium laudat: τότε ἀσσοντιν κύκνοι ὅταν κόλοιοι σιωπήσωσιν. Ciceroicum cantu & voluptate moriantur. Ælianus l. 1. Ego verò cygnum nunquam audivi canere: fortasse neq; alius. Creditur tamen canere. &c. Idem confirmat Plato in Phædone, Philostratus, Plutarchus, Isidorus, &, qui instar multorum, ipse Aristoteles l. 9. Hist. An. c. 12: ᾠδικοὶ δὲ καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν. Et iterum: καὶ πίνες ἤδη πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην, περιέτυχον ἐν τῇ θαλάττῃ πολλοῖς ἀδομένοις, καὶ τὸν τῶν ἐφόρων ἀποθνήσκοντας ἑνίους. Hæc de quæstiunculâ pro Cygnis, non illâ quidem utili ad rempub. sed tamen in his talibus scire, quid verum, quid secus, liberale aut jucundum.

Omnis. J. C. Scalig. l. 4. poët. c. 16. Sic *cunctus* pelagi cecidit fragor, quàm *omnis*, poëta poëta uti maluit: tùm quia plenior sonus: tùm quòd omnis populus potest mihi ire obviam⏑, etiamsi singulatim exeant: *cunctus* autem & omnem significat & simul. Tametsi puto injuriam factam alteri. Est enim *omnis* ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ: ut collectionem & distributionem, non⏑ quantitatem accipi intelligamus. *Cunctus* est quasi conjunctus. A *cunctus* est *cunctari* i.e. morari. Item *percunctari*. Vbi enim omnia conjunctim discienda, aut facienda, mora protrahitur.

Opacum est, quod in umbrâ est, aut umbra ipsa apud Ciceronem, & illud; quod radios non transmittit, qualis terra est. Vnde vox *opica* sanè. *Ops* enim ab illis dicebatur, à qua & ipsi: quemadmodum ἀυτόχθονες Athenienses, Thebani σπαρτοί, Arcades πρωσέληνοι, prisci Itali alij Aborigines. J. C. Scalig. Ex. 80.

Ophiuchus, ὀφιοῦχος: ut ἱππιοῦχος, λυκιοῦχος. πατροῦχος. Ab ὄφις & ἔχω id est, qui habet, aut tenet anguem. In cœlo ita etiam appellatur sidus ὄφις, non ab ὄπτομαι: sed

ab Heb. אֶפְעֶה i. e. ὄφις, bestia serpens. A sibilando.

Opiparum id est, ope paratum. *Opes* ab *ops*, id est, terra, δραχαϊκῶς. Poëta alludit: Effodiuntur *opes*. Divitiæ enim omnes pænè è terrâ petuntur, & latitant in terrâ. *Opidum*, ab opibus, quibus abundat⏑. Poëtæ versus causâ *P* geminant⏑: *Opidò*, valdè multùm. Ortum est autem (ait Festus) hoc verbum è sermone inter se confabulantium, quantùm quisque frugum faceret, utque multitudo significaretur, sæpè respondebatur⏑, quantum vel opido satis esset. Hinc in consuetudinem venit, ut diceretur *opidò*, pro valdè multùm. Itaque si qui in alijs rebus eo utuntur, ut puta, si qui dicant, *opidò* didici, spectavi, ambulavi, erranť: quia nulli eorum subjici potest, vel *quod satis est*. *Inops* id est, sine ope. *Opimus* id est, pinguis, opulentus, ab eodem. Quanquam Heb. arvina, illorum pinguedo est חֵלֶב. Vnde Græca πιμελὴ. *Copis* in Patuvio, Plauto, i. copiosus. *Cops*, *coops*, à *cum* & *ops*. *Copia* à cum

& ope: ſicut coorior. *M.* enim quandoq; omittitur. I.C. Scalig. in Th. de pl. In re modicâ non eſt *copia*. Nempè *copia* eſt *coopia*. At *modicum* eſt quaſi *medium*. *Caupona* & *copona*, id eſt, taberna dicta à copijs, Feſtus. *Caupo, copo*: ſicut *aula, olla*. Turn. libro 14. cap. 5. *Caupones* non ſunt, qui vinum vendunt, ſed nomen habent generale à copijs, ut ſint mercatores & inſtitores patagiorum, induſiorum, flammeorum, violacei panni, & cerini. Itaque iſta Plauti aul. 3. 5. ſic interpretor, ut dicam: Caupones patagiarij, caupones induſiarij. Turnebo aſſtipulatur I. Gruterus, miraturque eſſe, qui fidem omnium M. S S. in dubium vocent. Joſ. Scalig. in Conic: *Cupedia* dicta ſunt quaſi *caupedia*, ut laura, lura: claudus, cludus. Cluda anus apud Plautum. Itaque *cupedia* omnia lautiora eſculenta venalia, à cauponando. *Caupenari* enim non de unâ tantùm re, ut nunc, ſed ad multa quoque alia extendebatur: ut καπηλεύειν Græcum. Itaque Ennius dixit, Cauponari bellum:

quod ex Aeſchylo deſumtum eſt, ὁ καπηλεύων μάχην. Quare *cupo*, *caupo*, *cupa*, *caupa*. Apud Cicer. in Piſon. Panis & vinum à propola & de *cupa*. Significatur, cum nunquam de penu, & promtuario vivere, ſed de cauponâ. *Cupam* vocavit quam Virg. *Copam*: *Copa* ſyriſca. Vt à πίθηκος, πίθων: à κάνθηλος, κάνθων: ſic à κάπηλος, κάπων: Vnde Latinè *caupo*, qui & *copo*. Hæc ille. *Ops* verò unde? Divinare licet. Sicut humus ab humiditate nomen traxit: ita etiam *Ops*, græcè ὀπὸς id eſt, ſuccus, lac quod immulget & indulget nobis terra, mater fœcundiſſima. *Opium*, ὄπιον id eſt, lacteus ſuccus. Joſ. Scalig. putat ex Heſychio *opem conſivam*, non ab Ope, ut vult Varro, dictam: ſed veteribus quoque Græcis eam dictam ὦπιν, à quo Latinè Ops.

Opſonium, ut & origo ſpectetur, & pronunciatio ὀψώνιον. Eodem enim modo enunciatur, quo optio, optabile, aptus. Nec quidquam ponit Valla loco cauſæ, cur B molle retineatur. Syri

Syri Græcum retinent, אפסניתכון. Franciſc. Nanſius in not. ad Johan. cap. 21. quamvis ὄψον ſignificet opſonium, hoc eſt, omne id, quòd unà cum pane comedimus: nihilominus tamen obtinuit, tanquam victor, ſolus piſcis, quòd eximius ſit cibus, ut ita ſolus vocaretur: quemadmodum ait Myrtilus apud Athenæum initio libri 7. & Symmachus apud Plutarchum ſymp. 4. prob. 4. ex correctione quidem H. Stephani. Et ὀψάριον ſignificare piſcem ſeu piſciculum, teſtantur ipſi Evangeliſtæ. Nam pro eo, quod apud Johan. cap. 6: 9. legitur: duo ὀψάρια: apud Matth. 14: 17. & Marc. 6. 30. δύο ἰχθύας, eſt. Sicut & Luc. 9. 13. Ita quoque Gallorum ille ocellus, Q. Sept. Florens Chriſtianus in doctiſsimis commentarijs gloſſ. in Ariſtophanis Irenam ſcribit p. XCI. propriè & figuratè de piſcibus, opſonari. Nam ὄψον & ὀψάριον non temere apud Græcos reperias aliud eſſe, quàm piſces. Sic poſt

Menandrum Terentius *opſonium* dixit. Sic Aemylius Probus: ſic Philo Judæus, πόπον αἰθυιῶν καταψοφαγεσι: quia fulicæ, & mergi è mari vivunt. Denique ubique ὀψοφάγοι ſunt φιλίχθυες. Hæc ille. At enim verò non rectè dicit: τὸ ὄψον pariter & figuratè & propriè de piſcibus accipi. Monſtri quid alere videtur; puta contradictionem. Etenim ſi figuratum eſt & Tropicum vocabulum: aliunde, à proprio ſcilicet ad aliud tralatum eſt. Nec obſtat, quòd κατ' ἐξοχὴν piſces eo nomine appellantur. Nam id nec ubiq;: nec temerè de alijs eſculentis dicitur: Vti cenſebat. Propriè enim eſt, quod coctum unà cum pane comedimus. Idque multiplex. Apud Athenæum lib. 4. expreſsè de coctis intelligitur: ὄψοισι καὶ τωμοῖσι ἥδομ' ὦθεοί.

Xenoph. pæd. 7. ὅι γὰρ πόνοι ὄψον τὶς ἀγαθοῖς id est, condimentum aut cibus. πολυόψος, opsonijs abundans. πολυοψία abundantia ciborum. πολύοψον δεῖπνον, opiparum. ὀψοφάγοι sunt ventri dediti. Macellum apud Athenæum est ὀψοπωλία, notante Joach. Camerario: εὑρὼν τὴν ὀψοπωλίου κενὴν παρψίδα, Latinè *paropsis*, in quâ *opsonia* apponuntur. Olim etiam, notante Turnebo, *parapsis*. Sed prius rectius.

λ: Homer. Iliad.

ἐπὶ δὲ κρέμνον ποτὶ ὄψα.

Addo his quoque Latina. Plautus in aul. dat coquos cum *opsonio*. In Cas. argento ne parcito, *opsonato* ampliter. Ter. And. Vix drachmis *opsonatus* est decem.

Horat. Sat. 2.

Omnia conductis coëmens opsonia nummis.

Quæ & similia de piscibus modò intelligere vel le, dementiæ esset. Et origo certa est, monstratq; ἰδίωμα, παρὰ τὸ ἑψῆσθαι τοῦτο i. e. assum, coctum: aut quasi, ἑψὸν, ab ἕψω, coquo, elixo. Prius tamen commodius: ab ὀπίζω. Nec aliter Joach. Camerarius, est ὄψον (inquit) quidquid in macello venit, quod προσφαγμα sive προσφάγιον dicitur: & προσόψημα de cibo lautiore, exquisitioreque usurpatur.

Ora, χώρα: ab Hebr. אֹרַח id est, spatium, semita, iter longum. A Rad. אָרַח. Vnde & ἔρχομαι. Nisi χώρα, χωρίω facias à גּוּר, quod est cessit, vagatus est, recessit.

Orca. Persius Sat. 3.

- *Damnosa canicula quantum*
Raderet, angustæ collo non fallier orcæ.

A Græco ὑρχὴ: unde similiter *urceus*. Latini orcas vocabant, vasa modica capacitatis, ait Casaubonus. Alij volunt esse à similitudine belluæ marinæ, quæ etiam *orca* dicitur. In Aristotele tali significatu invenies ὀρκύνας: in Aeliano ὀρκύνους: in Hesychio ὀρκύνας. Vt verò discrimen fit inter orcam vas, & orcam piscem; puto literam H alterutro præponi non incommodè posse.

Orchesis, ὄρχησις, παρὰ τὸ ἐμοὶ τὸ ἔχειν, detractâ aspiratione: aut ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν. Est autem motus compositus, numerosus, cum gestu effingens rem, aut personam, vel quam canit, vel quam canit. Ejusdem originis est & *orchestra*. J. C. Scalig. lib. 1. Poët. c. 18.

Orcus, ab ἔρκος, id est, septum, ab εἴργω. J. C. Scalig. c. 22. L. L. *Orcus* tota Græcia fuerat, & translatâ aspiratione à vocali ad consonantem, ὅρκος. Videtur ex epitaphio Nævij poëtæ aspiratè pronunciatum: Postquam est *Orchio* traditus thesauro. ὅρκος est juramentum. Nullum enim majus aut religiosius juramentum, quàm quod per Deum inferum fiebat, i. e. orcum, ut per quem & Dij, adeoque Jupiter ipse jurâsse scribuntur.

Ordino, simpliciter ab ὄρθω, ὀρθός. Hebr. סִדּוּר est ordo. Nisi quis malit J. C. Sc. sequi c. 35. L. L. *Ordinis* nomen Græcum est. Dicebant militibus tribuni; Hactenus tibi licet: hîc consistes: eò progredière: huc revertere: ὄρθου δῶ: inde *ordo*. Æoles autem non aspirant: quorum

institutio sanè libens accedo. Nihil enim heluosum magis sapit, aut barbarum: quàm è gutture insufflare adversus eum, qui cum loquare. Est igitur ordo loci ratio, quâ quid, aut præit, aut sequitur: vel ante, vel retrò: vel dextrorsum, vel sinistrorsum: Vel sursum, vel deorsum. Nam prioris ratio est præeundi: posterioris sequendi. Græcorum πάξις, πάσσω est ab Hebr. דָּתַת, id est, ordinavit edictum; vel à דָּתַת quod idem.

Organum, ὄργανον: quasi ἔργανον, ab ἔργω, opus, ad quod omne instrumentum necessariò confertur. Aristoteles lib. 1. de part. animal. cap. ult: πᾶν ὄργανόν ἐστιν ἕνεκά τινος. Hanc originem agnoscit *ergastulum*, i.e. locus, ubi ergastuli, hoc est, servi concluſi in vinculis, ac compedibus opus faciebant. ἐργαστὴς, operarius. ἐργαστικὸς, operosus. *Ergastularius* Columellæ est, qui præest ergastulis. ῥᾳδιουργὸς, qui aliquid facilè efficit: postea speciatim, sceleratus: quia ad vitia proclivior naturâ sumus. Et sic ῥᾳδιουργία est scelus, vitium. *Argus*, ἀργὸς, ἀεργὸς, sine o-

pere. *Chirurgus*, à χεὶρ, qui manu operatur : propriè artifex manuarius. κατ' ἐξοχὴν usitatè medicus manu curans. *Georgius*, γεωργὸς, colens terram. Ab ἔργον est & *Ergo*. J. C. Scal. lib. 11. de c. L. L. c. 174 : Pro nomine ponitur, *Illius Ergo* venimus. Sed sanè nomẽ fuit ipsum ἔργον. Causam enim ubique denotat. Sic *quare* fit à res : *quâ re* : & *quam* ob *rem*. *Quoniam* verò est adverbium, *Quom*, *Jam*. Causa trãslationis fuit temporis efficacia : est enim mensura rerum naturalium. Sed *quia* non melius, nisi è penuario Hebr. promitur. Ibi enim כִּי planè est idem.

Orgia ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, furore, vel irâ uti censet Eusebius de præparat. Evangel. Phurnutus & alij, vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est, montibus juxta Maronis illud : Nocturnusq; vocat clamore Cytharon—, quod in montem hunc sacra illa ex Thraciâ primùm— translata sint : vel ἀπὸ τῶν ὀργάδων, cõsecratis alicui Deo locis : aut deniq; ἀπὸ τοῦ εἴργω, id est, arcendo, quod profani arceantur à sacris illis.

Apollonij interpres : ὄργια μυστήρια παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμύητους αὐτῶν.

Orichalcum ab Orio inventore duxerunt interpretes Apollonij : apud C. Rhodig. lib. 19. cap. 5 : Festus ab ὄρος, & χαλκὸς, quòd in montosis locis eruatur. Jos. Scal. ad Festum : Cum Græci dicant ὀρείχαλκον : tamen Latini scripserunt aurichalcum, quòd putarent, id ex auro & ære componi, additâ Cadmeâ terrâ : ut electrum ex auro & argento. De quo intellexit Martial. lib. 8. Ep. 51.

Pallida sic niveo radiant electra metallo,
Et niveum felix pustula vincit ebur.

Intelligit enim de illâ materiâ compositâ, non de succino. Igitur ex vitio pronunciationis nata ist illa falsa de compositione auri & æris opinio. Quare & autor Glossarij rectè dixit : aurochalca, κραμάλια : quod putarent esse auri & chalci, seu æris, χαλκάλ. & compositionem quandam. Non nego, ex auro & ære præstantissimum æs fieri, ut prodiderunt veteres de Corinthio ære : sed, ὀρείχαλκον esse, id verò pernego. Aristotelem enim habeo autorem, qui apud Apollonij interpretem negat, ὀρείχαλκον esse in rerum naturâ. Hesychius, Ὀρείχαλκον τὸν ἐκ τῆς Διμαδεδομβρων τὸ ὄνομα : οἱ δὲ πλείους, ὑπάρχειν αὐτόν. ἔστι δὲ καὶ ὕλη ὁμοία χαλκῷ. Sanè ὕλῳ ὁμοίῳ χαλκῷ vocamus Letonum. Et de eo intellexit Horatius :

Tibia non ut nunc orichalco vincta - -

Sed illud commentitium orichalcum tanti fuit apud veteres, ut cum nusquam esset, tamen quasi esset, etiam auro excellentius haberetur. Idq; ex Plauto cognoscimus, qui aurichalcum plus facit, quàm talentum auri.

Orior : intermortuum est τὸ *Orio* : ab ὄρω. Orior est ὄρνυμαι, aut ὄρνυμαι, i. e. excitor, erigor ; non propriè nascor. Ab Heb. עוֹר, excitavit. Si τὸ Aijn legas scito Judæorum, fit inde Græcorum γείρω, & ἴγειρω, quod tralatitium. Ita dicimus : Flos *oritur*, id est, è terra producitur, aut excitatur : Scilicet ab aura, quæ mulcet : à Sole qui

firmat : ab imbre, qui educat ; ut describit Catullus.

Virgil :

Exoritur clamorq; virum - -

id est, excitatur. *Origo* non est ἰδίως fons, stirps, genus, initium : sed unde quid excitatur aut producitur. Ab *orior*, *origo* : ut à verto vertigo : à rubeo rubigo : à scaturio scaturigo. *Aborigines*, propter antiquitatem, quòd sint tanquam autores generis, γενάρχαι καὶ πρωτόγονοι. Nam & *origines* Salustius appellavit, μητροπόλεις, urbes, quæ colonias miserunt & populos autores generis. *Oriundus*, *oriendus* : ut ferundus ferendus, i. e. qui debet oriri. J. Cæs. Scal. c. 199. de L. L. Sic mutavit *oriundus*, non sine ratione. Subest autem causa, ut ignorata, sic acuta. Est *oriundus* Româ, qui Bononiæ ortus Romæ oriri debuit : quo in loco lares habet patrios. Itaque idem est *oriundus*, quod *oriturus*. Futurum enim hoc non designat, quod erit, sed quod non fuit, & futurum esse debuit.

Ornus. Apud Virgil.

-- rigidas deducere montibus ornos. Et:

Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni.

Ab Heb. אֹרֶן, arbor, ex quâ arca fabricari ſolebat.

Orphanus, ὀρφανὸς. i. e. derelictus, jacens in ſqualore, & tenebris. Nam bene ἀτυμολογοῦντες Græci faciunt ab ὄρφνη, i. e. tenebræ: quod eſt ab ἐρέφω, ab אָרַב. vel acutiſsimè ὄρφνη erit ὄρ֊φ֊νη. Finis enim lucis tenebræ. Cæteris quippè coloris ſpeciebus aliquid lucis admiſtũ eſt: tenebris aut nigredini nihil. Igitur lucis terminus illæ. Propriè ergò *orphanus* non eſt pupillus, cujus genuinam quoq; ſignificationem ante ex archivis Hebraïcis pro limus: ſed in tenebris, in ſqualore verſans. Id cùm inprimis eveniat è luctu parentum, & aliorum amicorum: *orphanum* vulgò appellârunt eum, qui ereptis parentibus, ſub alterius tutelâ & curâ eſſe cogitur. *Orphanus* contractè *orphus*: & poſtea *orbus*: Verbum *orbare*, quid propriè ſit, è dictis intelligitur: vulgò eſt eripere, ſpoliare.

Oryza, ὄρυζα: procul dubio eſt Judæorum עֲרִיסָה, vocant farinam aquâ conſperſam. Interpretes verterunt pulmentum, cibum.

Os, ὀστέον, ὀστοῦν. Ab Heb. עֶצֶם, quod idem. J.C. Scalig. c. 28. L. L. T mutatur in S: ὀστᾶ, *oſſa*: ſed commodius ſit, dicere, ſubductũ fuiſſe: alioquin translatitia ſunt inter ſe, ϑεσσαλὸς, θεσσαλὸς. *Exos*, i. e. extra oſſa. *Oſcillum*, ab os *cillere*, aut *cellere*, quod eſt movere.

Virgil:

Oſcilla *ex altâ ſuſpendunt mollia pinu.*

Oraq; corticibus ſumunt horrenda cavatis.

Alijs rectiùs ab *oſculum*, *oſcillum*, ut quantulum quantillum, baculum bacillum, furcula furcilla: ut ita ſit parvum os. Ab oſculum eſt *oſculor*; quod fit ore. *Os oris* à Græco ὄσσα. Indè *oro*, *oratio*, *oraculum*. Scalig. c. 141. L. L. Cum *orare* ſit *pronunciare ore*: veteres verbum illud omnibus conceſſere: *oratoris* autem nomen ſui unius in L. Craſſi perſonâ agnovit Cicero. *Oratio* non eſt *oris ratio*, ut Stoicè potiùs, quàm verè putârunt; ſed *Tio* eſt terminatio communis: ut aratio, operatio. *Oracula* ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt his deorum *oratio*, ait Cic. Scilicet ut à potum, poculum: ita ab oratum, *oraculum*, i. e. dictum, ore pronunciatum. *Omen*, quaſi *orimen*. *Oſcitare*, eſt os crebrò ciere & diducere, quod in hiatu fit, & ab ijs, qui ignavi torpeſcunt. Vnde *oſcitantia* pro negligentia.

Os ſublinere quid ſit, docet Caſaubonus: Veteres ideò etiam faciem linebant, ut nævos occultarent. Atque hinc ortum proverbium: Os ſublinere. Quod de eo propriè dicebant, qui ſimulans ſe os alicui linere ad decorem, uti mos fuit, contra & ſecus, quàm erat conſuetudo, os illi ridiculis picturis deturpabat, ut qui olim pingebant grillum.

Oſcum: Feſtus: Cloatius putat eo vocabulo ſignificari ſacrum, quo etiam leges ſacratæ dicuntur, *Oſcitæ*. Ad quod Joſ. Scalig. Leges *Oſcitæ*, manifeſtò dictæ pro *adſcitæ* veteri idiomate, ut *obeſſe*, pro adeſſe; *obſtare*, pro *adſtare*, unde *obſtetrix*. *Oſcitæ* ergò, *obſcitæ*: B interliſa eſt, ut *oſtendit*, pro *obſtendit*, ut dicebant veteres. *Oſcus*, prius erat *obſcus*. *Obſcitæ* leges, *adſcitæ*. *Sciſcere* legem, quid ſit, etiam pueri norunt.

Oſiris alijs eſt beatus vir; ex Heb. אָשַׁר & אִישׁ. Alijs Ægyptium arridet etymon. Ab *os*, i. e. *multum* Ægyptijs: & ἶρις, i.e. oculus ijſdem: Plutarchus, Euſebius. Vt ſit πολυόφθαλμος, Latinè multioculus: & ſignificat Solem. Alijs alia placent; ſed quæ dixi commodiſsima.

Otium J. C. Scaliger exiſtimat derivari ab aure. Et quidem deminutivum ὠτίον ratione materiæ non repugnat. Sed & obliqui, ὠτὸς, ὠτὶ ab ὦς aſſonant. Et Latinè, in *aurem dormire*. Audiamus verò Scal. in Ænigm:

Quod pauci norunt, Græcá ut dicatur ab aure,

Datq; ideò ſtudijs nomen & otia ſua.

Negotium, quaſi nec otium. Cabit in G.

Ovare: ſicut A inprimis ad luctum & triſtitiam facit exprimendam: aperitur enim os, ut quod cordi moleſtum

accidit, elidatur & exhalet: Ita O gaudij nota est, ut in ἰὼ, ἰὼ. Hinc *ovo*. Festus: *Ovantes*, lætantes ab eo clamore, quem faciunt redeuntes è pugna victores milites, geminatâ *O* literâ. Etiam *ovo* dictum videri potest, quasi *Evo*, ab εὐάζω, id est, *evan*, clamo: à festivitate Bacchicâ. Sic *Evax*, εὐαξ. interjectio exultantis. *Evoe*, εὖ οἵ: quasi εὖ bacchantium vox. *Evius*, εὐῖος: *Evan*, εὐ ἀν: cognomina patris Liberi.

Ovis, ὄις, interpositio digammate. Item οἶς οἰὸς, quod idem. Inde *opilio* quasi *ovilio*. Apud Poëtas *upilio*: sicut ὄνομα, ὄνομα. Jos. Scalig. putat esse vocem magnæ Græciæ: ὀϊπόλος, ὀϊπολίων, sicut ἀιπόλος. J. C. Scal. lib. 1. poët. cap. 4. quanquam ποιμὴν omnem comprehendit custodiam, παρὰ τὸ σὺν ποίᾳ μόρειν: tamen opilionibus solis attributum maluere. Rectiùs quasi οἰμὴν: ab ὄις & μάω Quia proprie & ubique est opilio.

Ovis proprium est *Balare*: *dibalare*, id est, effutire, apud Varronem. Julius Cæsar Scaliger lib. 1. de c. L L. cap. 10. Varro cùm nostrum *balare*, verbum magis commendat, quàm Græcorum μῆλα: sanè utrumque factitium à sono pecudum contendit: ostenditque eos debuisse imitari vocem ovis balantis, ut βῆλον, non μῆλον, nomen imponerent. Quod si, ut ipsi loquuntur nunc, nō ut nos proferimus, olim pronunciâssent, sic quasi propemodum per Æolicum digamma; non rectè corrigeret eos Varro: neque enim *valant* pecudes, sed balant, βῆ, Suida teste, est imitatio soni ab ovibus, apud Atticos: ex quo nos H non rectè, aut saltim non more veterum Græcorum enunciare liquet. A βῆ ducunt quidam βληχάομαι. Et quidem ut Lat. Balo, & Græcum μῆλον; per λ, χ, ω, ovibus aptè competit.

Ovum, ὠὸν παρὰ τὸ οἷον secundum Grajos. *Ab ovo ad mala*, id est, ab initio usque ad exitum, continuò. Proverbiale à ferculis veterum, primo & postumo.

Pala-

P

Palæstra, non *palestra*, παλαίστρα: à πάλη lucta: aut πάλλω, confligo.

Palæus, παλαιὸς, à πάλαι, quod ab Hebræo בָּלָא, i. e. inveteratus est, senuit: idem quod alterum בָּלָה, i. e. vetustate consumtus est. Ex eodem possit aliquis ducere *palus*, *udis*, ut sit aqua inveterata & fœtens: ut & ἕλος.

Palatium. Varro lib. 4: *Palatium*, quòd *Palantes* cum Evandro venerunt: aut quòd *Palatini* & Aborigines, ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi confederunt. Sed hoc alij à *Palatia*, uxore Latini, putârunt. Eundem hunc locum à pecore dictum putant quidam: Itaque Nævius *Balantium* appellat. A *balatu* ovium. Jos. Scalig. in Conject. *Palatium* φαλάνθιον. Ita vocabant summa juga veteres Latini & Græi. Vnde *Fale* & *Falantum* Hetruscis erat cœlum. Hæc ille. Mihi videtur fieri à φαλὸς, id est, splendidum; illustre, albū. Vnde & *phaleræ*, φάλαρα. *Phalerata* verba, id est, splendida, aut ornata. Nec ab alio *Falarica*, vel *phalarica*, φαλαρικὴ, genus teli splendentis: quomodo arma describi solita sunt.

Virgil:

Arma sub adversâ posuit radiantia quercu.

Idem:

- - cingor fulgentibus armis.

Lucret:

- - lucida tela volarent.

Statius:

Ferroq; micantia tela.

Claudian:

Ille coruscanti clypeo.

Silius:

Fulgentis galeæ - -

Sidon:

- rutilum sibi confabricaverit ensem.

Igitur & *Falarica* à φαλὸς, quod à φάω: propter splendorem, aut etiam flammam. Nam, Vegetio teste, sæpiùs turritæ machinæ isto telo incensæ sunt. Nec dissimulavit Maro:

- magnum stridens contorta falarica venit,

Fulminis acta modo - - -

Palea, παρὰ τὸ πάλλειν. Quâ ratione etiam *Vannus*, ab eadem jactatione, βάλλειν.

βέλεμνον. Iccircò *acus* à Vasconibus appellatur *Balla*, quia succutitur & ventilatur. J. C. Sc. Ex. 325. s. 12. In sanctâ linguâ est בְּלִיל, id est, pabulum ex diversis mistum, ut paleâ, fœno.

Pallium, quod *palam*, i. e. foris gestaretur. Vel à *polleo*, ἀπ' εὐθείας ὑγιὲς. Rectè *pallium*, ut & *palla*, ab Hebræis פָּלָא, id est, opertus, tectus fuit. Is enim usus. Ex eodem fit etiam τὸ *Velo*, *are*; itemque *velum*, quod operit. Ob eminentiam, tegmen aut linteum, quo navis instruitur.

Virgil:

Humida vela legit.

Horat:

Nautica vela.

Ovid:

Vela summo fluitantia malo.

Velati (inquiunt) dicebantur, qui caput cinctum licio laneo habebant. 12. Æn. velati lino. At multò amplius patet. *Velati*, i. e. tecti, quocumque etiam fuerit. Plautus Amph. Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum. Vbi ramusculum oleæ qui intelligit, nihil absurdi dicit.

Pallor, ut à cano canor, à vireo viror, à timeo timor; sic à palleo pallor. A בּוֹל palluit, item בָּהַל, lividus fuit.

Palma est ex Græco παλάμη. Ab Heb. בָּלַם, i. e. constrinxit freno, obturavit, ligavit. Inde & πέλαμον. *Palmare*, i. ligare, apud Columellam. *Palmes*, propter similitudinem. *Depalmare*, apud Agell. Apulei, i. palmâ percutere. Turnebus: *Palma* in vite. Varro ipse, quàm interdum in vocabulorum veriloquijs absurdus est: *Palmam* dici quasi *parilemam*. Cum potiùs à similitudine humanæ palmæ nomen inveniſſe videatur. *Palma* arbor, à figura manus concavæ, quæ profert dactylos. Et quia non succumbit, sed contra omnem molem acriter exurgit, ponitur pro victoriâ. Hinc *palmarium* apud Comicum, id est, palmâ aut præmio dignum, nobile, præcipuum.

Palpo, *palpito*, à ψάλλω. *Palpare* & *palpo percutere*, propriè est fovere, molli & blando manus plausu tangere, aut

aut contrectare, ac veluti poppysmo demulcere: Vt de equis Virg. 3. Georg. ψηλαφᾶν, ut notat Turnebus l. 4. c. 15. *Pulpa* est caro sine ossibus: à palpitando dicta. Mollis enim est & tremula, inquit Isa. Casaubonus.

Panacea, *Panace*, *Panax*: à πᾶν & ἄκος; quòd omnibus medetur morbis. ἀκέομαι, sano, medeor. Plinius: panacea ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Eâ causâ Lucano est potens:

Et panacea potens . . .

Panegyris nomen generis, πανήγυεις, ὅτι πάντες ἤγυρον, i. e. omnes congregabat. Ejusdem enim est originis ἄγυεις, ἀγείρειν, ἀγορά. Fuit autem mos Græcis, addere vocalem πᾶν, multis verbis; ubi universitatem consignificare vellent. ἀγορά ab Heb. גָּעַר i. e. sonuit, crepuit.

Pandecta, πανδέκτης à πᾶν καὶ δέχομαι, quòd omnia contineat. Ab eodem fit *Synecdoche* quod nomen figuræ est, multæ efficaciæ. Nam σὺν significat, totum & partem simul esse: *Ex* significat excellentiam qualitatem, aut aliud à parte & toti attributum. δέχομαι notat ipsum motum translationis.

Pango, πηγνύω. πηκτὸς, compactus. Ex Hebræo פָּגַע i. e. impegit occurrendo, incurrit, & incidit in aliquem impellendo: item impegit in aliquem precibus. *Pastinum* bifurcatum erat, ac bidens, quo in glareis utuntur ad vineas vibisci. A *pangendo* nomen habet. Scrobe namque factâ demissum malleoli crassius caput obsidebant auriculis pastini, quoad terrâ obruissent: ut æqualiter operiretur undiq;. Hæc ex 3. Columellæ, J. C. Scal. in Th. de c. pl.

Panicum, non à paniculis dictum, ut Plinius l. 18. c. 7. innuit: sed ab Heb. פָּנַג quod idem est. Cæsar. 2. Bell. civ. *Panico* vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur.

Panis, instar omnis alimenti & maximè necessarij: à πᾶν. Vulgò à *pasco*, *pastum*: aptè, sed præter analogiam. Jos. Scalig. nomen magnæ Græciæ esse putat, dum ad

hæc

hæc verba Varr. lib. 4. Panis, quòd primò figuras faciebant &c. notat: Athenæus l. 3. παυὸς, ἄρτος. Μεσσάπιοι καὶ τὴν πλησμονὴν παυίαν, καὶ πάνια, καὶ πλήσματα. Deinde, καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλέσι. Tamen non caret ratione, quod ait Varro. *Panus* enim πολύπη, glomus. Vnde quædam placentæ, quòd ad eum modum confictæ essent, πολύπαι dicebantur. Meminit Athen. l. 3. Clemens Alexand. Protrept. ἡ σησαμᾶι παῦπα, καὶ πυραμίδες, καὶ πολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα. *Glomus* vocabatur Latinè, quod πολύπη, glomus. Autor Festus. Vel est, quod Pollux l. 6. ἀνομάζετο δὲ πανία, ἃ καὶ τοῖς πλακοῦσιν ἐπετίθετο, πῶς τε οἰκοῦσα πανίοις λάθρᾳ δὲ ἦν τὴν χθόνα. Quod Varro videtur innuere. Alioqui scio, πανίον, & Doricè πανίον ἀντὶ τῆς ἀτταλτυλλίδος sumi: cùm hîc ἀντὶ τῆς πολύπης. Vnde & tumor inguinum (qui morbus pueros infestare solet) vocatur *panus*: & *paniculæ* Plinio τὰ πολύποδη. At *Panicæ* in milio aliud est: id enim à Græco etiam manavit. πανικὴ enim αἱ τρίχες καὶ ἡ κόμη. &c. Hæc ille. Germanorum Beck est à

Phrygum antiquo βέκ, βέκος, βέκκος, de quo Herodotus, & alij. Consonat Heb. בָּנָה id est, cibus, daps, quidquid ab homine editur: à rad. בָּנָה Græci nominant ἄρτον. Hinc *artotrogus*, à τρώγειν & ἄρτος i. e. rodere. *Artocreas*, apud Persium: ex ἄρτος & κρέας unde miscetur. *Artopta* vas fuit, in quo panis tostus coquebatur, ὀπτάομαι. Vt *panis* à πάω. Ita *Holus* ab ὅλος. de quo J. C. Scalig. l. 1. de pl. *Holus* dicit quamcunque herbam esculentam, claro indicio priscæ frugalitatis, quæ ad victum nihil opsonij sibi deesse existimaret, modò ne deesset *Holus*. Hoc enim ὅλον est. Valla l. 3. cap. 9. Est holus, omnis herba sativa, quâ vescimur, & cujus foliis & caule in edulium utimur. Ab holere deducit Meursius *beluonem*, ad illud Plaut. in capt. act. 1. s. 2. Heg. multis oleribus. Par. curato ægrotos domi. Aegrotos (inquit) oleribus curatos esse olim, vel ex uno isto Plauti loco facilè apparet. Et huc pertinet Plini. libro 20. Nat. hist. Inde heluones antiquitùs propriè appellati. Nam

belus

belus pro *bolus* veteres dicebant. Quia verò ægroti nauseabundi valdè sunt, fastidiosique & delicati ciborum arbitri, hinc postea translata ea vox ad homines delicatos, opiparosque qui magnas pecunias in dapes profunderent: non in voraces, quod hactenus tamen ab omnibus falsò existimatum est. Ita Meursius: sed quantam inveniat fidem, non video. Neque enim cohærent *bolus* & *beluo*: licèt apud Festum etiam *belus* reperiri non inficier. Quid tum postea? *Holere* curati sunt ægroti antiquitùs. Si ita: ergò non spreverunt holera: sed necesse est comedisse. Atqui heluones non holere capiuntur, sed potiùs ciborum delicijs. Deinde nausea aut fastidium, quod loco causæ adjicit in utrisq; dispar longè. In heluone, quoad holera: Abjicit enim & alia poscit sibi. In ægrotis non quoad holera est fastidium: utpote quibus adhibitis sanitatem recuperent. Itaque vir ille doctissimus è quodam remoto principio rationem arcessere videtur. Alijs ita: Vt comedo, bibo, à verbis: ita *beluo* ab *eluere*. Gra-

phicè exprimit Plautus a. 2. s. 4. Trin. Comesum, epotum, exutum, elotum, (alij elutum) in balneis. Vbi quidam malunt pro *exutum* legere *exunctum*. At quid opus? Non enim tantum in unguenta, quantùm in vestes insumebant. Et ipsa unguenta, quibus potissimùm in balneis utebantur, in verbis continentur postremis. At quî litera H. à capite accedit, si sit ab *Eluo*? Causa in promtu est. Additur aspiratio, ut aviditas magis exprobretur: fit enim vox incitatior, ait Festus. Quò pertinet, quod J. C. Scalig. Ex. 266. H vocat, quasi vomitus imitatricem. Simile est, quod idem affert lib. 1. c. 22. L. L. *Lurcho* contra analogiam aspiratum fuit. Nam *mucco* à muccis: *bucco* à buccis: Ita *lurco* à *lura* propter ingluviem & ebrietatem. Sed ratio significationis potior fuit ob sonitum voratoris. *Lura* est uter coriaceus: Festo, os culei. Inde *luridus*, *luror*. J. C. Scalig. Ex. 325. s. 16. Ea coria veteres *lora* & *lura*. Et 104. s. 22. *luridum* est lividum à *lori* percussione dictum.

Cujus

Cujus coloris sunt vetustæ vibices concreto sanguine. Quamobrem *lurida* venena dixerunt poëtæ. Alijs *lura* à λυγρός: à quo revera *Largus*.

Pantheon, & Pantheum πάνθειον, quasi πάντων πάντων θεῶν id est, omnium deorum. Aut πᾶν id est, summum deorum. Templum, ab Agrippâ Jovi extructum. Marcellinus l. 16. nominat *pantheum*, regionem teretem speciosâ cellitudine fornicatam.

Panthera, animal maculosum; dicitur quòd omnium ferè ferarum coloribus distinguatur, & splendeat: à πᾶν & θήρ. unde θήρα i.e. venatio: θηράω est feras persequor: id est, venor. *Pantbera*, παν-θήρα i. e πᾶσα ἡ θήρα: universa venatio. *Pantheron*, etjam rete, quo omnis generis animalia capiuntur.

Pantices. Ios. Scalig. in catal. sunt *pantices*, quod vulgò vocamus *farcin*, corruptè à *farcimine*. Nam ita vocat Vegetius: Et Martial. l. 6. Ep. 64.

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi
Et rubro pulmone venit - - - - -

Vbi pulmonum φθίσει hominem laborantem intelligere nihil vetat. Sed ego putò, pulmonem & pantices ibi idem esse: quemadmodum & pulmunculum, apud Vegetium: quod pantices pulmonum ruborem referant. Itaq; sic locus Plauti in Ep. accipiendus est: pedibus *pulmoneis* &c. Vt pedes *pulmoneos* intelligat, qui *panticibus* ulcerosi sunt. Nisi referatur ad proverbium: πλεύμων, de stupido. Vel potiùs dixerit pedes pulmoneos, tumidos: sicut Plinius l. 15. c. 14. *pulmonea* quædam poma vocata ait, id est, ut ipse interpretatur, *stolidè tumentia*. Idem Scalig. in phalicis: Latet jacente pantice &c. notat, à *pantice* ventrem vulgò vocamus *panciam*. Nisi sit à *pane*, quasi *panciem*: quod facilè credo.

Papilla; quantum differat à mamilla, è scriptoribus ægrè discres. Versiculus ille ἀδέσποτος, propriè virorum esse docet:

Papillas vir habet, pecus ubera, fœmina mammas.

Vt certiores simus, ita conjectamus. Vt à mamma, quæ est mater, ab אם, voce puerili; formatur mammula, mamilla. Sic à *papa aut pappa* i. e. pater, *papula*, *papilla*. Hæc nominis significatio princeps, quæ postea aliò migravit: sed facilè revocatur. Ita apud Senecam: papulas observatis alienas, ipsi obsiti plurimis ulceribus.

Pappus, πάππος, i.e. lanugo carduorum, seu flos, qui lanuginosus sit: item quivis flocci.

Par. τὸ παρὰ significat juxta. Quia quæ juxta ponuntur, admittunt judiciũ comparationis. παρὰ nota collationis. Vnde *parabole*. Hinc nostrum *Par*, ait J. C. Scalig. in Theo. de pl. Ab eodem est *paries*: quia ab utroque latere dirimit, & interstitium facit. Hoc innuit παρὰ. Aut *par* venit ab Heb. חָבַר i.e. comparatus est, conjunctus fuit. Et propriè dicitur de consociatione partum; quæ sint ejusdem speciei, ac conditionis. Inde חָבֵר i.e. socius, compar, consors. A *pare* est *pario*, id est, par facio. Et exemto I, *paro*, *comparo* i. e. confero aliquid cum aliquo. Aliud verò est, quando dicimus: comparare pecuniam, i.e. conficere: à *paro*, de quo alibi. Cæterùm *compar* significat πάρισον. seu par, æquale, aut conveniens.

Suppar, minuit paulò, id est, ex parte, vel quodammodo *par*: hoc indicat sub: quod est inferioris gradus: *Dispar* autem prorsus sejungit, & omnem tollit paritatem. Ea vis est particulæ *Dis*, ut ubiq; separationem, sive motum à quo, introducat: Velut exempla indicant, distinguo, discurro, disjicio, distraho, dissipo, aliaq; innumera, & quæ paulò obscuriora, ut *discupio*, apud Catullum, id est, variè & anxiè cupio. Quando animus hinc inde dividitur. *Dilaudo* i.e. in partes varias laudo, ab uno ad aliud transiliens.

Paradisus, παράδεισος. Videtur Græcanici ortus, quasi horrum arboribus conseptum, & herbis consitum significet: Suidas, Strabo, Plutarch. in Demetrio, Philostratus in vitâ Apollonij Tyanei, Pollux. *Vivaria* quoque eo nomine appellari notavit Agell. l. 2. c. 20. Suidas ἀπὸ τοῦ δένειν; vel ἀπὸ τῆς δέσεως, seu δάσεως, ab irrigando ducit: ut sit quasi παρόδευτος. Rectiùs Xenophon, qui hortos in Persia ita vocari solitos annotat. *Pardes* est pomarium; quæ vox extat Nehem.

hem. 2. Cantic. 4. Eccle. 2. פֶּרֶח cõponitur ex פָּרַח i. e. protulit fructus: & חֲרַס i. e. myrtus, arbor.

Parapherna, quasi παρὰ τὴν φερνὴν, præter dotem: ab Harmenopulo dicta ἐξωπροικα, & quidem rectè. Nam ut Pollux scribit, λέγοις δ' ἂν παροῖκα καὶ φερνὴν, τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς δόσιν. Livius lib. 26. de Scipione Africano: *Super dotem*, quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedant. Cicero Philip. 12. His quasi *præter dotem*, quam in civilibus malis acceperunt &c.

Parasanga, παρασάγγης: ex *parasangara*, quod est spatium 30. stadiorum. Ab Hebræo פָּרַשׁ eques, & angarus. Interpretamur equitem, vel equestrem tabellarium, aut ministrum, ἄγγαρον: de quo ante.

Pareas serpens, Græcè παρείας: ἀπὸ τῶν παρειῶν, id est, maxillis: Vnde δύπαρειος, & καλλιπάρειος. Lucanus libro ult. Aristoph. in Plut. ὡς παρείας ὢν ὄφις.

Parnassus & *Parnasus*. Vtrunq; in antiquissimis mẽbranis legitur: ut Græcorum παρναασὸς, παρνασὸς: item παρνασσὸς, παρνησὸς. Simplicius tamen *Parnasus*, παρνασὸς. Quod etiam origo firmat Hebraica. Nam fieri debemus hîc parum Etymologico magno: *Parnassum* dicti, quasi λαρνησὸν: ab arca scilicet Deucaleonis. Novimus pleraq; loca Bœotiæ & vicinæ Phocidos à Cadmo, alijsq; Phœnicibus aut Syris condita esse, nominaque ab ijsdem indita. Quod alibi quoq; monitum, & ab alijs. Ita *Parnasus*, qui mons sacer Musis & Apollini, dictus quasi *Harnasus* per initia, *Harnachasch*: ab הַר id est, mons: & נָחַשׁ id est, οἰώνισμα, augurium, divinatio. Et hoc est, quod Pausanias appellari putat à *Parnasso*, Cleodoræ Nimphæ filio, *augurionum inventore*. Ita Casaubono ita videtur: Ab ea (inquit) origine est huic monti nomen. פַּרְנַס Parnes Syris est nomen: & פַּרְנָסִין Parnasin, pastores. Inde *Parnassus* ab re mala. Sic montem dixerunt, ubi greges suos pascebant. Similiter à verbo פָּרְנַךְ *Parnak* sive *pharnax* fuit in Asia usitatum nomen *Pharnaces*: cui respondent Græca *Hedycharis* & *Hedyllus*. Nam Syrum verbum significat ἡδυπαθεῖν. Mons quoq; *Helicon* ab חָלַךְ *Halac* videtur appellatus, quod eo loci convenirent. *Cithæron* à קָתַר *Kathar*, rupes. Hæc ille. Est חָלַךְ ambulavit, incessit. Sed & *Helicon* non incommodè ducatur ab חָלַק: quod fuerit à vulgo secretus, suavitatis ac blanditiarum plenus. Quod scitissimè Musis competit.

Virgil.

- Dulces *ante omnia Musæ*.

חָלַק est blande distribuit, suaviter divisit. Nomen חֵלֶק est blandus, lenis, mollis. חֶלֶק, portio dulcis, blanditimentum, suavitas. Neq; aliter *Helicon* descriptus est.

Horat:

- *Petant Helicona virentem.*

Propert:

- *Molli recubans Heliconis in umbrâ.*

Hesiod:

- ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγατε ζάθεόντε.

Citheron autem malim formare à כִּתֵּר *Citter*, vel *Kitther*. Scilicet à coronis Musarum: de quibus hîc multa monere velle, supervacuũ sit.

Lucretius:

- *Qui primus amœno*
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Paro, πάω, πρῶ est Hebr. פָּרָא i. e. creavit, paravit, reparavit aliquid omnibus modis atq; formis, ut nil deficiat. *Disparatum* id est, quod ab aliquâ re per oppositionem negationis separatur: Cic. 2. de inventione. *Imperator, impero*, à *paro*. Et hoc est, quod Plautus *impero* simpliciter induxerit pro *paro*:

Nullumne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem dixi, imperare *exercitum.*

Id est, parare. Capt. a. 1. s. 2. Quandoq; *imperatum* est non paratum. Idem: Ex parata re *imperatam* omnem facis. *Vitupero* i. e. *vitium paro*, seu labem aspergo. Vnde priores duas ritè corripit. *Propero*, quasi proparo, ut *Pro* significet quandam celeritatem. Quæ enim *pro* i. e. ante omnia fiunt, urgentur: ut progredior, procurro. Plautus aul. a. 2. s. 3. Vascula intus purè *propera* atq; elue i. e. citò para. Cas. a. 2 s. 8. Abi atq; opsonia *propera*. Virg. Pulchram *properet* per vulnera mortem.

Pratum, quasi *paratum*, beneficio naturæ. De utroq; paulò aliter differit Jos. Scal. *Pratum*, Doricè πρᾶτα, à πρᾶσια. *Propero* à πρεῶ. Nisi fit προπρεῶ, aut προπορεύομαι: aut potius à πρόπρο, quæ reduplicatio notat celeritatem.

Parra apud Plautum asin. a. 2. s. 1. & Horat. l. 3. od. 27. impios *parræ* recinentis omen ducat. Ab antiquo verbo *Parreo*, pro *pareo*, i. e. appareo; à παρῶ. Ea namq; avis suo cantu sæpiùs prætereuntes ad se cogit aspicere: quare sæpè *apparere* dicitur. *Apparitores*, qui semper apparent, prætoribus & consulibus. Apparitor, quanta penultima? Brevis: idq; κατ' ἀναλογίαν. Vt exhibitor ab exhibitum: ita apparitor ab apparitum.

Pars à πάρος, id est, antè. Quoniam *pars* præcedit totum. Sumtum nomen à messoribus, & vindemiatoribus, & lignatoribus, & pastoribus. I. C. Scal. l. 1. L. L. c. 23: Idem Ex. 184. *Expers*, quod *extra partem* est. Glossar. *Expars*, ἄμοιρος. Quanquam illud Jos. Scaligeri ὁμοιόσημον non esse videatur, in Catul: *Expers* dictum eodem modo, quo *defrens*, *defrensis*. Sic *expers*, *expersis*: sic *præsex*, *præsicis*, & Salustius *præcis*, *præcisis*: Sic Græci ἀπότομον, pro præcipiti, ut præcisum locum Salustius. Vt Græci à futuro hæc nomina formant: sic Latini à supino. Græci enim διῳκηκὼς, καταβλέψ, ἐπίτες, αἰρήλυψ, &c. *Expers* ergo est *expersis*, idem quod *experse*: Verbum est *Expergo*, διαφράσσω. *Particeps*, id est, partem capiens. *Participo*, id est, partem capio. *Partior*, *dispertio*, *impertio*, *portio*. Vltima radix est ab Heb. פָּרַס id est, divisit, dirupit. Vel פָּרַר id est, partitus est.

Parco, apud Agell. lib. 3. cap. 19. melius J. C. Scal. libro 1. de cau. L. L. 23. quasi *partem arceo*, id est, contineo, reservo. Hinc *parcuit* apud Festum, Nævium, Nonium. *Parcus*, item *parsimonia*, à *parsum*. Alijs *parcimonia*, à parcus: ut querimonia, à queror: castimonia à castus. *Parca*. Julius Cæsar Scaliger libro 3. poët. cap. 90. *Parcæ* quòd nemini parcant. Nos, quia *parcant*.

Vna

Vna enim tantùm dicitur filum incidere: duæ verò, altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio. Quin illa quoque parcit. Sustinet enim alearum opus, quoad fatorum jusibus pareat. Improbat eos, inter quos Varro, qui *parcam à parsu*. Vna enim parca esset, non tres. *Atropos* ab ἀ & τρέπω: quia mutari non possit. *Lachesis* à λαγχάνω, i. e. sortior. *Clotho*, κλώθω, i. e. circumvolvo, neo. Apulejus in Cosmograph. inter alia sic: Hæc illis conditio, & nominum ejusdem proprietas contingit, ut sit Atropos, præteriti temporis fatum, quod non Deus quidem faciet infectũ, & futuri temporis. Lachesis autem à fine cognominata, quòd etiam illis, quæ futura sunt, finem sui Deus dederit. Clotho præsentis temporis habet curam, ut ipsis actionibus suadeat, ne cura solers omnibus rebus desit.

Parthenius, παρθένειος ἢ παρθενικός, i. e. virgineus, virginalis. *Parthenopipus*, παρθενοπίπος, aut παρθενοπίπης, i. e. ἐπιθυμῶν παρθένης. *Parthenium* nomen herbæ, fœmineo sexui salutaris: unde nomenclatio. *Parthenope*: Silius:

Sirenum dedit una tuum memorabile nomen

Parthenope, muris Achelcias, aquora cujus
Regnavere diu cantus, cùm dulce per undas,
Exitium miseris caneret non profuturum nautis.

Parum à παῦρος: item *parvum*, *paulum*. Nota φρόνιμος: parùm optimus. Cic. ad Atticum: parum vir, i. e. mollis. Quinctil. lib. 5. inst. c. 9. Parùm Philosophi sunt. Scalig in Ex, Idem Ex. 167. s. 2: ad Cardanum: Nescis ea, quæ sentis, loqui. Cum dicere velles, *paucitatem*: pro eo vox excidit importuna, *parvitas*. *Parvitas* quantitatis continuæ, & opponitur magnitudini. *Paucitas* discretæ, sive numeri: opponitur pluralitati. Jos. Scal. in Varr. à παῦρος, est *pauper*, per repetitionem.

Pascelus, ex alutâ sacculus est, Nonius. Græcè φασκώλιον, & φάσκωλος: ut ait Turnebus lib. 3. cap. 11. *Pascelus*, deminutivum *pascelus*: nam idem casus in originando nõ servatur. φάσκωλον à φάσκος: Vnde *fiscus*, *fiscina*:

sicut à χέπω, *biſco*, φάσκω, ab Hebr. לָבַשׁ, induit:

Paſcha. Vtrumque & paſchatis & paſchæ probatur. Illud κατ' ἀναλογίαν Græcam: hoc Latinam, ut *manna*, *æ*. Origo eſt non Græca, à πάσχω, ut monachi cecinerunt: ſed à פָּסַח, i. e. transfilijt, digreſſus eſt. Quod occiſor primogenitorum præterijt ædes Iſraëlitarum ſanguine agni conſperſas Ex. 12. Item פָּשַׁע eſt inceſsit, progreſſus eſt. Hinc eſt βάσις, *paſſus*, paß.

Paſco, unde *paſcua*, pabulum. *Diſpeſcere*, pecus à paſtione deducere, Feſtus. *Impeſcere*, i. e. alio paſcendi gratiâ immittere. *Compeſcere* quaſi in eodem paſcuo continere. Idem. *Paſco* à βόσκω, à βόω: quod idem Heb. אָבַס i. e. ſaginavit paſcendo. Iſa. Caſaub. Aves quæ paſsim paſcuntur, veteres Latini *Paſſales* & *Paſcales*, Græci νομάδας & ἐπαύλιας dixere. J. Cæſ. Scal. c. 25. L. L. Verbum vetus fuit πάω, quod ſignificavit & ſequi, & aſſequi: unde etiam ὁπάων quaſi ὁμῶς, ut ὁπίχεε. Æoles enim & decurtabant, & collebant aſſpirationem: ijdem verò addebant σκω: inde factum eſt noſtrum paſco. Ejuſdem originis ſunt & παύω, παῦσις, *pauſa*: quoniam in pacato, non in hoſtico paſcebant. Vnde & *pax*, *pactum*, *paco*.

Paſſer, avis notiſsima, ſub tecto. Ex illarum numero vox, quæ graviùs mutilatæ. Ex Hebræo, *Tſippor*, צִפּוֹר: quod τὸ pipire, aut ut nos Germani, *Tſpire* paſſeris æmulatur. Apud Hebræos generatim ponitur pro quavis volucri: ut & Latinum paſſer. Ex illo Martialis:

- - arguto paſſere vernat ager.

Paſſere, i. e. ave, quæ vernali tempore undique cantillat.

Patagium, πατάγιον. Dictum, quòd quibuſdam quaſi maculis, & nævis inſperſum erat. πάταγος enim, niſi fallor, eſt morbus peſtilens, quo correpti qui moriuntur, nullum indicium morbi relinquunt aliud, quam nævulos in parte corporis. Quocirca in Gallia vocant *Tac*, hoc eſt, maculam, vel nævum. Ab

Ab ea ſimilitudine à clavulis, qui tanquam nævi in plagulâ ſparſi ſunt, dicitur *patagium*. Apud Feſtum tantùm legitur *Patagus*, genus morbi. Nam ita dictum puto, quia eo ſubitò veluti perculſi & ſtupefacti commoriuntur homines. Joſephus Scaliger in append. ad Conject.

Pateo. paſſum. Vnde *paſſus*. *Diſpeſſis* manibus, à diſpateo ni malis à diſpando. Hebr. פָּתַח, i. e. patere fecit. Priſcum eſt *expatare*. *Patalia* loca, i. e. patentia. *Patales* boves, πεπλατεῖς, quorum cornua patent. Conſule Feſtum, Plautum, Athenæum lib. 9. Iſaac. Cauſabonum. A *pateo* eſt *patina*, i. e. vas patulum. *Patella*. Apud Plautum, dij *patellarij*, id eſt, quibus non in pateris, ſed patellis epulæ apponebantur: ut lares & penates. Ovid. in Faſtis:

Fert miſſos Veſtæ pura patella cibos.

Varro: Oportet bonum civem legibus parere & deos colere, in patellam dare μεγὴν κρέας. Lipſius ad 15. annal. Tacit. Joſ. Scaliger in Conject. Satis notum eſt à Græco origine n trahere *Patinam*. Nam ut à κόπτω, *Catinus*: ſic à πατάνη, *patina*. Eubulus Comicus apud Pollucem & Athenæ.: καὶ πικτὰ Σικελικὰ πατάνεια σωρεύματα. Plautus Menæch: ad verbum videtur eum verſiculum tranſtuliſſe, act. 1. ſc. 1. Tantas ſtruices concinnat *patinarias*. Tamen in nonnullis legitur, βατάνια. Vnde etiam Latini *batillum* fecerunt.

Pater, πατὴρ. quaſi πατητὴρ. Verius è ſanctâ linguâ ducitur. Ibi eſt אַב. Chaldæis & Syris Abba, אַבָּא: Arabibus, Aba. Inde vulgatum *Abbas*. A rad. אָבָה, i. e. voluit, affectum & propenſionem habuit. A quo fit etiam *Atta*, ἄτταν, apud Feſtum. Ita enim ſenem honoris cauſâ appellamus, eum avi nomine dignantes. Ab *Abba* ſeu *Atta* eſt *Otto* & *Otilia*. Lutherus confirmat: Sine dubio per Latinos omiſsâ aſſpiratione (ſicut aliàs ferè ſemper faciunt) pro *Hetto* ſeu *Hatto* depravatum eſt.

Ergò Imperatores illi tres *Ottones* debent *Hatti* appellari: *Hatto* post *Hatto* regnavit tertius *Hatto*. *Hatto* propiùs accedit ad *Atta*: quo etiamnum Gothicâ seu Geticâ linguâ patrem vocant: & Hungaricâ *Attia*. ἄππα verò est Thessalicum. Vbi quidem satis clara indicia conspicis & originis hebrææ & corruptionis. Sic etiam *avus* est ab ἀββᾶ, אַב: *abavus*, *atavus*, *tritavus*. Item *avunculus*: de quo J. C. Scal. c. 95. L. L: *avunculus* deminutum est ab avo. *Abba* enim avum appellabant: item patrem & patris, ac matris fratrem. Illi igitur cùm *patrui* nomen quasi alterum patrem attribuerunt, matris fratrem, quasi remotiorem, pusillum avum appellârunt. *Papa*, πάππα, ab Hebræo iterum, si geminetur אַב אַב. Vox est filiorum patribus blandientium. Nam & Syracus. & Bithyn. πάππας est pater. Inde *pappas* apud quosdam, ut apud Paulum Melissum. Sed & πάππος communiter apud Græcos significat avum. Inde *Papus*, antiquè, i e. Pater. Παππάζω verbum. Iliad. θ. δὴ ἔτι μιν παῖδες ποτὶ γέ-

νασι παππάζουσιν. Aristophani παππάζειν est παιδεύειν, *Papissare*, quod est, more infantium, blandeque patrem appellare, Vt Rhodig lib. 11, cap. 21. *Pappare* dixit Persius Sat. 3:

Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas.

Item Plautus pro edere usurpavit: quod Germani imitantur. *Pappa* enim est cibus infantilis. Varro apud Non: dicit *Pappas* appellari cibos à pueris: hinc *papaver*, quia *papæ* seu *pappæ* indebatur adversus insomnia. Cæterùm à *Pater*, πατὴρ, & hæc venerunt. *Antipas*, corruptè, pro ἀντίπατρος, i. e. qui loco patris imperat. *Patriarcha*, primus parens seu autor alicujus familiæ seu gentis; ab ἀρχὴ. *Patria*, quia sit patris loco, dum subolem fovet, & tutatur. *Patro*, i. e. patrem ago, seu liberis operam do. Persius Sat. 1. idem innuit:

- - Patranti fractus ocello.

Ad quem Isaac. Casaubonus: oculis in lasciviam resolutis: quales sunt, qui παπλατροῦοι & κλαδαροὶ & ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ Græcis; putres Horatio. Hieronymo quæst. in Gen: patrans

trans voluptas, pro σωφρονικὸς. Inde oculi patrantes. Vulgo est facio, ago. Composita sunt *perpetro*, *impetro*: Vnde *impetratus* & *impetritus*. Et hoc est vocabulum augurale. *Impetritum* quasi *impetratum*, i. e, firmum, stabile, seu in petra fixum, de quo rundam sententiâ. Turneb. lib. 23. c. 11. & lib. 5. c. 18. Glossarium: impetratus, ἱερεῖα. Ad quod Jos. Scal. non planè (inquit) explicavit, sed si dixisset, καλλιέρητος. In sacrificijs, quod litare est, id in auspicijs *impetrire*. Nihil aliud est, quàm *impetrare*. Sic dicebant *artitum*, pro *artato*. *Dolitum* pro *dolato*. A patre est *patrimum*, quod ex analogiâ medium producit: sicut *trimum*, *quadrimum*. Apud Catul. Ep. 1. Qualecunq; quod ô (aut *quidem*) *patrima* virgo, i. e, Minerva, ἐν παπρίοις ἀμήτωρ: Vt docuit ibi Achilles Statius & Jos. Scal. contra Politianum. *Parricida*. J. C. Scalig. cap. 34. L. L. T mutatur in R, si à *patre*, non à *parente*, fit *parricida* Sed hoc plus placet nobis. Vt fit generalius, quasi *parenticida*. Et ita more antiquo *parricida* scribendum. Græcis tamen est πατροκτόνος.

Patior, sicut & πάσχειν, à בָּעַת, i. e. affectus est passionibus. בְּעָתָה est terror, passio animi. Inde *patibulum*, ut à lateo latibulum, Ridiculi, qui *passionis* vocabulum Romanâ tribu amoverunt, censore M. Tull. Cicerone: *perpessionem* in ejus locum succenturiaverunt. Nam levis passio, non potest dici perpessio. Et sanè multa *patimur*, quæ nō *perpetimur*. Quæ cum à Philosopho sint & animo concipienda & verbo declaranda: non damnabit, à verbo patior, analogiam, quæ ab ejus contrario, ago sine calumniæ discrimine ostentatur: J. C. Scalig. Ex. 345. sect. 2. Idem ibidem: Græci πάθος affectum omnem sine sensu etiam intellexere. Hinc συμπάθειαν dixere *communem affectionem* duabus aut pluribus rebus: idque vel manifestò diversis, ut paleæ & electro: vel qualitatibus haut latentibus: ut ferro & herculeo lapidi: similes enim sunt aliquantulùm: vel undecunque apparentibus, ut inter duas fidiculas simul tensas. Latini penitiorem naturam expressere, videlicet *sensus* addito vocabulo. Sympathian,

pathian, *consensum*: antipathian, *dissensum*, interpretati sunt. Illud satis rectè: Antipathian neque rectè neque plenè. Aliud enim est dissentire, aliud contrà sentire. Cicero συμπάθειαν continuationem, convenientiamque naturæ miris atq; efficacibus verbis. Nam tametsi disita sunt magnetis & ferri corpora: tamen in ijs ita natura continuatur, ut etiam conveniant in unum. Amicitiam rerum vocat Plinius in proœmio 20, sympathian. In 37 hanc concordiam: illam discordiam. Quæ vocabula plus etiam designant, quàm consensus & dissensus. Addunt enim *Cor*. In 32. repugnantiam maluit antipathian. Omnino Græcæ voces minùs satisfaciunt. Vt acutiùs cõsideranti mihi magis placeat, *assensum* dicere, quàm consensum.

Paulus est nomen Græcum; παῦλος significat quietum. Augustinus de spir. & lit. cap. 7. ut: Paulum hoc nomen elegisse, ait se ostenderet parvum, tanquam minimum Apostolorum, ad reprimendam superbiam &

extollendam DEI gratiam. Quin & ipse Paulus fuit corpore parvo, & contracto, & quasi in curvo, atque paulatim inflexo, facie candidâ; oculis multa inerat gratia: teste Nicephoro, lib. 2. cap. 37. Itaque erit à παῦρος, παρ' ἀνάπτοιχον. Primasius: *Paulus*, id est, pusillus & ultimus. Ex *Saulo*, *Paulus*, sicut ex *Abram*, *Abraham*. Isidorus: Ego sum minimus Apostolorum omnium. Quando enim *Saulus*, superbus, elatus; Quando *Paulus*, humilis & modicus. Ideò sic loquimur: *Paulo post* te videbo, id est post modicum. Quid? quòd ipsemet modicus jam factus ita loquatur. Ego sum novissimus Apostolorum: Et alio loco se minimum Apostolorum nominat. Alij ab Hebr. פָּעַל, i. e. operatus est expoliendo, confecit. Paulus enim ita de se: Plus laboravi.

Pauper. Varroni lib. 4. à *paulula re*: sicut *miser*, à minus, cui cum opus est, minùs nullo est. Et Josephus Scaliger: *Pauper* à παῦρος, Primâ reduplicatâ.

Pax,

Pax. Terent. in Heaut: Dum argentum capio, *pax*, nihil amplius. Quid sit, eleganter docet Jos. Scalig. in Auson. lib. 1. *Pax* semper interponebatur ad interpellandum, vel truncandum sermonem, ut licet colligere ex Plauto, infinitis propè locis. Qui enim admirantis esse dicant, mihi non persuadent: & cùm id mirer ab illis dici, eo tamen non utar in illa admiratione. Sed consulant Plautum, qui toties eo usus est. Quin, quod magis admirentur, non est vox Romana, sed Græca: eaque utebantur, cùm sibi silentium imponebant, apposito ad os digito. Atq; id ita esse, vero vincam ex Diphilo, cujus hæc verba sunt:

Δεινοῖ τε καπάδυς πᾶς δοκεῖς; λακωνικῶς
Ὄξυς δὲ κἠύλλω. πάξ. τί πάξ;

An non satis constat tùm Græcum esse, tum etiam silentij esse, non admirationis? Cum enim sibi silentium imponebant, tanquam ulteriùs sermonem procudere vererentur; aut cùm, quæ

dicta erant, indicta vellent; aut cùm ex sermone præsentes dimitterent, tùm πάξ dicebant.

Hesychius:

πάξ, ἐπὶ τοῦ τὸ τέλος ἔχειν.

Pecus, à πίκος, πόκος, id est, Vellus: à πείκω, seu πίκω: unde & pecto: πεκτὸς, id est, *pexus*. *Pecten*. *Pectus*: qui à percutiendo dictum existimant, illo fortè Plauti: Pectus pulsat, credo cor evocaturus est: falluntur. Ob similitudinem enim, quam cum *pectine* habet, in sceleto vides, ita appellatur. Costæ siquidem dentes repræsentant. Sed ad *pecus*: de quo Julius Cæsar Scaliger c. 25. Lat. Ling. πόκος Homero fuit lana: quo nomine nunc etiam fasciculum certum, sive pensum vocant in Italia alicubi: sed genere fœminino. Itaque à lanâ vetusta vox πέκος. Idem cap. 10. & 17. lib. 1. poët: Apud Verrium Flaccum scriptum fuit, veteres πίσκη pelles appellâsse. Lucilij versum in originibus recitavimus: in quo *Pescia* significat tergus pecuinum, quo pro amiculo usi essent.

Eam

Eam vocem posuimus in Satyris nostris. Et *pescia* dicta legimus in carmine Saliari. *Decus* nostrum inde; unde & Græcis πόκος, lana. Quin aliquibus Italiæ locis *poeam* vocant lanæ certum pondus. Jos. Scal. in Conject: Dubium non est, *pecudes*, quod tonderentur, πεκτόδας dictas. Vnde πόκος apud Græcos, vellus apud nos remansit. Latini verò *pecudes* potiùs, quam *pocudes* dixerunt more suo. Cum & *Apellinem* pro Apolline dicerent: item temperis & pigneris, & elera pro olera. Vnde *Elüel* olera minuta & *elueola* vitis, quæ herbacei coloris esset, Titinnius: Lenti calido *eluela*, rapula, rumices. Sic etiam *hemonem* pro homine. A *pecus* est *pecoare*, inquit J. C. Scal. c. 31. L L. Geminatur C, *pecus peccare*: non, ut Grammaticorum ineptiæ, *pedem capere*. Etenim per vitia, aut peccata degeneramus in pecuinam quasi indolem. Quāvis alij malint ducere à פָּגַר i. e. metam transgressus est: sicut ἁμαρτάνω est à מָרַר. Quin & Hebræis pecus est בְּקָר i. e. pecus, armentum, bos. A *pecu* est *pecunia*. Sub. intelligatur *Res* vel quid simile. A pecu enim formatur *pecuinus* & *pecunius*. Ita Germ: quoq; vetusta *Fiu* vocat pecuniam à *Fio*, id est, Viehe. Nam veterum divitiæ consistebant in copiâ pecudum, nec non moneta pecudis effigie primùm notata fuit à Servio: aut à Jano, ut censet Macrobius. Plin. lib. 18. cap. 3. & lib. 33. cap. 3. Apud Athenienses numi figurâ boum signati fuerunt. Ex quo Proverb: apud Pollucem: βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν, i. e. bos per linguam inambulavit. *Peculium* ejusdem est fœtus: item *peculatus*, id est, furtum pecuniæ publicæ, *Depeculor*, penult. longâ, id est, aufero proprium.

Pedo, id est, crepitum ventris emitto, à βδέω: aut verius à πέδω, elisо R, ut distinguatur à *Perdo*. πέδω est factitium ab imitatione istius soni indigni auribus honestis. A *pedo* est *podex*: sicut à πέδω, ποδὸς. A *pedo* faciunt nonnulli *pedor, pedidosus*: alij à παῖς, παιδὸς, & scribunt *pædidosus*. Illi magis placent. Nam & usurpatio autorum & significatus, & deniq; analogia me commovent. Vt enim à *cano, canor*: à *Vireo, viror*: ita à *pedo, pedor, pedidosus*. Aliud verò est pedicosus: de quo suo in loco.

Pegasus, πήγασος: equus Persei alatus, ita dictus, quòd juxta fontes Oceani natus fuerit, & fontem ungula elicuerit. πηγὴ fons est: Vnde & *pagus*, de sententia quorundam: aut à πήγνυμι: de quo alio in loco. πηγὴ resipit Hebr. פָּכָה id est, defluxit copiosè, instar rivi, seu fontis: Ab eodem e quo nominatur *Hippocrene*. Perfio fons *caballinus*. κρήνη, *crena*, fons est. Ab Heb. קוֹר, fodit fontem.

Pellex. Valla l. 6. c. 48. Agellius l. 4. c. 3. quasi πάλαξ, ἡ παλακὴ, id est, puella, juvencula. Verius ita: *Pellicere*, usu Latinorum, verbum est amatorium nihilque aliud, quàm in amorem, seu, ut Festus ait, in fraudem sensim perducere. *Pellecebræ* sunt delinimenta meritricia, ἀγκάλαις ἑταίρας, ut ille ait, & suaviludijs incautos animos irretientia. Vnde ipsæ meritrices *pellices*: ut ab illicio illices. πάλαξ verò ab Heb. פִּילֶגֶשׁ pellex.

Pelasgi: Alijs quasi πελαργοὶ, quòd more ciconiarum vagati sint. Alijs à πέλας & ἄγω. Alijs ab Heb. פָּלַח. Vt significet gentem variè dispersam, & ab alijs quasi avulsam.

Pelicanus, aut rectiùs *Pelecanus*: quia πελεκὰν & πελεκᾶς. A πέλεκυς id est, securis. A פָּלַח id est, discidit.

Peloponnesus, nobilissima regio Græciæ, mari Jonio & Aegæo intercluſa, per Isthmum reliquam adhæret Græciam: πελοπόννησος, olim etjam ἀκτὴ κατ' ἐξοχὴν πελασγία, Apollodoro & Plinio testibus. Eustathio ἄρχης: Stephano ἀναχία. Dicta, quasi *Pelopis insula*: quod ab illo condita, aut exculta sit. Jonibus πελοπόννησος: quibus τιμήσεις ejusmodi amicæ. νῆσος est insula. *Pelops*, πέλοψ. A πελὸς & ὄψις: aut potiùs ab ὄψ, ὀπὸς. Dicimus enim Pelops, Pelopis, Pelopi. Ab ὄψ i. e. vox, sonus, fit μέροψ. Merops: epi-

HBO Digitalisierungsprojekt

che-

theton hominum; ut quorum lingua confusa aut divisa sit: μείξαμα, μέρος.

Pelta, πέλτη, scutum exiguum. Ab Hebræo פְּרוֹת i. e. scuta brevia, in modum lunæ.

Pendeo. Pensum est manipulus lanæ, aut lini, aut canabis, è colu pendens. I. C. Scal. lib. 6. poët. c. 4. pondere omnia deorsum vergunt: unde & *pendere*. *Pensile*, quod pendet. Item *pendo, expendo, rependo, expensæ, impensæ*, & cætera ad istud caput revocantur.

Penes. I. C. Scalig. c. 153. L. L. Vnam tantùm invenio, quæ solius quietis nota sit, ea est *Penes*. Significat enim potestatem immobilem ab eo, cujus est. Itaq; maximè substantivum verbum sibi vendicavit. Hæc ille. Quod etiam etymon ingerit. *Penes* enim, ut & *Penitus*, ab Hebræor. פְּנִים i. e. penes, ἔσω, interiùs, in loco interiori. Quod penes te, non est extrà, aut externum; sed intus, ut quasi possideas, aut firmè teneas. *Vlpianus*, penes te ampliùs est, quàm apud te. Nam *apud te* est, quod qualitercunq; à te tenetur. *Penes te* est, quod quodammodo à te possidetur.

Penates (inquiunt) quasi *penes nos nati*: vel quasi *penites*; quòd *penitissimi* dij sint, & proprij. Cicero 2. de Nat. deor. Vel à *penu*: vel quod *penitus* insident. Rectiùs ita colligimus. *Penus* ex eodem isto Hebræo, est quidquid reconditur in usum aut esum: quidquid in cella, vel alio loco interiori asservatur, πρὸς τὸν οἶον. Et ita *penus* est interior, vel qui intus, vel abstrusus, non omnibus obvius, sacer. Quod *Penitus*, deductum satis arguit, ut jam dicetur. Vt ergo à magnus, magnas, magnates: à primus, primas, primates: sic à *penus*, *penas*, *penates*, i. e. dij interiores, vel penitissimi, absconditi, qui in locis secretioribus colebantur: unde etiam *penitrales* dicti poëtis. Et Festus *penitralia* esse ait, penatum sacraria. A *penus* verò *penitus*: ut à cœlum cœlitus, ab humanum humanitus. A penitus est *penitro* h. e. interiora accedo. Item *penitrabile*, quod penitrari quit. *Penitrale*, locus interior, aut semotus. Dicimus & *penetro* & *penitro*: ut meretrix & meritrix: ut genetrix & genitrix: usu veterum, quibus ἀνταναγνὴ illa familiaris.

Pen-

Pentecoste, πεντηκοστὴ id est, quinquagesima. Generatim ponitur, aliquo tamen subintellecto. Nobis *Pentecoste*, est quinquagesima dies à resurrectione Christi. πεντηκοστὴ sc. ἡμέρα. In linguâ Syror. est בַּנְטִיקוֹסְטִי Pentikusti: è Græco, quod à πέντε, quinq; Ita dicitur *Parasceve*, παρασκευὴ, à præparatione. Penultimâ longâ à σκευάζω, σκευόω id est, vasa paro, instruo, adorno. σκεῦος vas, instrumentum. Ab Hebræo זָרַה: à quo, sed difficiliùs, etiam Lat. *Vas* i. e. scrinium, cista, vel vas quodcunq;, in quo aliquid reconditur, si e reponitur. Simile apud Heb. est & שָׁכַן.

Penuria, à penore qui trahunt, nimium sibi indulgent. Priores duas Virgilius producte:

- *penuria adegit edendi.*

Est autem à πεῖνα i. e. fames, defectus. πεινῆ, πεινάω, esurio. Igitur nec per *OE* nec per *AE* prima scribitur verè.

Pepo, πέπων, species est cucumeris. Nam qui solitam magnitudinem attingit, *Pepo* vocatur, Plinio: adeoq; dicitur ἀπὸ τοῦ πεπαίνεσθαι i. e. matureſcere. Alioquin est πέπων adjectivum, i. e. coctus, maturus. πέπτω est coquo. *Batecha*, i. e. melo apud Avicennam, est ab Heb. אֲבַטִּיחַ pepo, genus cucumeris.

Pera. πήρα, πήρη i. e. saccus, pera: πηρίδιον. Vnde & *perula*.

Persius:

- - *peronatus* arator.

A *pera* composuit Plautus festivè *perenticida* imitatione parenticidæ.

Peristera, περιστερὰ i. e. columba: περὶ τὸ περιστᾶσθαι ἐρᾶν. Apud Heb. *Jonas* nomen accepit ab illa ave. Etenim יוֹנָה, i. columba, quæ naturâ sit tristis, & exposita prædæ. A quo rectiùs οἰνὰς, quàm ab οἰνόω. Rad. est יָנָה i. e. afflixit, molestavit, contristavit. Ex quo provenit haut dubiè Græcorum ἀνία, ἀνιάω, ἀνιάζω. Aut ab עָנִי i. e. miseria.

Perna, πτέρνα, ἀπὸ τοῦ πατεῖν τὴν ἔδαν. Hinc *compernes* Plauto nominantur homines genibus plus justo conjunctis.

Pernix, vulgo à pernitor. Ab Heb. *Nitor*: נִשְׁעָן, nisus est:

T pro S, ut solet. Quasi ita pernix sit laboriosus, veluti exponunt, qui valdè nititur, aut conatur. At *pernix* πνελὸς est celer, velox: scilicet à celeritate aut impetu volatus. πλεῦν, πλέυξ est ala: πλεύμων & pennatus, ad volandum instructus.

Virgil:

-- Pernicibus alis.

Vt Statius:

-- Præpetis alæ.

Plaut. Mil. pernix sum manibus, pedibus mobilis.

Perperam, plerumq; capitur κατὰ ἀξιοπιστίαν. *Perperus* Nonio est indoctus, stultus, rudis, insulsus. Alijs, & quidem rectè, levis, temerarius, qui hinc inde volat. Idque ex Græco πίπτειν, qui quovis vento circumagitur; ceu περιφόρος, à περιφέρω.

Perpes, præpes. E lib. 6. Agellij c. 6. colligitur, quod *præpetes* aves sunt, quæ prospere rius prævolant, & quæ sublimiùs: quibus opponuntur *inferæ*. Antiqui *prepetere* dicebant pro anteire. Et *præpetere* aves dicuntur, quæ se ante auspicantem ferunt. κατάπτης, malè volans. ὠκυπέτης, celeriter volans. πτοάτης, prævolans. *Præpetes* itaq; sunt à πρόπτεω, secundùm Turnebum i.e. à prævolando: qui annotat, easdem quoq; *magnas* aves vocari: ut apud Plaut. in Rud. Vt ita non sine causâ Apollinaris Sulpitius in dicto Agellij cap. dixerit, *præpetes* sibi videri esse alites, quas Homerus πανπλέιγυας, expasis alis volantes appellaverit: quoniam istas potissimùm augures spectarent. A *perpes* est *perpetuum*. J. C. Scal. in Theo. de pl. *perpetuum* est augurum vox, quoties volatus non intermittitur: Vt sit διαπτεώς: *Penna*, antiquè *pesna* Festus. πτερὸν, πλερὸς: Aeolicè πλέρος, & elisò τ περνὸς: Vnde *penna*, quia sit volucrum propria.

Persia, nomē propriū gentis ac regionis in majori Asiâ. A Rad. פָּרַס i. e. divisit, dirupit, dilaceravit. Vt ita *Persa* significet militem, virum robustum, qui omnia devastat & rapit instar accipitris, qui Judæis est פָּרֵס ab eadem Radice.

Persona J. C. Scal. c. 73. L. L. Sanè intelligitur status hominis ab animo, aut fortunâ. Neq; verum est, quod ajunt, significare individuam substantiam rationalem, ut vulgò utuntur, cùm Itali numerant turbam nomine personarum: sed accidens notat, ut servum, liberum, ingenuum, heroēm, senatorem, fæneratorem, militem. Itaque cum definimus, ab Animo, Virtutem & vitia comprehendimus: cum fortunam, libertatem, dignitatem & contraria. Sic enim semper locuti sunt probati autores. Nam M. Tullius in 8. ad Att. in Ep. ad Pompe: cum dicit: mea persona ad improborum civium impetum semper habuisse videtur aliquid populare: non intelligit suum corpus simpliciter, sed virtutem, ac fortunam suam, quæ meritorum nomine jam commemorat. Itaq; in 1. Rhet. loca à personis explicat, nomen, naturam, victum, habitum & alia ejusmodi. Et in orat. pro Sylla sic locutus est: Si mihi propter res meas gestas hanc imponis personam. Cùm dixit, mihi: intellexit substantiam: cum dixit, Personam: intellexit accidens: cum dixit, res gestas, intellexit causam personæ, & circumscriptionem. Et, sustinere personam boni viri: & sustinere, idem alibi sæpe dixit. At neq; suscipit substantiam, neq; mutari potest, sine interitu. Igitur idem est, si dicas, persona Ciceronis: & status Consularis. Sic enim ad Atticum scribens, cum negat esse è dignitate consulari, dicta quædam jacere in Clodiū, possis interpretari, non pertinere ad personam ejus. Eadem de re agit Valla l. 6 El. c. 35 Apud Agellium l. 5. c. 7, formatur à *personando*. Sed nihil est. Rectè idem Scaliger l. 1. poēt. c. 13. Dictus est habitus is fictus, qui verum imitatur: non quemadmodum Agellius refert, à *personando*. quia cætera tectiora tantùm aperta essent, unde vox exaudiretur. Sed quod erat περὶ σῶμα.

Pes, πούς, ποδὸς: planè ex Heb. בּוּס, concussavit: pedibus. *Pedale*, πεδάλιον, à pede. A quo *pedum*. J. C. Scal. l. 1. poēt. c. 4. habebant ad manum baculum pastoralem, quod Latini *pedum* ab usu consistendi atq; adhærendi: Græci καλάβωπα, & à venatione λαγαβόλον vocant: etjam κορύνη dictum à clavæ specie, quam præ se fert crassitie

sitie capitatâ. *Pedarij* cur olim senatores fuerint dicti, exponit Agell. l. 3. c. 18. vel quòd sententiam in senatu, non verbis dicerent, sed in alienam sententiam *pedibus* irent. Vel quòd, utpote qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus irent in curiam. Contrà Varro etiam equites quosdam dicit *pedarios* appellatos. *Polypus* πολύπους: *Tripes*, τρίπους. *Compedes pedica*, πέδη. *Pediculus* à multitudine pedum, κατ' ἐξαίρετον. *Pediculosus* & exemtis duabus, *pedicosus*, ut tenebricosus: aut hoc sit à *pedes* i. e. pediculi. Aliud est *pedidosus*, seu, quod malunt, *pædidosus*. de quo ante. *Peda*, indicium vel nota pedis, ἴχνος. *Pedamen*, *pedamentum*, i. e. fulcimentum, quia fungatur pedis officio. *Pedisequa*, quæ pedes sequitur, & comitatur heram. *Decempeda*, pertica decem pedum, δεκάπους. *Decempedator* apud Tull. Cic *Repedo*, pedem refero. Igitur motui cœlestium, aut aliorum admodum κατὰ παχέων tribuitur. *Impedio*, *prapedio*, *expedio* à pede. *Calopodium*, καλοπόδιον, καλόπους forma

pedis lignea. *Lagopus*, λαγώπους, pes leporis. *Antipodes*, ab ἀντὶ: In Glossario veteri ἀντίποδες, *Adversipedes*. Cic. 2. Acad. qui adversis vestigiis stant contra nostra vestigia. *Melampus* à nigredine pedum. Nomen, & canis, & Medici; à quo *melampodion*, quod ille multùm usurpavit. *Agrippa* ab ægris pedibus. Si Agellium audis l. 16. c. 16: Quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exiterant, qui partus difficillimus, ægerrimusq; habetur, *Agrippæ* appellati vocabulo, ab ægritudine & pedibus. Glossar. Agrippa, ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθείς. *Apes* ab a & πούς, quòd sine pedibus nasci videantur: ut Virgil.

Trunca pedum primo - -

Oedipus λαὸ τὸ οἰδήματος τοῦ ποδὸς, i. e. tumore pedum, ut Euripides vult. Et Seneca: Forata ferro gesseras vestigia, tumore nactus nomen, ac vitio pedum. *Propè* quasi *pro pedibus* (ait J. C. Scal. cap. 157. L. L.) Ita Græci loquuntur, πρὸ ποδῶν. Græcorum ἐγγὺς à נגש, prope venit. At à *propè* facta est *propter*: sicut

sicut ab *In*, *inter*: à *sub*, *subter*. Est propriè quod *Juxta*.

Lucret:

Tum portam propter ahena Signa.

Idem: *propter* aquæ rivum. Cic. 6. Verr. propter est spelunca quædam.

Ovid:

Propter humum volitat.

Plautus: stat *propter* virum. Et Virgilius, cùm dixit,

Athesim propter amœnum:

sincero rectoq; significato usus est. Cùm autem nos referimus ad usum causæ finalis, translato utimur significato. Quoniam finis cohæret actioni: movet enim nos. *Pro*, πρὸ, cùm multa significet, id habuit genuinum, ut vices indicaret. *Pro* Milone dixit Cicero, i. e. obijt munus, quod Milo debuerat exequi. Fuit ejus, & origo, & usus à Græcis. Nam tametsi frequentiùs significat, *antè*, τὸ πρό; tamen apud Herodotum in Polymnia legas etiam, πρὸ στρατιᾶς; sicut nos *pro* castris & *pro* patriâ pugnare. J. C. Scaliger c. 127. L. L.

Pessum quid propriè? Non retrorsum, quod volunt, aut sub pedibus: sed infrà, aut potiùs βαθύτερον, funditus. Nec

pessumdo est propriè calco pedibus: sed tollo funditus, aut in fundum, βυθὸν, præcipito. Quod Cicero ait: funditus everti, id est pessumdari. Oritur à βυσσὸς pro βυθός. Latini enim lubenter P pro β recipiunt; ut notavimus. Et quod Latini dicunt: pessum ire, Græcis est εἰς βυσσὸν χωρεῖν. Nec difficilis ἐτυμολογία videtur, si *fundum* à βυθὸν ducas: Nempositio, more Latinis tam familiari, ut toties monere pudeat. Inde *profundum* i. e. τὸ βυθὸν: item fundamentum, id est, quod in fundo, aut quod subjacet. De *fundo* alterius significationis, suo loco.

Pestis: quidquid noxium & lethale est, id pestis nomine solet appellari. Hinc *pestifera* auspicia, quæ mortem portenderent.

Silius:

- - *Vulcania pestis.*

I. e. ignis παντολέτωρ.

Lucret:

Discidium ut nequeat fieri sine peste malorum.

Peste i. e. noxâ aut exitio. Lucan:

Alliciunt gelidas nocturno tempore pestes

I. e. noxas, κήρας, vel etiam morbos illos, ut idem alibi

- - *Fluidæ contagia pestis.*

Est autem πεφὸ τὸ πεσεῖν. Aut à pessum: ut ita pestis sit, quod funditus tollit. A *pestis* est *pestilitas, pestilentia.*

Petasus, πέτασος: à πετάω: vel πετάννυμι, quod est extendo. Inde *Petasites* herba ab usu in æstu, ob foliorum latitudinem, cognominata, πετάω à פָּרַח, quod assonat.

Petauristæ, mechanici dicti sunt, quia in machinâ vel rotâ trajiciebant se desperatâ audaciâ. Est autem πέτορον, seu πέταυρον, tabella, pariet: affixa, ad quam vespere gallinæ se volatu recipiunt, ut pernoctent: quia membranici isti ad rotam illam se saltu subjiciunt, propterea πεταυρεῖσαι dicti. A πέτομαι.

Petoritum, & Gallicum vehiculum esse, & nomen ejus dictum existimant à numero 4. rotarum. Alij Oscè, quòd ij quoq; *Petora* vocent quatuor. Quidquid sit, ab Aeolensibus traductum est. His πίτυρες est quatuor. Tarentinè πέτυρα. Communiter πέτορες. Post Jonicè πίσυρες. Doricè πίτυρες Æolicè πέσυρες, & posthodum πέτρες. Inde *petoritum*, & pe-

torritum. Itaque non est à πίτυμαι. Festus. Agell. lib. 15. cap. 30.

Petra, πέτρα. Et *Petrus*, πέτρος. Rustici olim *petrones* dicebantur, ab asperitate petrarum: qui & *rupices* à *rupibus*: item *Varrones* à *varris*, qui stipites sunt non dolati, præduri & enodes. *Lampetra* à *petris lambendis* dicta: Ausonio *muscela.* Alijs anguilla exos.

Phædra, item *Phædria*, à φαιδρὸς i.e. hilarus, excitatus. Græcum ab Hebræo פָּרַח, hilaravit, delectatus est.

Phago pro edace, apud Flav. Vopiscum. Græcis φάγος i. e. vorax. πυμφάγος, qui omnia vorat. οἰσοφάγος, œsophagus i. e. meatus à faucibus in ventriculum, per quem alimenta descendunt. Verbum est φάγω, φήγω ab Heb. בָּגַד i. e. comedit, cibos lautiores. Quanquam verbaliter non usurpetur. *Fagus*, inde & φηγὸς, quia olim glandibus vescebantur. Item *fames* i. e. edendi appetitus. *Famulus* minister cibi seu *famis*, aut qui alitur. At *famul* Oscis servus est, inquiunt alij. Vnde *famu-*

famulus. Hoc verò certum, quòd *familia* sit à famulo. Cicero pro A. Cecin. *Familiam* intelligimus, quæ constat ex servis pluribus, quoniam unus homo *familia* non est. Seneca lib. 6. Epist. 47. Ne illud quidem videtis, quàm omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint: dominum *patremfamilie*, servos *familiares* appellârunt. Confirmat id Plautus Epid. act. 1. sc. 1. & Amph. act. 1. sc. 1. advenisse *familiarem* dicito.

Phalanx, φάλαγξ. Julius Cæsar Scaliger cap. 10. 1. poetic. φαλὸς palam significat. Vnde Latini *phalanges*, ligna teretia, quæ subducendis navibus, deducendisque subdebantur. Josephus Scaliger: *planæ* dicebantur tabulæ planæ: ob quam causam *Planci* appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt. *Plancus*, πλατύπους: à phalanx, Græco. Idem in Con; *Plaustrum* à palando, quod extendere significat, quasi *palaustrum*: ut plancæ, quæ prius *palancæ*. *Palancæ* seu *palangæ* sunt, quas Græci

φάλαγγας vocant, quibus subducuntur naves. Sed redeo ad *palus*. Cic. in orat: Verba sæpè contrahuntur, non usus causâ, sed auritum. Quomodo autem vester *axilla*, *ala* factus est, nisi fugâ literæ vastioris: quam literam etiam è *maxillis*, è *taxillis*, & *vexillo*, & *paxillo* consuetudo elegans Latini sermonis evellit? Julius Cæsar Scaliger cap. 31. de c. L. L: Non ab *ala axilla*: sed ab *axilla ala*, extritâ, ut ait Cicero, elementi vastitate. Sic enim censuit M. Tullius: *Vebo, vexi, vexum, vexulum, vexillum*, & κατὰ συγκοπὴν, *velum. Ago, axo, axa, axula, axilla, ala. Masso, maxo, maxa, maxula, maxilla, mala.* Vnde μασσητῆρες. *Pango, paxo, paxus, paxillus, palus.* Vt non parùm errent, qui ab *ala*, putent *Axillam* deminutum duci. *Axo* autem & alia, sic sunt dicta, ut *faxo, graxo.* Idem c. 28. SS transeunt in X, nostrum μασσάω *maxilla*: nam *Mala* per syncopen curtatum fuit. Hæc Cicero & Scaliger. Quorum purpuræ liceat etiam nostrum assuere pannum. Ante omnia pluscultum causæ aliquis requirat, cur eo modo ista prædicen-

tur contracta: *vexillum*, *velum*: *axilla ala*. Nam aures ferre posse, usus testatur quotidianus. Et ubi *vexillum* pro *velo*: *paxillus* pro *palo*: *maxilla* pro *mala* & contrà ponitur? Sed enim nominetur è Latio unum περισύλλαβον, cum L L in penultimo, quod non sit deminutum. Immò ista est illorum quasi nota. Vt *Catus*, *catulus*, *catellus*: *Mactum*, *mactulum*, *mactellum* & *macellum* hodie: *Castrum*, *castrulum*, *castrellum*, & *castellum*: *Paucum*, *pauculum*, *paucillum* & *pauxillum*. Ita etiam, *vexum*, *vexulum*, *vexillum*. *Velum* & *velare* ab Hebræis פָּלָא, velatus aut tectus fuit. *Axa*, *axula*, *axilla*: quanquam ala & axula non ita trita. *Axilla* verò aut *axula* ab Hebræo אָצִיל quod idem. *Ala* à Græcorum ἴλη, ἴλα. Ab *ala* *ales*: ut πλερόεις & πλεσὸν, per syncopen, quasi πλεσὸν, à πέτομαι: quod, ut & ἵπτασθαι, ab Hebræis עוֹף, volavit.

Maxa, *maxula*, *maxilla*. *Maxa*, à *mazo*, *masso*, μασσόμαι & ματτύομαι. Vt à φάσις, μασσάζω, *mastico*: verbum auperum ac novitium.

Μασσάομαι ab Hebræo מָצָה

Paxus, *paxulus*, *paxillus*. *Palus* autem ab Hebræo בּוּל, id est, palus, ramus ex arbore. A palus non est *pessulus*: sed à πάσσαλος, id est, clavus ligneus, à πήσσω. Pessulus itaque non est Deminutum. A בּוּל verò fit Latinorum *fulcio*, id est, palis sustento, ut domus solet. *Fulcrum* non est propriè, quo lectus sustinetur: sed multo generalius, id est, quo aliquid erigitur aut sustinetur. A *fultum*, *fulcrum*: ut ab involutum involucrum: à lavatum lavacrum. Item à *fultum fulmentum*, ut à motum momentum, ut à fotum fomentum.

Phantasia, φαντασία. Julius Cæsar Scaliger de plant: Phantasmata, quæ si per vos licet, Latinè dicemus, *imaginacula*. A φαίνω, φάος, Hebræo יָפַע, id est, fulsit, Plutarchus in placitis Philosophorũ de sententiâ Chrysippi φαντασίαν, φαντασὸν, φαντασικὸν, φάντασμα ita distinguit. φαντασία est affectio in animo, quæ & sese efficiens ipsam ostendit. Ciceroni visum est. φαντασὸν est id, quod ciet phantasiam. Quali a sunt omnia, quæ animo per sensus se offerunt. φαντασικὸν, inanis quædam species distrahens animum. φάντασμα, ad quod animus attrahitur specie illâ inani, & hujus motu, cum videre sibi aliquis videtur id, quod reipsâ nihil est. Vt Euripideus Orestes. Itaque illum soror quiescere jubet: ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν, οὐδοκεῖς σὺ φῶτα; nihil vides eorum, nosse quæ putas.

Pharao, פַּרְעֹה, id est, homo multis privilegijs & immunitatibus gaudens, exemtus jure communi: ex quo sine omni dubio est nobis usitatum *Baro*, etiam Germanorum assensu. Radix est פָּרַע, id est, privilegio affecit, liberum reddidit, feriatus est, ut liberè & sine jugo, aut absque labore vivat. Inde aliquis non ineptè quoque derivet Latin: *privus*: nisi Julij Cæsaris Scaligeri etymon malis: item Germanic. Frei. Literæ enim tanquam materia, & significatio, tanquàm forma assentit.

Pharmacon, vox media: Agell. lib. 12. cap. 9 si in salutem, quasi φέρων ἄκος: si in exitium, quasi φέρων ἄχος: ex quò fluit etiam *acbates*, gemma, quæ mærorem & curas abigit.

Phaselus, ab urbe Dorum, quæ φάσυλις est dicta: ut quidam suspicantur.

Philomela, quia avis φιλεῦσα τὸ μέλος. Eâdem causâ dicitur ἀηδὼν, ἀηδὼν: ab ἀείδω. Vt & *Luscinia*, quasi *Lucinia*, quòd pe petuò cantet & luce & tenebris. A potiori, id est, à *Luce*, fit agnominatio. Luculentè Plinius: Primùm tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta Musicæ scientia modulatus editur sonus. Et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur concisо, copulatur intorto, promittitur, revocatur, infuscatur ex inopinato. Breviterq; omnia tam parvulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit, &c.

Sed quare penultima in *Philomelâ* extenditur? Imitatu Græcorum fit, quibus E ante A liquidam interdum etiam producitur. Sic Homerus ipse aliquando fecit. ut:

--- μέλος ἄειστε: ε longo.

Etiam Persius:

Cantare credas pegaseium melos.

Scazon enim est. Angelus Politianus, Jocundus Veronensis & alij substituunt *nectar*. Sed illud in vano, aut levi habeamus. Quid enim *cantare nectar*? Satis impropriè. Apud Virgilium:

Nunc te Bacche canam - -

est idem, quod describam, aut de te & tuo dono canam, Qualis ἐξήγησις non quadrat ad illud Persianum. Melius igitur *melos*. *Cantare pegaseium melos*, id est, ita dulce, aut eruditum, quale sonant Pegasides. Et quid ultrà laboremus? Homerus Græcorum princeps omnium præivit: & prisca chirographa ubique τὸ *Melos* habent: quod illis alteris negatum, qui τὸ *nectar* malunt.

Philyra, φιλύρα, i. e. tilia, quæ nomen dedit urbi Lipsiæ. *Lipa* & *lippa* est tilia Polonis, Bohemis, Dalmatis & alijs. Inde *Lipsia* quoque *Tilietum* eruditis. Nec mirum, linguâ Exoticâ nomen esse inditum. Talia sunt pleraque in nostris oris, facta à populis, etiamnunc accolis: olim incolis, qui secesserunt, nomina manserũt. A Lipsia, est *Lipsiensis*, *Lipsiacus*, analogicè. Nõ Lipsensis, quia Lipsa hodie nõ dicitur.

Phrasis, φράσις, φράζω ab Hebr. פָּרַשׁ, id est, perspicuè exposuit, declaravit aut explicuit distinctè. Ab eo fit etiam *pharisæus* φαρισαῖος, h. e. φραστὴς aut interpres divinæ legis. Matth. 23: ἐπὶ τῆς μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν. Neque nihil dicunt, qui ducunt à פָּרַס, i. e. divisit, distinxit. Fuerunt homines religiosi & ab alijs separati aut disjuncti. Epiphanius: Dicebantur pharisæi eo, quod separati essent ab alijs propter spontaneam superfluam religionem apud ipsos receptam. Phares enim Hebraicâ linguâ separationem significat.

Phrygia, regio minoris Asiæ: *Phryx*, φρύξ. Sumitur pro tardo, incauto. Tritæ sunt paroemiæ: *Phryx* non, nisi plagis, emendatur: Serò sapiunt *Phryges*. Nec dissonat quorũdam originatio. Phrygia, i. e. asinus quiescens seu ignavus. A פֶּרֶא, i. e. onager, asinus: & רָגַע, i. e. rigidus fuit.

Phylacterium, φυλακτήριον. A φυλάσσω. Propriè est φυλακὴ conservatio, tutela, ita enim autores utuntur: & docet origo. Hinc invenies etiam pro vigiliâ, aut excubatione nocturna. In sacris, ἐν τῇ πρώτῃ φυλακῇ. Item, ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ. Jul. Pollux lib. 1. καὶ ὅλη πρώτη φυλακὴς καὶ δευτέρας καὶ τρίτης. Aliqui putant, φυλακὴν esse ἰδίως carcerem. Sed putant tantùm, non etiam probant. Si enim ita esset: φυλάσσειν esset in carcerem compingere: φύλαξ præfectus carceri, aut hujus custos. Quod quàm incommodum sit, facile intelligitur. At interdum sumitur pro *carcere*: non negamus. Scilicet ut *custodia* apud Latinos. Nam etiam malefici servantur aut custodiuntur, ut luant pœnas justitiæ debitas. Ita & מִשְׁמָר Hebr. propriè est custodia: dein carcer.

Pigritia, est metus insequentis laboris, ait Tull. 4. Tuscul. Inde *piget*, à *piger* jure flectitur. Estque *piget* me laboris, propriè idem quòd, piger_, segnis, vel tardus sum ad laborem. Quod Festus quoque agnovit: *Pigere* (inquit) *interdum est tardare*. Tropice postea piget est dolet, molestè accidit. Origo est planè Hebr. פָּגַר, i. e. piguit, piger fuit, torpuit.

Pileus, πῖλος, πιλίον, *pileolus*, item *pileum*. Persius Sat. 3: Hæc mera libertas, hanc nobis *pilea* donant. Item πῖλος designat *pilam* apud Suidam. *Pilum*, i. e. telum Romanum, non aliunde, πῖλος. *Pilani*, πιλοφόροι; pilis pugnantes. *Pileta*, πιλητὴς. *Primipilus*, ὁ πρώτην πίλην ἄρχων. Est autem prima longa tam Græcorum, quàm Latinorum autoritate. Lucan. lib. 1. Summi tum munera *pili*. Verbum est *pilo*, πιλέω, πιλόω, ῶ, i. e. coarcto, condenso. עֹפֶל est columna, & pila. עָפַל extruxit, densavit_. Pilatum agmen, id est, pressum, ac densum. *Compilo*, συμπιλῶ, id est, cogo, con_

stipo, comprimo. Horatius :

Ne te *compilent* servi.

Oppilo, id est, offirmo objectis pilis. *Pilentum*, vehiculi genus: quia sit probè compactum & à pilis. Vt autem *compilo* mediâ longâ: ita *compilo*, mediâ brevi, à pilus, πῖλος. pilos colligo, conjungo, & dein tropicè de alijs. *Pilare*, id est, pilis vestire, sicut *plumare*, apud Afranium, Nævium, Nonium. *Depilo*, id est, pilos detraho, mediâ brevi: ut *depilis*. Martialis :

Cum depilatos Chreste coleos portes.

μαδὸς, μαδαρὸς, i. e. depilis, levis: ab Hebr. מָרַט, depilavit. Vt igitur *compilo* duplicem habet significationē: ita etiam *expilo*, id est, diripio, respectu geminæ originationis, à πῖλος & à *pilus*. Cicero in parad: ærarium *expilas*, id est, ut nullus quasi pilus supersit. Consentit Asconius Pædianus: *Expilatores* sunt fures atrociores, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorum. Et hæc verba, *compilo*, *expilo*, formantur à pilis, id est, crinibus. κατ' ἀναλογίαν, sicut *depilo*, id est, pilos evello, apud

Festum: nec usus scriptorum veterum repugnat. Quin etiam in multis exemplis metaphora concinnior, si duci potius dicatur à pilis, quàm pilum. Vt Plautus: Compilat, quidquid domi est. Horatius: Compilat scrinia. Cicero: Expilare fanum. Itaque meritò utrumque fanum & Latinum esse profiteamur: compīlo & compīlo: expīlo & expīlo.

Pinax, πίναξ, id est, tabula: πινάκιον, πινακίσκος, sunt deminuta. Syrus inde suum transtulit פִּנְקִיתָא, penkitha.

Pinna, πίννα. *Bipennis* ab utrâque parte acuta. Merè Hebraicum est. פִּנָּה id est, pinna, angulus, & κατὰ μεταφορὰν de angularibus, & primoribus populi usurpatur. פִּן, id est, pinnaculum, angulus exterior in summitate ædificiorum, culmen, sive fastigium domus, ex quo ad diversa loca circumspicimus. Radix est פָּנַן i. e. occupavit pinnam, in anteriori loco sedit, ubi aliquis potest ad omnes mundi plagas circumspicere, & se vertere.

Pinus

Pinus, πίτυς: T in N mutato. Catullus sudanti cortice pinum appellat. A πίτυς etiam *bitumen*, τ in B: ut in πύξος, buxus. A specie istâ primitus nomen extitit. Aliàs, quod Ovidius ait:

Tenax gravidâ manat tellure bitumen.

Piso, *pinso*, πίσσω, πτίσσω. ἄλευς, non *pistus*. Josephus Scalig. in Festum: *piso* veteres dicebant, non pinso. Vnde *pisare*, calcare. Hinc *pistores* nominati, qui in pistrino ante inventum molarum usum farinam in *pilâ*, id est, vase concavo pinserent & contunderent. A temporibus ultimis Reipub. & deinceps *pistores*, ut vulgo notum, οἱ ἀλλοπόται vocabantur. Et Plautus fuit pistor, cùm trusatiles molas versando operam locâsset. Quia verò pistura illa & labor grana conterendi omnium gravissimus erat, factum, ut *pistrinum* locus plenus fatigationis & negotij operosi, viresque conficientis diceretur. *Pisum*, πίσον, quod & πίσος dicitur, secundum Eustathium, est istius originis. πίσινον ἔριον,

pulmentum è pisis, apud Athenæum & Aristophanem. *Ptissana* & *ptisana*, πτισάνη. & πτισσύνη: hordeum tusum, fractum, decorticatum & mundatum à πτίσσω.

Piper, πίπερι vel πέπερι: Græci formant à πέπτω, quod calore suo juvet concoctionem. *Piperatum*, quod è pipere; apud Columellam: ut piperatum libum, jusculum.

Pipus, πίπος. πιππάζω: cui & Germanica & aliæ assonant, & quod maximum Hebræorum צִפְצֵף, id est, pipitavit. Item יָבַב, id est, pipijt, exclamavit subtili & acutâ voce, instar pullorum. Propriè dicitur de gallinis, & per translationem tribuitur fœminis, quæ naturâ suâ exilem vocem emittunt.

Pipulum, id est, convicium, declinatum à pipatu pullorum. Varro lib. 6. ad quod Jos. Scaliger συκοφάντην dixit Aristophanes Equitibus. Fictum & ipsum à cantu gallorum, ut & illud à pipatu pullorum.

Pipare,

Pipare, Osci dicebant, pro eo, quod est ejulabundè conqueri. Ab eo cocus iste apud Plautum, *pipulo* differre dixit; pro quo erat in XII. tabul: obvagulari. Idem Scalig: in Cat. ut à ventulo ventilare: ita à *pipilo pipilare*. Quid sit *pipulus*, explicat Varro apud Plautum Aul:

Dein cocenti *vasa cuncta dejectat,*
Nequamvè scitamenta pipulo *poscit.*

Quare hoc verbo docti offendantur, causam adhuc comminisci non potui. Muretus verò inquit: Hoc verbi neque usquam legitur, & si legitur, tamen analogia videtur exigere, ut scribendum *pipillo*, ut focillo, titillo, cantillo. Arancius ergò legit *pipulabat*. Sed neutrum mihi probatur, censeoque legendum cum Manutio *pippiebat*, ut sit *pippio*. Illud ergò Catullian: Epist. 3. est ἀφορμὴ τῆς ἱστορολεξίας: ut hic *pippio*: ille *pipio*: iste *pipo*: alter *pipito*: alius *pipilo*: nonnullus *pipillo*, quidam denique *pipulo* malit. Opus hic centurâ. Et quidem verbum hoc πανυποπρόσω, seu factitium esse à tonitu, quis non audit? Itaque ei exprimendo quod istorum optimè sufficit, optimum habebitur. *Pipare* vetustum est, nec pullis exilium vocum usquequaque conveniet, præter literas primas: ut passeribus. Melius igitur alij *pipito*, geminato I, aut *pipilo*; & κατ' ἀντίφρασιν *pipula*, sicut & *pipulum*. Rectiùs tamen *pipilum*: quoniam I cumprimis exilitati sonitùs inservit, vel aurum judicio. Et illi rectissimè, qui *pipio*, *pipere* commenti sunt: Vnde *pipiones*, vel *pippio*, *pippire*. Illud tamen videtur melius, propter scilicet sonum. Sanè gallina *pipit*, si dicas: explicitè audis, illam vocem quasi emitti à pullo. *Pipilat* aut *pipitat* propter extremas literas, non tàm exprimit, quàm pipit. Apud Græcos est πιππίζειν. Quanquam πίπω ijdem dicunt: & coacti πιππίζειν fecere, ut sit discrimen à πιπίζειν, quod à πίνω.

Pitho, πείθω: à πειθὼ, quod à פָּתָה, suasit, persuasit. Ennio dicitur *Suada*: Horatio, *Suadela*, & *poetica mella*: Ciceroni *lepor*: Quinctiliano *persuadendi dea* & *suadela*. Nec infrequens apud Latinos, Græcorum *Pitho*, *Pithus*. A πειθὼ est πίστις: nec aliunde Lat. *Fides*, mutatâ primâ. Dicimus πειθηνὸς & πιθανὸς. Atque ita ratio quantitatis redditur, in fides, fidelis, fidus, fido. Ciceronis illud notum è 4. de offic. Nomen ipsum mihi videtur habere, cùm *fit*, quod dicitur. Id quod non dubitavit sequi B. Augustinus.

Pituita. J. C. Scal. l. 7. poët. c. 1. s. p. Catullus *pituita* primam produxit. Mucusq; & mala pituita nasi: nec corripuit Horatius:

Nisi cum pituita molesta est.

Sed trisyllabum posuit ita, ut medium elementum Æolicum fiat digamma: quod & elicitur ex Ælij Stolonis judicio: qui à *petendo vitam* ductum ratus est. Quinctil. l. 1. *Peto* est πέθω, πυθῶ, πυθίω, cupio, expeto, vel αἰτέω, præmisso P. Prius autem magis acceptabile. Impeto est modum excedo, sive valde & cum vi quadam peto. I N enim hîc auget. *Impetigo*, quæ *impetit* & infestat cutem, similis scabiei. IGO est terminus: ut in origo, in scaturigo. *Impetus*, quo impetimus, vel vim inferimus. *Impete*, pro impetu: more veterum, qui ita variabant. *Oppeto* est *contrà peto*: quod importat πρὸΒ. Et nubiq; de adverso, qualis mors, invenitur. Ita *oppetere mortem*, ait Cicero. Quæ vis verbi diligentiùs enucleanda, quàm à Servio factum. *Oppetebat* Hector. i. e. petebat aut subibat mortem: quia vir fortis & quia pro patriâ. Sed ΟΒ, i. e. contrà petebat: quia mors est contra naturam & formidabilis. *Suppeto* est ὑπαντίω, à *sub*, quod minuit. *Suppetiæ*, quas ita petimus nobis dari. Valla l. 5. c. 7. *appeto* cum affectu, *expeto* cum ratione. Item, *appetitus*, immensa & immoderata cupiditas dicitur. Quæ verba vix à Grammatico φιλωπίᾳ feruntur, nedum Philosopho, qui multo aliter, vel ὀνομαστικῶς, appetitum finit. *Appetones* id est, appetitores, Laberius, Nonius & Furius. *Compita*, ubi viæ competunt i. e. conveniunt, quasi *competæ*. *Petulantes* & *petulci*, qui protervo impetu & sæpiùs petunt, ut *bisulcus* ab his: ita *petulcus* à peto. *Vicus* est κατὰ πάλλαξις. Gic. de Repub. à petendo *petulantia*: à pro-

procando i.e. poscendo, *procaeitas*. Et hæc est prima ac propria— τῦ Peto significatio. Postmodùm ad alia verterunt: sed non difficulter reduces. Ita *petere* canem lapide, id est, cupere, ut canis lapide— percutiatur. Cic. pro Ligar. Cujo latus ille mucro *petebat*, i.e. volebat vulnerare. Fumus petit alta: metaphorâ ab hominibus, qui celsa & grandia appetunt. πο῀έω abHeb. עָרַב postulavit pignus. Aut κατ' ἐναντίωσιν à בָּאַב i. e. petijt, optavit. Ita *posco* similiter à בָּקַשׁ, poposcit. Qui in Latio tantùm conseneſcunt—, *posco* faciunt à *posca*, illo antiquo: ut vescor ab esca.

Pix, πίσσα: ab Heb. זֶפֶת, quod idem. *Piceus* πίσσινος: *picea* πισσώδης vel πισσόω. Non erat Autolyco tam *piceata manus*, apud Martialem. *Cui piceata manus*, id est, furax, cujus manibus, tanquam pici, omnia facilè adhæreſcunt: quomodo etiam Germani solent illudere. Similiter etiam gluten usurpabant, de— manu rapaci. Catulli versiculus docet:

Quæ nunc tuis ab unguibus re-
glutina - -

Plautus: hominem servũ suos Domitos habere oportet oculos & manus.

Planeta, πλανήτης h.e. erro, erraticus. *Planus* in Horatio; πλάνος. Id est, interprete Joach. Camerario, circulator, & vagus, & nugatoriâ levitate homines decipiens à πλάνη. Verbum est πλανάω, πλανάομαι: à quo fluit etiam— Latinorum *palare*. Stellæ ita dicuntur: nam propter diversas motuum periodos, regrediendo, stando, mutando distantiam, errare videntur: cùm motione earum in quantitate & qualitate nihil certius & firmius. Contrà appellantur *Fixæ*, quòd eandem inter se distantiam ac in motu æquabilitatem semper obtineant. De titulis planetarum quibusdam hæc nota, è J. C. Scal. de insomn: Veteres, atq; inter eos Plato, nomina perperam, aut indidêre primùm, aut imposita postea recepêre. Nam quare φαίνοντα *Saturni* vocant fidus? quod quidem vix lucet. Nam φαέθοντα à splendore *Jovem*, rectè. Sed alij aut solem, aut solis filium eodem nomine—. *Martem* verò probè πυρόεντα. *Venerem* ἑωσφόρον, mutilè, Nam sequitur auroram haut parùm sæpè. Pessimè autem στίλβοντα *Mercurium*. Ignavissimâ enim, & malignâ inprimis luce est, sed & ignotâ penè semper. Illi igitur hæc nihilo consultius dixere; quàm Solinus illud: Venerem per multa signa— procul à Solis latere cùm statueret in natalibus urbis Romæ. Sed & veteres augures, nomina pro suâ libidine miscuêre: qui eundẽ *Solem*, *Liberum*, *Mercurium* nuncupârunt.

Plejas, πλειάς: *Plejades*, πλειάδες, ἀφ' οὗ πλειάδες. Propert: *Pleiades*. Statius (πλειάδων) pleadumque nivosum sidus. Sunt stellæ alijs in dorso: alijs ante genua tauri. A pluralitate, quasi πλείονες. Vel à πλεῖν: quòd tempus navigationis designent. Theodoro dicuntur ἐπιγονίδες, propter genua vicina. Valerio Flacco globus Plejadum. Manilio: sidus glomerabile, à figurâ & numero. Poëtis Atlantides, quia Atlantis filiæ ex nympha Plejone. Item *vergiliæ* quòd vere oriantur. Vulgò *septisellium* à numero.

Ovid. 4. Fast:

Quæ septem dici, sex tamen esse
solent.

Planta J. C. Scal. l. 1. de pl. plantam non omnem stirpem olim dictam puto: sed eam tantùm, quæ pangeretur. Fuisse namq; *plantam à palo*. *Stirps* solis firmitate præditis fuisse reor peculiarem, quasi στερρόπους. Idem ibidem: μικροῤῥιζα i. e. *brevistirpia*. Ambitio hæc illudet ignaris Græcarum literarum. At Philosopho cavendum ab ancipiti voce, tanquam à scopulo. *Stirps* primo significatu *stipitem* notavit. Etiamnunc utuntur Tusci: Græca est origo στερεόπους. Usus postea detorsit etiam à radice: Vt est apud Poëtam, & Ciceronem: Cum ergò dicit *Brevistirpia*, nescis, utrò vergat, fitnè βραχύῤῥιζα. aut βραχύπεσμα. Malim viginti verbis græcum unũ explicare: quàm Græci unius imitatione opus habere duûm verbulorum— explicatione.

Plastes, πλάστης. Plasma πλάσμα. A πλάσσω vel πλαττω i.e. formo, facio.

Plangon & Deminutum *plangunculа*, à πλαγγὼν i.e. icuncula, è cera vel simili materiâ formata. *Emplaſtrum*, ἔμπλαστρον ἢ ἔμπλαστρος, ab ἐμπλάσσω.

Plautus. Turneb. l. 19. ad. Plauti nomen legiſſe videor à *planis pedibus* appellatum: à quarũ planitie *Ploti* & *Plauti* dicantur: Ego putarem è Græco per ἀνάποιχοι eſſe deductum à calcei genere, qui ab illis βλαύτη & βλαύτιον dicitur, quod ſandalium eſt. Sed & à Latinis ſoleæ dimidiatæ, quibus uteòantur in venando, quò planiùs pedem ponerent, *ſemiplotia* dicebantur: quod eſt quaſi ἡμιβλάυτια. In antiquo tamen Lexico *Plancus* exponitur πλατύπους, à pedum latitudine *plancas* imitantium.

Plectrum πλῆκτρον, percutiendi inſtrumentum. πλήττω eſt percutio. Homerus & alij communiter ad id, quo pulſantur citharæ, referunt. Ariſtoteles πλῆκτρον ἀλεκτρυόνος, calcar galli appellat. Hebræo: eſt נֶקֶר id eſt, perculit cum timore magno. A πλήττω eſt πληγὴ, *plaga*. A plaga eſt *plango*: primùm *plago*: ſicut *tango*, *tango*. Propriè idem, quod percutio.

Lucret:

Fluctus plangentes *ſaxa*.

I.e tundentes. Idem:

Verberibus venti verſant, planguntq; *per auras*.

Ovid. 2. Metam.

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

Inde ad luctum aut lamentationem, cum percuſsione pectoris, capitis, vultus, aliorumvè membrorum accommodatur. Igitur Valla lib. 5. el. c. 52, errat, dum inquit: per translationem dicuntur fluctus *plangere* litora, quaſi ad declarandum dolorem in modum lamentationis. Plaut. Capt a. 3. ſ. 1 *plagipatidas* dixit à plagarum patientiâ.

Plenus, πλέως, & πλεῶς: Ionicè. Alioqui Græcis eſt Μεστὸς, ortus Heb. מָלֵא impletus eſt. *Pleo*, πλέω: *plere*, πλησῶ: quorum Latinum modò in compoſitis cernitur: ut *complere*, *replere*, *implere*, cui opponitur *deplere*.

Statius 1. Achil.

-- Fontes deplevimus hauſtu.

Nam *DE* quandoq; minuit, ut *detumet* i. e. deſinit tumere. *Defugit*, apud Catullum i. e. deſinit fugere: Vt Ioſ. Scalig. obſervat. *Devirginare* apud Paulum Ictum & Hieronymum. *Depudicare*, Laberius apud Agell. l. 16. c. 7. *Dēpannis* id eſt, ſine pannis apud Nonium. Quandoq; auget, ut *deſpretus*, *decertare*, *devitare* id eſt, valdè ſpretus, certare, vitare. A πλήθω, πλῆθος, πλήθη eſt *plebes*: cõplicatè *plebs*. Signat multitudinem. A πληρόω, vel πλήρης eſt *plerus*, ut ita copiam quandam notet. Nam *pleros*, *plera* antiquitùs dicebant: pro quo minores *pleros*, *pleraq*. Pacuvius apud Feſtum: *plera* pars peſſumdatur. Notationem illam confirmat Valla l. 4. El. c. 90: *plerique* modo autores pro maximâ parte accipiunt, modò pro nonnulli. Inde dubitet aliquis, an verè dicatur: *plerique omnes* apud Teren. Nam videntur συνωνύμα. Si *plerique* id eſt, multi: non ſanè omnes. Hunc ſcrupulum eximit J. C. Scal. l. 7 poët. c. ult. In Plauto: *ſex ſeptem* prorſus non vidiſſe proximis. Noſtri enim vulgatè nimis legebant: *Sex vel ſeptem*. Cæterùm & à numero excluditur conjunctio, & ſermonis puritate: ſicuti ſi dicas: Quinquaginta plus minus annos natus ſum. Et Horatius ita locutus eſt. Et modus idem, cum dicimus, *plerique omnes*. Eſt enim figura augens per emendationem. Sex, immò ſeptem. Plerique, immò omnes.

Poculum à *potu*: ſicut cænaculum à cænatu. πότος καὶ ποτὸς, *potus*. *Potio* eſt ipſa potandi actio, ut lectio, ſcriptio, factio: quanquam interdum eſt ipſe potus. Vallæ opinio eſt ἀθεμέλιος l. 4. c. 4. *Potus* vini, aquæ, ſimiliumq; dicitur. *Potio* verò à medicis datur ægrotanti. *Pocillum* demin. inde *pocillator*. *Repotia* à novis atq; iteratis poculis. πόλης, *potor*. A πίω, pro quo nunc uſitatum eſt πίνω, unde & *Bibo*. *Obba*, quæ eſſet ad bibendum: ita igitur dicetur *Obbibo*: c. 34. L. L. J. C. Scalig. Malim verò, *obba*, ducere ab Heb. אוֹב i. e. uter, ἀσκὸς, dolium. Apud Perſium, *ſeßilis obba* id eſt, quæ veluti ſedeat, aut in quâ conſidere quis poſsit: ſcilicet propter latitudinem aut capacitatem. Nonio, *obba* eſt poculi genus. Quod rectum conceditur, ſi id grande ſit, aut inſtar dolij: quale Græcorum φείαξ. Ex orig. eſt dolium, & quidem propriè. In ſacris אוֹב eſt etiam pytho, vel ſpiritus, qui è dolio, ſive vaſe

resposa dedit. Qua de superstitione Gentilium ut hîc multa moneam, locus non patitur. *Pitisso*, ποτίζω, poto, & πιπίσκω i.e. incipio bibere. Vel leviter bibo. σκω Jonum flexus est. Sicut esca pro cibo: Ita *posca* pro potu, antiquitus. Item *poscolenta*: nunc *potulenta* & *poculenta*. *Potina*, vel potiùs *potina* & *Edusa*, sunt deæ præsides cibi & potus Ethnicis. Donatus in Phor: Ter: nominat *Poticam* & Edulicam. August. 6. De Civ. D. i; *Potinam* & *Eduliam*. Arnobius, *Victuam* & *potuam*: Lib. 3 ad er. Gentes: A πότος, est *puteus*, quod inde aqua hauriatur. A *puteus* est *puteal*. Interpres lib. 2. Sat. 6. Horat: ità: *Puteal* locus erat puteali opertus, ad quod erat tribunal Prætoris; vel ædificium aliquod, in quo jus dicebat Prætor, à Scribonio Libone ædificatum à *puteo*, qui ibi erat, nuncupatum. Hinc Epist. ad Mecæn. lib.:

Eorum puteali, Libonis
Mandabo siccis &c.

Nam *propriè* est *puteal* operculum, quo puteus tegitur.

Pœna, ποινή; punio, pœnio olim, ποινάω. A pœna est *penitet*, pœnitentia: quando nobis ceu pœnam ipsi indicimus. ποινὴ, si τὸ Aijn legas, ut Judæi solent, parùm abest, ab Hebræo עָנַשׁ i.e. pœna: עָנַשׁ, multavit, punijt.

Poëta, Eustathio à ποιέω quod sit, ἐμμέτρως cantare & scribere. Vel, non à *fingendo*, quòd fictis uteretur, sed initio à *faciendo* versu dictus est. Latinè *factor*. Sic nescio, quo felicissimo commento Franci etiamnunc poëtam, patriâ linguâ, *Faitistam* dicunt. Quâ voce nulla meliore analogiâ Græcam potuit & excipere & exprimere, ποιητὴς. J.C. Scal. c. 98. L.L. Cæterùm ποιεῖν est verbũ Artis: ut γενᾶν naturæ. Ars non generat: sed imitatur naturam. hoc est, facit. Non substantiam, sed accidentia, aut qualitates. Hoc enim ποιεῖν à ποῖον, οἷον i.e. quale.

Pollinctor, Fulgentio, quasi *pollutorum unctor* i. e. cadaverum. Fran. Junio Theol. à *polincio* sive *polinceo*: vel potiùs, ut Glossarium à *polingo*, πελίχω νεκρὸν, ἐντιφιάζω, poliens ungo. *Polire* autem curare est, & colere: ut polire agros, apud Ennium. Lex: Latino-græcum, νεκροφόρος, νεκροκήδων interpretatur. Turneb. l. 28. cap. 31. quasi *pellis unctor*, & *pollinere*, tanquam *pellem ungere*. Cadavera enim odoribus & aromatis omne genus sparsa olim, & peruncta ad putorem illum lethalem abigendum. Neq; tantùm apud Judæos, sed etiam Ethnicos, qui illorum imitatores.

Virgil:

Corpusq; lavant frigentis & ungunt.

Propertius:

Cur nardo flammæ non oluere meæ?

Persius:

--Tandemq; beatulus alto
Compositus lecto, crassisq; lutatus amomis.

Eâ causâ ἀλίβας est mortuus, qui ungebatur scilicet: non ut Græci comminiscuntur. De significatu igitur constat, quòd *pollinctor* sit νεκροαλείπτης: & quòd ultima pars sit ab ungendo. Apulejus in Hermog: *Pollinctor* ejus funeridum unctionem parat. De principio quæritur: Equidem cum Turnebo à *pellis*: aut à πολλοῖς duxero: Vt πολλοὶ sint mortui, non aliter atq; πλείονες.

Polire à πολεῖν: de sententiâ J.C. Scal. l. 2. poët. c. 29. *Polire* agros i.e. vertere apud Ennium. *Interpolare* frequentativũ

i.e. renovo, immuto. Hebræ: non obscurè assonat, פָּעַל. i. operatus est expoliendo, polivit, interpolavit. Jos. Scal. in Con. *Polulæ* seu *polæ* erant *pilæ* ex alutâ, molli tomento farctæ, quibus datatim ludebant in foro. Vnde *polire*, pilâ ludere dicebant veteres. Auctor Festus: Id tractum à Græco. Nam φαλλὸς Græcè significat veretrum, quod gestabatur in pompa Liberi. Primùm ita vocabatur, quandiu fieret ex ficu: postquam ex alutâ rubrâ fieri cœptus, dicto πολίων. Ab eo *polæ* Latinæ, quæ ex aluta fiebant. Et *polimenta*, testiculi porcorum dicti, postquam ex illo folliculo evaginati erant in castratione. Verrius ineptit à *politione*. Sic à φαλλὸς, *follis*, qui & *suffiscus* in Testiculis. Ergò *polvinar* à *polis*: quod ex alutaceo scorto. Vnde σκύτινα πέος καὶ φάλλαινα Polluci. Inde cognomenta Romana, *Polliones* & *Pollæ*.

Polonia non paucis à polo, cui vicinior sit, scilicet Arctico. Alijs à Planitie, quæ Polonis est *pole*. J.C. Scal. in carmine de everfionibus regnorum:

Polonia, cui planities nomina fecit.

Pompa, πομπή i. e. missio, missus. πέμπω est mitto. Cicero in Pisonem: Quid tandem habet iste currus? Quid legati in equis & tribuni? Quid clamor militum; quid tota illa *pompa*? Plautus in Curcul. Quò te hoc noctis dicam profici sci cum isthoc ornatu, cum hac pompâ Phædrome? Mercurius dictus est πομπαῖος. I.C. Scal. de insomn. Mercurius animarum & geniorum & comes est & evocator: Vnde πομπαῖος dictus est: tũ idem caduceo somnos dat, atq; adimit: viarum index est.

Pomum, I.C. Scal. in Theo. de pl. Non assentimur Varroni: sed *pomum* dictum arbitramur, quia etiam sitim tollerent eorum plurima, simul ut esset cibo & potui. πῶμα id est, potus à πίνω. Est verò *pomum* generale nomen fructuũ plerorũq; qui ἐδώδιμοι. Ovidius innuit: 14. Metam:

-- Non silvas illa, nec amnes,
Rus amat & ramos felicia poma ferentes.

Pono, ποιῶ. *Imponenta*: quæ post cænam mensis imponebant. Alioqui generale est. ποιῶ potest esse à בָּנָה i. e. laboravit, ædificavit, posuit. *Impono* est quandoq; *non pono*.

aut fallo: ubi τὸ IN δόλιον: quale est decipio, à de & capio. *Impostor* idem, qui deceptor, aut qui fallit. Glossar. *Impostores*, ἐπιθέται. *Impositum*, ἐπίτηδες.

Pontifex. Varro l. 4. Ego à *ponte* arbitror. Nã ab ijs Sublicius est factus primùm, & restitutus sæpè, cum ideò sacra & uls & cis Tiberim nõ mediocri ritu fiant. Huic assentit etiam Dionysius: ἐπισκοπάζοντες τὴν ξυλίνην γέφυραν. πονηφίκες προσαγορεύοντες. At Q. Scævola Pontificem dici mavult à *potis* & *facere*: Et hoc vero similius. Nam Facere verbum solenne, idem est, quod sacra, aut rem divinam facere, ἱερουργεῖν. Cic. Cũ pro populo fieret. Virg. Cum faciam vitulâ pro frugibus. Varro 1. de R.R. Dij facientes adjuvant, i. e. Ritè sacris operantes.

Popanum, videtur propriè esse, quidquid coctum sit, aut apparatum: ut libum, placenta & similia. πόπανον, à πέπτω. *Popina* locus, ubi venum popana exponuntur, aut ubi aliàs reconduntur. *Popa* apud Persium. *- Ast illi tremat omento popa venter.*

Id est, heluo, phago: interprete Hermolao Barbaro.

Capitur etiam pro ipsis popanis, i. e. pro placentis & libis. Glossæ: popa, πλακοῦς, πόπανον. *Popa*, item θύτης. Isaac. Casaubonus: Popa Latinis est, θύτης victimarius: quâ notione legitur apud Suetonium & alios.

Populus prim. prod. Græcis est λεύκη. Theoph. lib. de caus. plant. Dioscor. lib. 1. c. 88: λεύκη est album. Duũm enim faciunt genera. Nigra populus: & alba, Græcis λεύκη. Virgil. 9. Eclog. Candida. Judæis לְבָנָה, i. e. populus alba. Descendit à לָבַן, i. e. albus fuit.

Populus à πολὺς, per iterationem prioris syllabæ: πεπολὺς. *Depopulor* verbum, à populo. *Publicus*, quasi *populicus*. J. C. Scal. in lib. Hip. de Insom: paulò quædam aliter: *publicum* (inquit) à *populo* dicitur, quod populi est, non unius. Contrà *privum* unius est: tractum à familiâ herciscundâ: cùm res in partes secarent. Hoc enim est πρίειν. Vt quod esset commune trium fratrum integrum, cederet per trientes suum cuique. At *populus* à civitate nihil differt. Est enim populus ductum nomen, περὶ τὴς πόλιος. At *polis*, civitas est, communis locus, in quo πολῶσι πολλοί. *Populus* autem cives ipsi, qui è vicis multis in unam sedem jure sociatam convenere. Vnde *civium* nomen περὶ τὸ κίειν. Item à πολὺ, πολὺς, per contractionem est *plus*, *pluris*, *plurimus*. Aut *plerus*, *pluris*. Apud Agell. inter alia lib. 5. cap. 21. Ex eo id quoque simul disces, si modo assequi poteris, quòd in eâ epistolâ scriptum est, *pluria*, sive *plura* absolutum, sive simplex, non ut tibi videtur absolutum. J. C. Scal. c. 101. L. L. Illud quoque à veteribus tanquam peccatum animadvertamus: qui negârint *complures* esse comparativum. Dicit enim Terentius Heaut: Nemo meliorem agrum habet; nemo servos complures. Et ratio etiam jubet. Compositum enim est à præpositione & *plus*. Quod si *compluria* dixêre prisci contra comparativorum analogiam; flexionem novam invexerint potiùs, quam vocis naturam depravârint.

Porcus, è Græcia, ut Varroni lib. 4. videtur. Ad quod Jos. Scal. in Con. Varro de re

re rusticâ lib. 11. *Porcus* Græcum nomen est antiquum, sed obscuratum: quòd eum nunc vocant χοῖρον. Vtrumque verum est. Nam & Græca est vox, & ita obscurata, ut neminem veterum, quod sciam, qui quidem hodie extent, eâ usum esse putem, præter unum Lycophronem: Cujus asscribam verba ex Alexandra:

Σίνεω σε πάτερα καὶ τέφρας ἀλλαυτίδου
Δύπλε πέλωρου, ὃς πάτ' ἐν ῥαπτῷ κύλει,
Ὑπαῖα, πέρκου ἰσελεὺς τετραπτελὲς
Ἀσπὸς μοτῆρες, ἀμφελυσμάσπες δέμας,
Βεβυμνιάδης κέπφος ὡς ἐνήξατο.

Portus, πόρος, transitus. vel πορθμὸς, i. e. sinus maris, elisso M. A πορέω. *Portunus*, aut *Portumnus*, sicut Vertumnus; à *portu*, cui præesse credebatur. *Opportunus*, non *oportunus*. *Gifanius*: non intelligunt (inquit) vulgo, quid vox hæc egregia valeat. Ferè idem valet, quod utilis, sed tamen quid amplius: aut idoneus, id est, egregius, præstans. Hæc ille. At neq; est quod utilis, aut præstans, aut

egregius, nisi κατὰ μεταφορὰν. Propriè enim verbum nautarum est quasi *ob portum*. Nec incognita est paræmia: *Res est in portu: navigat in portu*. *Portisculus*, κελδυσής: qui est præco aliàs, is in nave portisculus, qui modum remigibus dat. Ciceroni *portitor* est publicanus: *portorium*, vectigal quod ille exigit. Vallæ lib. 1. propriè est *portitor*, qui homines in ulteriorem fluvij ripam trajicit, πορθμεύς. Item *portitor* est gestor. Ovidio, *portitor Helles*. Statio, *glacialis portitor ursæ*. Sed tamen *portitor*, à *portu*, ut janitor à janua, ἰδιαίτερον est ille, qui in portu versatur, sive naviget, sive naulum accipiat. Discriminis causâ possit scribi *portutor*: si libertas Romana pateretur. *Portitor*, φορεύς, non à portu: sed, ut à vectum vector; sic à *portatum portitor*. Quanquam analogia hæc non usquequaq; quadret. Sic potius: ut à curo curatum curator: à poto potatum potator: ita à *porto*, *portatum portator*. Jam notum, quòd veteres & vocales & quantitatem unà interdum mutarint. Ita stare stire: præstatum præstitũ dicebant.

Eodem

Eodem modo *portator*, *portitor*: à *porto*, unde etiam *porta*. *Porto* à φορῶ. φορτὸν, quod portari quit. φόρτος est onus. φόρτης portator, bajulus.

Posterus, formatur ut superus, inferus, exterus. *Post*, demtâ appendice, ab ὑς, Græcorum perdito. Nisi sententiæ Scaligeri potiùs fidendum, cui post, quasi *pone* est. ὑς, ὕστερος. *In posterum*, ut εἰς ὕστερον scilicet tempus, χρόνον, aut simile. ὑστέρημα, quod posterius. Ad Coll. 1: χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ. Verterunt ὑστερήματα, quod deerat, aut quæ desunt. Ni fallor minus proprie, aut ἀκριβῶς. Et inde nescio quas reliquias aut defectus suâ operâ resarciendos commenti sunt homines quidam impij: quasi Λύτρον Christi perfectum non sit, aut consummatum. Itaque salvo aliorum judicio, τὰ ὑστερήματα interpretor, posteriora, quæ pone sunt, aut sequuntur, τὰ ἐπίμενα. Vt sunt δοκιμασίαι, item μαρτύ-

ρια: quæ Christianam nostram professionem comitantur, ut umbra corpus.

Potior. Julius Cæsar Scaliger in Theoph. de plant: Quoties quippiam nanciscimur, eo lanè *potimur*. Potimur enim eo, quod est in potestate nostra. Idem cap. 125. Lat. Ling. Plautus in Capt: Nam postquam rex meus est potitus hostium. Nos eam asperitatem in meliorem receptam legem emollivimus, & interpretamur verbum potitus est, passivè: subintelligimus vi, aut operâ: sicut χάριν subintelligunt Græci & Salustius. Ita *miserer* me fortunæ tuæ, id est, vis tuæ fortunæ facit me *miserum*. A *potis*, *pote*, quod à πότι. Notat id, quod ἐν δυνάμει & viribus nostris, quod penes aut juxta, aut propè: ut non opus sit ullo ampliùs labore consequendi. A *potis* est *potior*, *potiùs*, *potissimus*, *potissimùm*. *Possum*, id est, potis sum. *Potens* est particip: quasi *pote ens*, id est, δυνάμενον. *Impotens*, id est, non potens, ἀκρατὴς, ἀδύνατος.

Impossibile apud Quinctilianum ἀδύνατον: sicut *possibile*, δυνατὸν, quod non potest, aut potest fieri. *Impos* contractum est, quasi *impotis* aut *impotens*: sicut *compos*, quod societatem potestatis significat, i. e. particeps, ἐπίβολος. *Præpotens*, i. e. valde potens, & præ alijs. Innuit enim collationem cum alijs, & περιττεῖαν singularem: ut præcello, præstans, prædico. Melius de Deo usurpatur *Omnipotens*, quod omnem comparationem simpliciter excludit. Dices: *Ciceroni tamen est Jupiter præpotens. Ergo præpotens idem qui omnipotens.* Facilis responsio: Nostra nil interest, quid Cicero hîc scripserit. Gentilium unus fuit. Nobis neq; Jupiter, neq; Jovis: sed Jovah. Isti fuerit suus Jupiter præpotens: patiamur. An verò *præpotens* ideo idem, qui *omnipotens*? Ipse Tullius abnuit. Præpotens, inquit, terrâ marique Carthago: præpotens & gloriosa Philosophia. Ergo ea omnipotens? Non ita: sed *valde potens*. Iterum curiosulus: *At præscire, prævidere deus dicitur: quidni etiam præpotens*? Scio, de præscientia

& de similibus ita solere loqui Sacra & doctores Ecclesiæ: sed id pro captu nostro est, & figurato duntaxat quodam sermone. Aliâs reapse DEVS non præscit, sed scit: nec prævidet, sed videt: nec præpotens est, sed omnipotens. Nostræ imbecillitatis verba sunt, qui tempora partimur, nec aliter intelligimus. Deo omnia juncta, nexa, unita, Præteritum, Præsens, Futurum. Omnia, inquam, in præsenti & in oculis habet, & Æternitas illi est momentum.

Præs, dis,. Vulgo: *præs* est in causâ numariâ: *Vas* est in re capitali. Ausonius:

Quis subit in pœnam capitalis supplicio? Vas.
Quis, cùm lis fuerit numaria, qui dabitur? Præs.

Idem: Sponde, noxa *præsest*. Ita enim legendum, non præstò est. Ad quod Jos. Scalig. *præsest*; i. e. adest vel præstò est, πάρεστι. Græcus interrogatus εἰ πάρεστι, respondet porius, παρὰ, quam πάρειμι. Sic Romanus interrogatus, an *præses*? Respondebat *Præs*: non *præssum*. Varr. lib. 5. de

L. L. Et Festus inquit: *prædem* dictum esse, quòd interrogatus à populo si *præsesset*, respondebat: *Præs*: supple *sum*. *Præsesse* antiquitùs significat præsentem esse, παρεῖναι. Vnde supereſt participium *præsens*. Igitur *præs* decurtatum est à verbo *præssum*. A *præs*, *prædis*, dicta sunt *prædia*, non â prævidendo, aut *præstando*. *Prædia* (inquit Asconius) sunt res ipsæ: *prædes* homines fidejussores: quorum res *Bona prædia* nunc uno nomine dicuntur. *Sum* est ἐμί, ait J. C. Scalig. cap. 121. Lat. Ling. *Es, est*, εἶ, ἐστὶ. Heb. יֵשׁ est, essentia, à יָשַׁן i. e. fuit. Idem c. 147: *Necesse*, quod *nec esse* aliter potest. Et Cic. in Part. *Necesse* est id, sine quo salvi, liberive esse non possumus. Nempe *necessis*, e, & *necessus*, um: sicut Exanimis, e, exanimus, um. Huc aggregentur reliqua composita magno numero, ut *desum*, *præsum*, *insum*, *prosum*, *supersum*: cujus posterioris varia significata ex Agell. lib. 1. cap. 22. hauriantur. *Assum* aut *adsum*: quia dicis, *ades*, non *asses*. Jul. C. Scalig. cap. 34. L. L. Consules auribus & materiæ: sicut Plautus cum jocatur &

maluit *assum* dicere, quam *adsum*: ut subinferret at ego *elixum* malo.

Prandium, à πρὸ & ἔνδιον, quod ante meridiem capiatur. J. C. Scalig. lib. 1. poët. c. 5. *Prandium*, quia iterum ad opus *parati* essent illicò: quâ ratione à Græcis δεῖπνον dictum est, ὅτι δεῖ ποιεῖν. Suo igitur quisq; in opere reficiebat eo cibo vires: quo perfecto in sero diei lautiùs largiùsque sese accipiebant tum uberiore epularum apparatu: tum familiarium, atque affinium societate. Iccirco *cœna* dicta, quia κοινὴ vescerentur: non privato demenso diurno. Græci δόρπον παρὰ τὸ δόρυ πάνειν: militaris sanè vox. Non enim curarent corpora, neq; arma deponerent, nisi operâ absolutâ. Aut à Judæis tralata vox. Nam לִינָה est cœna, à rad. לוּן, i. e. divertit in publicum hospitium: aut à לֵן, i. e. cœna, epulum. Plutarch. lib. 7. symp. præf. refert, Romanos crebrò in ore habuisse dictū faceti hominis, qui cùm solus ederet, dixit, se non cœnâsse, sed tantùm edisse. *Cœna terrestris* in Plaut. Cap. 2.

1. sc. 2: quæ nil nisi terrâ natum habet. Horatius:

Cœnam sine sanguine

dixit imitatione Græcâ. Diphilus, δεῖπνον ἀπ' αἵματος ἔχει. *Cœnipeta*, à *petendo cœnam*, apud Nonium: ut *agripeta*, apud Ciceronem: *lucripeta* apud Plautum. *Cœnacula*, Festo dicuntur, ad quæ scalis ascenditur. At non propriè: sed tantùm ex consuetudine cœnandi majoribus usitatâ. Stemmati Hebræorũ vetustissimo עֲלִיָּה id est, cœnaculum dicitur eo nomine ab עָלָה, ascendit. Varro, citante Valla lib. 4. cap. 22: ubi cœnabant, *cœnaculum* vocitabant: postquã in superiore parte cœnitare cœperunt, superioris domus universa cœnacula dicta: postquam, ubi cœnabant, plura facere cœperunt. Julius Cæsar Scaliger cap. 123. Lat. Ling. *Cœnaturio* est à futuro participio activo, non à supino. Quo tendis Gnatho? ad Pamphilum. Cujus rei ergo? Cœnaturus. Inde *cœnaturio*.

Pravus à Græco πρᾶος, id est, lenis, mansuetus, mitis: qualem prisca ætas de-

testabatur, omnia infortitudine sita esse putans, eamque solam esse Virtutem. Plautus Asin: Hem ista virtus est, quando usus est, qui malum tert fortiter. J. C. Scaliger, Exerc. 300. sect. 3. Vox est militaris: inventa ab exprobratione lenitatis, quam in milite detestabantur. Interpositâ ergo æolicâ litera, πρᾶος *pravus*.

Precor ab Hebr. בָּרַךְ, i. precatus est, benedixit, ingeniculando fudit preces: בְּרָכָה quasi Latinè dicas *Preca*, id est, precatio, preces, benedictio.

Prester, πρηστὴρ: ut ventus, serpens. Lucretius:

Presteras Graij quos abs re nominarunt:

Scilicet à πρήθω. Apud Lucanum:

- torridus *agri*

Percussit prester.

Ab Heb. רֶשֶׁף, i. e. flamma illa in aëre: & שָׂרָף est serpens ignitus. πρήθω autem à צָרַב adusserit.

Priamus, πρίαμος, à militibus vocatus est, quòd cadaver filij redemerit. πρίαμαι est *emo*: ab isto placet Latinum trahere nonnullis. Sed videtur morosa nimis & violenta fieri mutatio. Ab *emo* est *demo*. Item *eximo*: *eximius*, id est, exemtus è multis alijs. *Eximia ovis*, i. e. destinata ad sacrificium è grege. Sic *egregius*, è *grege* lectus: olim *exgregius*. A *pre* & *emo* facit Jos. Scal. *præmium* in Con.

Priapus, Græcè πρίαπος, πρίηπος, Jonum flexu: vel quasi βριήπους, id est, clamosus, propter clamores, qui in Bacchi sacris excitabantur, vel quasi πρόϊεμαι τὸ αἰδοῖον, ut habent interpretes Theocriti. Suidas autore nescio quo: ἐκλήθη δὲ πρίαπος κατὰ τὴν ἰταλῶν γλῶσσαν. Id quale sit, Silvanus ille, qui linguam Italicam & linguã Latinam (si Musis placet) pro eodem habet, nos doceat oportet. Sed de hoc respondeat *Sibero* nostro.

Primus, *Pri* à πρίν est positivus: *prior* comparativus: *primus* Superlativus. *Pri* apud antiquos pro *pre*. J. C. Scalig. cap. 86. Lat. Ling. Facilius Græcum πρῶτον (est enim ὠφ τὸ) etiam in duobus potest esse. Vnde & ὠφ τερον, ὠφ ἕτερον. Sic enim orta sunt comparativa ab ἕτερον. Latinum autem morosius: Superlativum enim est. Nam *pri* vetus vox fuit: sicut *Ni*. Postea latiore vocali fusa sunt *Ne*, *pre*. Vnde adverbium *pridem*. *Pristinus* quasi *priustinus*. *Prisci* Latini propriè appellati sunt ij, qui priùs quàm conderetur Roma, fuerunt; Festus. *Proceres*, ὠφέτερον. Nam & *prius* dignitatis nomen est, autore Aristotele. *Apprimus* apud Liv. Andron. Julius Cæsar Scaliger L. L. c. 60: iccircò quod erat *apprimè*, Virgil: Coactus est *apprima* dicere: Idem cap. 31. facit *princeps* à *primum* & *caput*: sicut *biceps*. Idem dixit, *primori* in ablativo & *primorem* hominis ætatem, imitatus Catonem & Agellium. Nam antiquis hic & hæc *primoris* & hoc *primore* fuit: sicut ijsdem fuit hic & hæc *pluris* & hoc *plure*: pro quo nunc *plus*.

Pristis, πρίστις, piscis è genere cetaceo: item navigium à forma. Est autem πρίστης, qui serrâ aliquid dividit. πρίω, i. e. serro.

Pro-

Privignus Festo dicitur, quòd *priùs*, quam mater secundò nuberet, est *genitus*. Alijs quasi *priugenus*, à *priùs*, & *geno*, *genitus*. At quare non à *privus*, quasi privè genitus? Suadet illud quantitas primæ: & Græcor. ἀμφίγυος: ab ἀμφὶ, i. e. seorsum, inter alia. Vox enim *privi* infert quandam separationem. Et *privignus* appellatur respectu vitrici, qui ducit matrem: ex qua ille natus, privè, i. e. separatim, seorsim, antequàm mater secundum nupta esset vitrico.

Promellere: *mellere*, seu *melere*, antiquum verbum à μέλειν. Cujus vestigia supersunt in voce *Remeligines*, aut *Remelligines*.

Prometheus, ἀπὸ τῆς προμηθείας. Hesiodus: πάντων πέρι μήδεα εἰδώς.

Promo, *promtum*. Nonnulli τὸ P imponũt, Promptum; qui nescio quid prætexant, quàm consuetudinem illam vetustatis, quâ hiemps, tempto, dicebant. At rectiùs omittitur. nisi me ratio frustratur. *Promo*, *promsi*, *promsum*, & deinde *promtum*: Sumo, sumsi, sumsum & sumtum. Nam S & T sunt literæ, quarum altera vicem alterius obit, in omnibus linguis. Qui ergo τὸ P interveniat, non capio. *Promo* ab Hebr. בֵּרֹם, promtuarium, ταμιεῖον, cista. *Promus condus*, apud Plautum. Promus, qui promit, quidquid etiam sit: & ita propriè. Apuleius in Apol. dicit, librorum promum, qui præest promendis libris, & quasi bibliothecarius est. Græci suum, ταμίας, ducunt παρὰ τὸ τέμνειν, à distributione. Neque nihili illud Hebr. חֻמָּם, reconditus est.

Promulco, agi dicitur navis, cùm scapha ducitur fune, Festus. Ad quem Joseph. Scalig. Mihi mirum videtur *promulco* dici trahi navẽ, cum id Græco verbo *remulco* agi dicatur, παρὰ τὸ ῥυμουλκεῖν.

Proœmium, προοίμιον: qui viam interpretantur, pravi sunt judicij. Nam quemadmodum proœmium, quod est oratio, erit ante orationem, si oratio via est, erit ante *viam via*: quo nihil ineptius excogitari potest. Quis enim ambulat ante, quàm ambulet? Sed est, ut alij prudentiùs profitentur, à citharædis trãslatum. Priùs enim quàm cantiones instituant, modos quosdam faciunt, quibus introducant auditores, ait J.C. Scal. l. 3. poët. c. 84. Idem: Neque *paræmiam*, παροιμίαν à via deduco, ut fit quasi πάροδικον i. e. tritum & vulgare. Neq; οἰμῶν, ibi viam dicit, sed id, quod Latini interpretati sunt *verbum*. Ita ut verbo verbum, id est, sententia sententiæ sit apposita, posterior ex priore. Vt primo loco significet id, quod præ se fert, secundo innuat id, cui applicari potest. Hoc est, παρὰ τὸν οἶμον: præter primum verbum & ab ejus sensu, alterum & verbum & sensum. Ibidem: fit *allegoria* per similitudines ac translationes: ἄλλο γὰρ ἀγορεύει, ἄλλο δὲ νοεῖ.

Pronus, *pronis*, à πρηνὴς. Jos. Scal. in Cul. *Pronus* primam producit. Nam compositio est Latina: origo Græca. In antiqua enim lingua fuit πρόνες, παρὰ τὸ προνύειν. Ex quo manfit tantùm in usu προνωπὴς.

Propitius, quasi *prorsus*, aut *porrò pius*: vel à *prope* & *ito*. Ita veteres: rectiùs ita. Vt commentitius à commentum: fictitius à fictum: cratitius à crates: sic *propitius à prope*: ITIVS est terminatio communis. Vt sit *propitius*, qui juxtà adsit, & quasi ad pedes. Nam *prope* fit à *pro* & *pede*.

Virgilius alludit:

-- Tua dexter adi pede sacra secundo.

Vbi Servius: *dexter est* propitius. Meliùs, si adderet cætera: *dexter pede secundo* i. e. felix & propitius.

Prora, anterior pars navis, πρὲ πρώρα quasi πρόειρα, ἀπὸ τῦ προϊέναι, à præeundo: aut à πρόορᾶν. *Proreus*, πρωρεύς. *Prorata* πρωρόϊνος, qui in prorâ est & captat ventos. *Puppis*, πῦ ὀπίς pro ὀπίσω i. e. *ubi retrò*. Quippe pars altera est posterior. *Ancora* ἀγκύρα, ἀπὸ τῦ ἀγκύλης, à curvitate. Igitur literam H cur imponunt? Nihil opus. Et fatetur Servius, quòd contra regulam in medio aspirationem recipiat.

Prorſum quaſi *proverſum*, πρόσω, πόρσω. *Prorſum* .i. rectũ, ἐυθὺ: item prolixum, unde tunica prolixis villis, *proſa* tunica. Ennius, *ruſus proſus* reciprocat fluctus feram: pro rurſus, prorſus. Cave Mureto credas, qui *proſam* orationem Latinè dici negat. Libenter enim concurſum R cum S fugiebant, ne *birrirent*, ut ait poëta quidam apud Diomedem. Sic *proſus* adverbium pro rectà. Plautus in Mil. Ille jubebit me ire cum illa ad portum: ego adeò, ut tu ſcias *proſus*. Et Persâ: ſimulato quaſi eas *proſum* in navem. Et *proſus* nomen pro erectus, apud Varronem. Idq; ex origine. *Rurſus*, *rurſum*, quaſi *reverſum*, aut retrò. Itaq; illud Terentianum in Hecyr: *Rurſum prorſum*, legatur, non ſurſum, ut ſolent, i. e. antè & retrò. *Surſum* quaſi ſuperverſum. *Susq; deq;* i. e. ſurſum, deorſum χαϊκῶς *ſuſum*, quod in quibusdam MSS Plautinis, ut Camerarij habetur. J. C. Scalig. c. 34. L. L. Fuit vetus vox *ſus*, quæ motum cælum verſus ſignificaret, ὄχθον. Fortaſsè autem *ſus* fuerat, ſicut *Abs*: quanquam hoc videtur fuiſſe ἄψ. Et à *ſus* fuit *ſuſum*. Fecit autem ex ſe *ſuſtuli*, non enim à *ſuffero* venit. Eadem eſt ante C: *ſuſcipio*, quod veteres *ſuscipio*, ut diximus. Æolenſium more. Apud Plautum in Aſin: *ſuppendas* potiùs me, quàm tacita hæc auferas. Quod nos *ſuſpendas*. Pari exemplo, *ſuſcipio*, *ſuſtineo*, *ſuſcito*, *ſuſum cito*, *ſurgo*, i. e. *ſurſum rego*. *Surſum* opponitur *deorſum*: ut ἄνω, κάτω: dextrorſum, ſiniſtrorſum.

Proſapia, quaſi *proſipia*, à ſipo. *Sipare* eſt jacere, inquit Feſtus. *Inſipare* eſt injicere. *Diſſipare* eſt disjicere. *Sipo* & *ſupo* venit ab ὑφῶ. Vt ita à textoribus videatur ſumtum. *Siparium* eſt velum. Itaq; *proſapia* eſt Tropicè ſtirps, ſeu progenies, quæ projicitur quaſi, aut hinc inde ſpargitur. Media etiam brevis, nam Plautinum, quod objiciat aliquis, eſt ambiguæ fidei.

Protropum. Plin. l. 14. c. 9. inter genera potuum ponere debeo & protropum. Ita appellatur à quibusdã muſtum ſponte defluens, ante quàm calcentur uvæ. Athenæus πρόδρομον, aut potiùs πρότροπον à Mitylenæis dictum tradit. πρόχυμα eſt Florentio apud Conſtantinum γεωπ. 6. c. 16. παρὰ τὸ πρὸ τῦ πιαπεῖσθαι. Aut ſimpliciter à προτρέπομαι id eſt, provocor: ut ſit οἶνος ὁ πρότροπος. Origo tamen eadem.

Prytaneum, πρυτανεῖον: à πρύτανις i. e. præfectus, adminiſtrator. Dictus, quaſi πυρίτημις: ut propriè de frumentis accipiatur, πυρὸς eſt frumentum, triticum ſpeciatim. πυρὸς quaſi σπυρὸς: pro σπορὸς: à σπείρω: quod ſeminetur.

Pſomus, ψωμός: ab Hebr. פָּצַם i. e. disrupit, ἐψώμισε. Vt ψιξ, ψιχίον: à פְּצִיעָה, in micas, aut fruſtula diviſit.

Pſora, ψώρα, ſcabioſæ cutis aſperitas. Galenus de Tum. præter nat. ἔστι γὰρ ἡ ψώρα καὶ ἡ λέπρα μελαγχολικῷ πάθημός τε δέρματος. Ab Heb. צָרַע, leproſus fuit. Lepra, λέπρα. λεπρὸς, ſcaber, aſper: à λέπω, corticem detraho: λέπος, ſquama, cortex. Ex eo Lepram Avicenna dicit *impetiginem excorticativam*. Barbarè, fateor: ſed rem voluit ex origine declarari.

Mantuanus appoſitè:

Improba mordaci ſerpens prurigine lepra.

Improba: quia non obſiſtitur facilè huic morbo: magis enim q. proſerpit: & quidem cum *prurigine*. Hoc eſt, quod Aegineta lib. 4. cap. 2. Pſora & Lepra, cutis aſpritudo eſt pruriens, in qua corpus paulatim abſumitur. Et addit, *mordaci prurigine*. Iterum Aegineta: Lepra altiùs circularibuſq; eroſionibus cutem depaſcit, & piſcium modo ſquamulas ex ſe remittit. Sed iſta ſatis ſint, ὅσον πρὸς γνώματος χάριν. omnia accuratiùs & plenius Medici.

Pubes à βεβὼν. Nam pubes dicitur lanugo eſſe circa inguina. Aut ab ἥβη: *pubeo*, ἡβάω: *pubeſco*, ἡβάσκω. Hebræis אָבִיב eſt puber. אֵב eſt pubes. Ex quo manifeſtius *Hebe*, ἥβη: quàm Latinum pubes oritur. *Pupus* verò ſine dubio eſt à בּוּב i. e. pupus fuit. בָּבָה i. e. pupula, pupilla. *Pupus* παῖς: *pupulus*, *pupillus*, παιδίον, παιδίσκος. Parvulus & impubis, ſi parentes decedãt, alijs tanquam tutoribꝰ committitur. Ab hac causâ poſtmodum dictus eſt *pupillus* ille, qui ſub poteſtate tutoris vivit: propriè eſt παιδάριον. ut dixi. Ita *pupa* apud Perſium, *pupula pupilla* eſt minor puella, κορίδιον. Martialis: *Se pupâ dicit Gellia, cùm ſit anus.*

Deinde eſt pars illa nigricans in medio oculi, quæ Græcis κόρη appellatur.

Quia

Quia inibi apparet παιδίον seu ἀνάγιον i.e. imaguncula. Ergo propter hanc tota illa pars volubilis oculi dicitur pupula & pupilla. Vbi taceant Grammatici, qui ex ignoratione causæ, quam eruimus, principaliter rati sunt hactenus, *pupillam* dici de nigro in oculo, ubi fit receptio specierum visilium: cum id fiat secundariò propter icunculam. Quòd è principijs sanctissimæ linguæ etjam confirmes, quæ pari ratione pupillam nominat in oculo, ab imagine: si fortè morosius ingenium, cui à cœlicibus tritis aliquà discedere religio, nobis dicam scripserit.

Pudor J. C. Scal. Ex. 312. metaphorica vox est sicut avertitur à *putidis* sensus. Idem quod verecundia, sed latiùs funditur. Quippè etiam cùm meremur ipsorum inferiorum reprehensionem. Idem c. 29. L. L. à *pus* est *putidus*. *Pus*, à πύθω, quasi πους, aut πύον. A πύθω est puteo Heb. עָבַשׁ i. e. putuit, mucuit. *Pustula* & *pusula*: quia pus continet. Ejusdem quoque origin: participat *Pudet*, *pudi*

cum, *pudibundum* Jos. Scal. ad illud: Licebit ipsa sis *pudicior* Vesta, notat: *Pudica* matrona, quæ marito contenta est. At hîc *pudica*, quæ omninò virum ignorat. Plautus: tàm à me &c. Et *signatam* virginem in eum sensum dixit Lucillius illæsam, inviolatam. Terent. integram à viro. Cui respondet contrarium, imminuta virgo. Imminuere virginem, διαπαρθενεύειν, devirginare. Apulejus: coram virginem imminuisset parata constantia. Et Plaut. imminuere pudorem. Vtitur & Arnobius scriptor eruditissimus, neque magistellorum auribus commendandus. Idem ad Festum: Quæ Græcis καθάρματα, ea Latinis *propudia* dicta. Inde homines sceleratos, ut Græci καθάρματα, Romani eosdem *propudia* vocarunt. *Repudio*, *repudium* ἀποπομπή ob rem pudendam.

Puer quasi *purus* dicitur. Non satis commodè, cùm *pedidosus* ab ijsdem ducatur, id est, sordidus. Rectius ita: παῖς Doricè πάρ, primò inde *Por*, postmodum *puer*: ita enim diduxere. *Por* autem supereſt in compositis: ab

Heb. בּוֹר, ultimâ literâ mutatâ. Jos. Scalig. in Conj. antiquitus παῖς *Por* dicebatur, unde *puer* factum: quod Laconicè & plerisq; Dorien sibus *pes*, πάρ diceretur. Hinc *Marcipor*, *Publipor*, *Quintipor*. Varro: *Quintiporis* Clodiani foria ac poëmata. J. C. Scal. c. 29. L. L. A *puer* est *pusio*: *puera*, *puella*, sicut *puellus*. Potius ita: *Pusio* à *pusus*, quod pro *pupus*. *Pusus*, *pusulus*, *pusillus*: ut pupus, pupulus, pupillus. A *puer*, *puerulus* & sic *puellus*: item *puera*, *puerula*, *puella*. *Puellæ* appellantur etiam eæ, quæ matrimonio junctæ, vel uterum ferunt, vel etiam pepererunt. Horat. 3. Car. 22. Laborantes utero *puellæ*. Penelope apud Ovidium se *puellam* vocat, cum Vlyssi jam olim Telemachum peperisset. Fast. 2. jubet viduas cessare *puellas* i. e. à maritorum complexibus abstinere. Ita Scævola IC. *puellam* nominat, quæ erat vidua, & pòst alteri nupta. Agell. l. 12. c. 1. bis puerperam nominat *puellam*.

Pulcher. Alij malunt *pulcer*. Sed ambigunt, utrum à præsenti fit, an à supino. Vtrinque tamen analogiæ fidunt. Vt à *volo*, *volucer*: à *ludo ludicer*: sic à *polio policer*. Vt à *fulgio*, *fulgum*, *fulcrum*; Sic à *polio*,

polcrum, *pulcrum*. Neutrum alicujus momenti. Ita mihi videtur: credo, etiam alijs, quibus talium cura aut judicium. Neq; enim *polo* dicimus, ut *volo*, *ludo*: neq; *policer* illi ipsi dicunt; sed *pulcer*. Neq; *pulcrum* est substant: ut *fulcrum*: neque *pulcio* est præsens; aut *pultum* supinum. Equidem velim à πολύχρως, πολύχρους deducere; cum pulchritudo magnam partem coloris sit: à χρόα: nisi occurrat ratio sanè ἀναγκαστικὴ à J. C. Scalig. c. 22. L. L. ex antiquitate eruta. Fuit enim Græcum πολύχειρ i. e. fortis, multimanus. Sic omnium doctissimus poëta 7. Aen: *Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus*. Nimirum Romani, qui omnia ponerent in fortitudine, eum demum bonum & formosum putarunt, qui esset fortis. Itaque fortis quoq; pro pulchro positũ est apud Plautum in Milite: neq; sine ratione. Exemplo enim Græcorum factum est, qui καλὸν, æquè & formosum & bonum significarunt. At bonus fortis est: malus autem κακὸς, imbellis. *Cacus* apud Virg. unde *caculæ*, qui in numero militum non essent, παρὰ τὸ χάζεσθαι, quod est cedere: χάζεσθαι τὴν δειλίαν. *Caculatus* i. e. servitiũ,

Festo. Idem Scal. Ex. 300. f. 3. Fortitudinem summam virtutem putarunt prisci. Idque adeò, ut ejus nomen omnium virtutum generi imponeret. ἀρετὴ namque παρὰ τὸν ἄρην. Vnde & *mares* ita nominati. A *mare* est *maritus*. Sicut ab ἄρην fit ἄρρην i. e. vir.

Virgil: 3. Georg: *Quem legere ducem & pecori duxere maritum.* Et Ennius, pecori dare jura marito: in Nemea. Idem Scal. c. 79. l. L. *Mas* Osca dictio fuit concisa à *Mamerte*. *Mamers* enim, & *mavors*, & *Mars* fortem apud illos significarunt. Et ἀνάρσιος etiam pro forti mansit. Syra vocis origo est. Vnde *Arioth*, *Ariel*, pro leone: & nostrum *aries*. *Ares* apud Varronem, pro aries. Hebr. sic: אַרְיֵאל & אֲרִיאֵל .i. leo potens. Ex אֲרִי leo, & אֵל potens. Tribuitur hominibus potentiâ & robore valentibus: item civitati Jerusalem, & ejus altari in templo. A Rad. אָרָה i. e. decerpsit, evertit, fortis fuit. Vnde originaliter & ἄρομαι, & mars, & ἄρης, & ἀρετὴ, & *ars*: de qua I. C. S. l. 1. poët. c. 22. Vox hæc *ars* primâ suâ origine robur, ac fortitudinem designavit. Græca n. omnia ἄρης, ἀρετὴ, ἀνάρσιος. Nos Hebræa putamus. Gloss. ar.

Artitus, πάντεχνος. *Solers* qui solam artē consequitur. Qui artibus carebant *inertes* à majoribus nostris nominabantur, Cic. 2. de fin. J. C. Scal. de insomnij: ἀγχίνοιαν qui *solertiam* interpretātur, à nobis alibi sunt reprehensi. Nam *solers* est qui artē totam callet: ἀγχίνοος a. etiam rudis, & sine arte qui sit, dici potest. Est *solertia*, habitus perfectus animi ad rem quampiam: ἀγχίνοια est affectio virium animi posita in celeritate, *præsentia animi* dici potest. Aristoteli ἀγχίνοιά ἐστιν ἐυστοχία τις ἐν ἀπροσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου. *Quinquertio*, qui victor extitisset in ludis Olympicis, vocatus fuit. *Quinq;* n. tum *artes* exercebantur. Græcis πένταθλος, *Pentathlus*. πάνταθλος, omnium certaminum peritus. ἄθλος καὶ ἄθλος certamen est. *Ars* Græcis est τέχνη, à τεύχω q. τευχάνη: vel à τέκω q. τεκνάνη: ars imitatur naturam pariēdo quid novi. Prius verò malim: nisi alliceret Hebraicū תָּכַן, unde τέχνη, τεύχω & cætera hujus familiæ. תָּבַן i. e. artificiosè fabricavit secundum numeros & mensuram certam.

Pullus, πῶλος. *Pullulus*, *pullulo*: verbum generale. Lucretius; *Tempestiva dabant*

pullorum examina. . *Pullaster* I. C. Scalig. l. 4. de c. L. L. 95. *pullastram* omninò minorē pullam intelligimus: quippè pulla est gallina juvencula. Neq; enim pullastra silvestris est, aut pullam imitans: ut quid enim minorem major imitetur? aut quomodo imitatio in substantia, aut in quā titate naturali sita sit, quæ affectus animi, aut in ipso affectu posita est? Festus: *pullus* Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, *pullum* ejus dicebant. Nim. παῖδον, aut *puellū* concisè. Vtrunque enim ὑποκορίζεται.

Pumilus. J. C. Scal. c. 95. L. L. *pumilus* & *pumilio*, ex *puero* & *homulo* conflatum fuit. Igitur prima naturâ producitur rectius. Lucr. *Parvula*, *pumilio*. . Statius in eodem carmine & brevem posuit & longam. *Homulus* est deminutivum: & rursum homillus, sicuti mamilla, pusillus, pocillum: dein homullus κατ' ἀντίφρασιν: apud Varronem. *Nemo* quasi *Ne homo*. Ita Gallis *Nemo*, est *nullo homo*. *Nemo homo est*, legas apud Terentium. Nemo hominum Cicero dicit l. 13. ep. fam. ut neminem hominē pluris fa-

ciam Ad Attic: Facio pluris omnium hominum neminē. Pro quo in Verrem: Nemo omnium mortalium. *Semones*, olim dij. dicti q. *Semihomines*: quod & Lipsio probatur 2. antiq. Lect. c. 18. Nī malis à *Samē* vel *Semen* facere: quod Phœnicum ex Hebræo: ut dicemus. Vt ita *Semones* sint cœlestes, superi. *Homo* est ab ὁμῶς Quinctiliano, quē notat Rhodig. l. 2. antiq. Sed & acutissimo nostro J. C. Sc. c. 28. L. L. qui insuper speciosè l. 3. de caus. pl. in Theo. c. 2. ait: Sanè inanis multorū satagentia, quâ sibi solis satis vivere videntur, neq; in communem quidquā conferunt societatem, quę tamen sola solius hominis est. Quidquid n. agimus, eò spectare debet, ut unà simus, unà vivamus, atq; etiam unum in charitate. Hoc sanè *homo* est, ὁμῶς. Non potui tamen assentiri & deserere Varronē, Lactantium l. de ira DEI c. 10. alios, qui ab humo formant. Neq; n. ὁμῶς illam consuetudinem, & amicitiā exprimit: sed est idē quod æquè, similiter: ab ὁμὸς. At ἅμα simul est. Et an non homo eodē planè sensu Latinis vocatur *Terrigena* præ alijs? Certè ita utroq; indicatur & causa prima, i. e. Deus, qui fecit: & materia, ex

qua fecit hominem. Quorum hæc est altera pars essentiæ. Jam τὸ ἐπῳδες anteponitur ἐυεπῳδέι: quale est sociale esse. Nam & sturni gregatim volitant, & columbæ, & cæteræ aves: simulq; pascuntur pecora: & verbo dicam, ὅμοιον ὁμοίῳ πέφυκεν. At hæc talis consuetudo non est, qualis hominum! Fateor: & tamen est. Nec vocula ὁμὲ, ἢ ὁμῶς politicam illam hominum congregationem notat. Sed & terra multa beneficia nobis præstat, ut sic jure quodam nomen, loco symboli & mnemosyni, terrenum asseramus. Nemo negaverit: E terra sumus, in terra vivimus. Quâ vescimur, quâ vestimur, terra est. Deniq; in terrâ sepelimur & in terram ultimò redigimur universi. Egregiè Plin. l. 2. c. 65. Terra nos nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet semper, novissimè complexa gremio, jam à reliqua natura abdicatos, tùm maximè ut mater operiens; nullo magis sacramento, quàm quo nos quoq; sacros facit, etiam monumenta, ac titulos gerens, nomenque propagans nostrum & memoriam extendens contra brevitatem ævi. Taceo,

quod ea vox respondeat Hebræo, cujus autor Deus. אָדָם à Rad: אָדַם i.e. rubuit. Cæterùm homo dicitur etiam absolutè *Mortalis*, ut vel hoc unico Quinctiliani importuna scientia corrigatur. An non & reliqua commoriuntur? sicut è terra itidem trahunt originem omnia. Fit imitatione Græcorum, quibus est θνητὸς: & Heb. quibus אֱנוֹשׁ, unde nostrum Mensch. Ab אֱנַשׁ i.e. mortalis fuit, morbo desperato laboravit. Item מְתִים, mortales, ἐπιθανεῖς: ab inusitatâ Rad. מָתַת. J.C. Scalig. Ex. 254. *mortalium* appellationem omnibus communem animantibus, Latinorum usus ad hominem tantùm significandum astrinxit. Quare? quia primus homo mortem in hunc orbem miserrimè introduxit: quia varijs modis & omni quidem momento oculi pronus est ad interitum: & quia deniq; pleraque grandiora & perfectiora animalia diutius vivunt, ut Plinius, Virgilius, alij confirmant.

Purpura, item *pelagia* à pelagus. Est piscis aut cocha: καὶ ἐξοχὴν, πορφύρα. Ca-

Catullo, *Conchylis purpura*. πορφύρεος, *purpureus*: Inde & *Porphyrius*. Avis etiam nomen, *Porphyrio*, πορφυρίων: à colore, Πορφύρω, *purpuro*. *Purpurissatas* buccas appellat Plautus, i. e. purpurâ aut roseo fuco tinctas, quod ait Catullus. Mantuanus:

Purpura in extensis sanguinolenta genis.

Purpura ex *Sarra*, i. e. Tyro. *Tyrus enim Sarra* dicta est, à pisce *Sar*; qui ab Hebr. שַׂר: nempe ab eximiâ nobilitate. Virgil:

Sarrano dormiat ostro.

Ad quod Servius, i. e. Tyriâ purpurâ. Vestes Tyriæ apud Ovidium sunt eædem, quæ Sarranæ apud Juvenalem. Item Sarranæ tibiæ sunt Tyriæ, aut Africanæ. Jos. Scal. Obsolescente Hebraismo, & fuerat idioma Phœnicum, Syri pro *Sor*, *Tur* dixerunt. Primùm quia Sade & Sin, literas mutant in Tau. Deinde quia ipsi non utuntur O, sed pro eâ V solent usurpare.

Putillum, Jos. Scalig. in Catal. *Potus* seu *putus*, τιτθεύσιμα nutricum. In vet Glossario; *putus* μικρὸς: *puti* μικροί. Etiam puerum hodie

ita vocant in Italia. Et Galli *pusillum* vocant, *petitum*, detortâ voce putito. Lascivia inest, ut & in usu vocis, ita & in Etymo. *Puta* enim πόσθη, argumento *præputium*, quasi περὶ πόσθιον: non à *præputando*. Nam & syllabæ modulus refragatur: & priùs ei parti id nomen imposuerunt Romani, quàm scirent à Judæis eam præsecari solitam. Sed Sigma inde extritum est, ut à πυτὸς *putus*: aurum *putum*. πεύθειν enim seu πεύθεσθαι est aurum explorare: Χρυσὸν πεύθοντας ἀμοιβοί, Theocritus. Ergo πόσθη *puta*, περὶ πόσθιον *præputium*: ut πυτὸς *putus*, *putum* aurum. Ergo lascivia in Græcis nutricibus παρὰ τὰ πόσθια pueros πόσθωνας vocare: eadem & in Romanis à *puta putos* seu *potos*. Vnde & hodie pars in muliere, quæ honestè nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est. Sic τιτθεύσιμα nutricum imitatus est Catullus, cum calvum *Salaputium* vocavit. Plus est enim, quàm si *pusillum* aut *puerum*. Erat enim brevis staturæ. Sic & Augustus, ut ait Suetonius, Horatium inter alia blandimenta *putissimum* senè vocat h. e. ut ipsemet in-

terpretatur, homuncionem lepidissimum: quod Græcè nihil aliud esset, quàm πόθων. Ergo similiter Catullus Calvum *Salaputium, h. e.* πόθωνα, ficto à puta, h. e. πόθη, & salacitate, nomine. Apud Plautum quoq; blandimenta mulierum sunt—: dic me tuam hirundinem—, monedulam, passerculum, *putillum*—. Putillus, ποθύλιον, πόθων: non pusillum, ut perperam immutârunt. Apud Horatium vetus lectio asserenda est: *putam* & *putillam* appellet. Nam puta & putilla, ὑποκόρισμα, in puellas. E parte scilicet, quâ puellæ fœminæ sunt—: quæ, ut dixi, ab Italis ita hodieque vocatur. (Apud Italos *puttana*, apud Hispanos *puta*: apud Gallos *putaine* meritrix appellatur) *Putillam*— Græcæ nutrices dicebant χοιρίον. Nam χοῖρος ea pars in puellis, de qua jam dixi, & annotaverat M. Varro. Non igitur mirum, si Catullus, quem exiguum voluit vocare, eum Salaputij nomine— insigniat: more nutricum, falsè nimis & nequiter: quasi nõ ἀδρὸς, sed παιδάριον esset.

Puto à φυτῶ. Propriè significat inutilia ex plantis resecindo. Agell. lib 6. c. 5. *putare* veteres dixerunt vacantia ex quaque re, & non necessaria, aut etiam obstantia, & aliena auferre & excidere. Sic namque arbores, & vites, & sic etiam rationes dictæ sunt *putari*. Festus, *imputatum*, i. e. nondum purgatum. Et Horat: *imputata vinea*, i. e. non putata. *Amputo*, ἀφαιρῶ ἢ ἀφαιρῶμαι. Ab ἀμφὶ. *Puta* quidam volunt fieri adverbium, i. e. scilicet, nimirum, præter omnem necessitatem, & autoritatem veterum: cùm sit imperativus, & præter accusativum, nullum admittat alium. Terent. And. a. 1. sc. 1. Dictum *puta*—. Sed interdum tamen, *Puta*—, absolutè ponitur sine casu, non aliter atq; *Præsens*, ut nulla, *puto*, diligentia tanta est. Ita Plaut. Aul: Jam, *credo*, mortuus est. Quod tamen non propterea in adverbium abit: sicut nec obsecro, quod vulgo existimant. J. C. Scaliger Ex. 5. Forma particularis, *puta*, ignis, &c.

Pyga, πυγή. Horatius:

Ne numi pereant, aut pyga, aut denig; fama—.

πυγὴ, nates. *Pygæus*, πυγαῖος, i. e. posticus; etiam cinædus ita dicitur. *Propygium*, *um*, ὀπισθόπυγον & ὀπισθόπυγιον.

Pylorus, Latinè janitor, aut portæ custos. πύλη est janua, posita. ὤρος cura: ὠρέω, curo. Etiam medicis speciatim *pylorus* meatus, aut porta ventriculi inferior. Celso, *Porta*, ventriculi. Glossar. *Janitor*, πυλωρὸς. *Janitrix*, ἡ πυλωρὸς.

Q

Qualis. Antiqui *Quale* dicebant: *qualitatem* non dicebant. M. enim Tullius primus eam vocem commentus est. *Cui* veteres dicebant pro *quale* κατ' ἀποκοπὴν. Ita *simul*, *sicul*, *procul*: pro simile, facile, procile, quæ postea adverbialiter sumta sunt. Plautus in Amph: *Cui* est qui donum dedit, pro *qualis* est.

Quatio. J. C. Scalig. c. 31. L. L. D mutatur in T, *cudo*, *quatio*. Fuit enim vetus verbum κύδω, adhuc durat κυδάζω. Significat strepere: unde κυδὼν convicium, & κῦδος gloria: strepitus ille popularis. A *quatio* est *incutio*: unde *Incus*. *Succutio*, *subscus* interposito S. *Cudo* malim ab Hebræo facere: כָּתַת cudit. κῦδος à כָּבוֹד κατὰ μετάστασιν, i. e. honos, gloria. Sic σκεδάω, σκιδάζω, à שָׁדַד, vastavit: שָׁחַת, i. e. ἐσκέδασε.

Quatuor. J. C. Scalig. lib. 1. de L. L. c. 28: κάτερος pro πρὸς ἕτερος, sine aspiratione apud Æoles. Nam cum dixissent, *unum*, *alterum*, *tria*—: pro quarto dixere, & *alterum*. Sic apud poëtam:

Alter ab undecimo— Et:

Aurea mala decem misi: cras altera mittam.

Sic etiam *Quinque* deduxere: ut esset & unum præter quatuor, πὰς ἓν τυε. A *Quinque* est *Quinctus*: nunc *Quintus*: *Quinctus*. C pro Q quod ex isto nascitur. Manutius: *Quinctus*, *Quinctius*, *Quinctilius*, *Quinctilis*, & *Quinctilianus* cum C. I. scribo, secutus lapides Capitolinos, & alios. Admonet enim etymologia, ut quemadmodum à relinquo relictus, à coquo coctus: sic à *quinque*— *quinctus* derivemus. Ab his nec Cicero abhorruit, ut ex manuscriptis ipsius patet, teste Gryphio. Porrò à *quatuor* est *quadra*, propter tot apices. Nec insolens est T in D μεταβολὴ.

Quadraginta, quadrifariam, quadrageſima ſatis documento ſunt. *Quadrum*, id eſt, quadratum, à quatuor partibus. *Quadro* in quadrum redigo. Poſtea idem, quod ex omni parte convenio. *Quadrans*, quarta pars aſsis. *Quadrantaria* à Quadrans. Olim Romanis precium pro balneo dari ſolitum. Vnde Seneca *Balneum* rem quadrantariam appellavit. Cur, inquit, exornaretur res quadrantaria, & in uſum, non oblectamentum reperta, Cicero pro Cœlio: Niſi fortè mulier potens quadrātaria illa permutatione familiaris facta erat Balneatori. Et Horatius Cynicum pauperem irridens, dum tu, inquit, quadrante lavatum Rex ibis. Cæterum *quatuor* Græcis eſt τέσσαρες, *teſſares*, & Jonicè τέσσερες. Inde *Teſſera*, quæ eſt figura omni ex parte quadrata. *Teſſella* deminutivum. Pulchrè J. C. Scalig. lib. 7. poët. c. 1. ſ. p. Octonarios etiam *quadratos* appellavimus: quemadmodum in cubica figura anguli ſunt octoni: quem cum dicerent *Quadrantalem*, eodem nomine hoſce verſus inſignitos voluere. Etenim conſtituta quadrata ſuperficies ſi fluat, atque poſteà ſiſtatur, *quadrantal* creat. Quam ob cauſam corpus hoc Latini Græcâ voce *Teſſeram* vocitârunt: non à laterum numero, ut quidam putavere, ſunt enim ſex: ſed ab radice conſtitutionis. Sic enim appellant mathematici.

Querquerus. Feſtus à Joſ. Scaligero emendatus: *Querquera* febris, dura, ac gravis: quam quidam à *quercu* dictā putant. Quod id genus arboris cùm grave ſit ac durū, tùm in ingentem evadat amplitudinē. Aurelius Opilius frigidam atque trementem. Santra eam ex Græco deducit, quia tremorem ejuſmodi κάρηκρα vocant. Vnde dici etiam *carcerem*. Plautus in Frivolaria: *is mihi erat bilis querquera, tuſsis.*

Lucilius:

Factans me, ut febris querquera:

Et alibi:

Querquera conſequitur febris capitiq; dolores.

Hæc Feſtus. Adde ad ejus ſententiam confirmandam Homericum: κάρηκρα δὲ γαῖα πέδεσσι.

Quinquatria, quinquatrus. A *quinque*: quod certum. Qui verò

verò adjiciunt, vel ab atro, vel ab atrio Minervæ fieri partem vocis ultimam; non attendunt, *atrum* vel *atrium* eſſe κατακλήσεις. Vt *imus*, vel *ſimus*, in vigeſimus, trigeſimus, decimus; ſunt appendices: ita *atrus*, in ſexatrus, ſeptimatrus, decimatrus & quinquatrus. Ovidius facit à quinque diebus, quibus celebrabantur Quinquatria.

Verſus ſunt:

Vna dies media eſt, & ſunt ſacra Minervæ,
Nomina quæ junctis quinque diebus habent.

Varro, unum modò iſtius feſti diem fuiſſe exiſtimat: poſt quintum ſcilicet Idus Mart. Et Feſtus: Quinquatrus appellari quidam putant à numero dierum, qui ferè his celebrantur; qui ſcilicet errant, tam Hercule, quàm quatriduo Saturnalia, & totidem diebus Compitalia.

Quirinus Feſto alijsque à *Quiris*, quod Sabinis eſt haſta, quam ille geſſerat. Aut κατ' ἐξαίρετον à κῦρος, κύδος: à dignitate & præſtantiâ. Ovidius 2. Faſt. videtur innuere: Sive ſuo Regi nomen poſuere *Quirites*. Qui verò pro *Quiris* aut *curis* pugnent, præſidia evocare poſſunt ab Hebræis. Illis enim כִּידוֹן eſt haſta, item cohors militū lanceas geſtantium. A Radice כָּרָה, i. e. ſcidit, ſecuri diſſecuit, excidit. *Quirinalia* ſunt feriæ, quibus Romuli memoria renovata eſt. Dicebantur quoq; *Fornacalia*, Fornacis deæ cauſâ inſtituta, quibus far in fornaculis toſtum eſt. Ovidius:

Facta dea eſt fornax: læti fornace coloni
Orant, ut fruges temperet illa ſuas.

Item *Chariſtia* ἀπὸ τῆς χάριτος. Valer. Maximus lib. 2. cap. 1. Ovid:

Proxima cognati dixere Chariſtia chari
Et venit ad ſocios turba propinqua Deos.

Quirites, i. e. Romani, à Quirino illo. Gloſſarium: Quirites, πολῖται ῥωμαῖοι. A *Quirites*, *quiritor*: ideo medium jure producitur. ἰδιάζεται eſt Quirites precor, aut invoco, auxilij cauſâ. Quod olim ita fieri ſolitum, nemo, niſi hoſpes in Latio, ignorat. Varro lib. 5. de L. Ling: *Quiritare* dicitur is, qui *Quiritium* fidem clamans implorat. Nonius, *Quiritare* eſt clamare: tractum ab ijs, qui

Quirites invocant. δδυρόμαι *quiritari* nobis sumitur promiscuè, pro clamare aut lamentari, aut ejulare. Glossarium : *Quiritans*, ἐπιβοώμενος.

Quisquiliæ. Festus : *quisquiliæ* dici putantur, quidquid ex arboribus minutis furculorum foliorum cadit. J. C. Scal. c. 139. L. L. A *quisquis quisquiliæ* dictæ sunt. Fuit enim quidquid τὸ τυχὸν, vile & obvium fortè, non consilio. *Quis* à κῆ ὃς : *qui* κῆ ὃ, c. 127. Filius in Conj. in hunc modum : Pavo παὼς, πάF ος, Aeolicè. *Pavo*, παὼν. Tin P. ut πάχυς, *spica*. Et πὶς, Oscè, *pis*. τὶ *pit* : & *pitpit*, *quidquid*. P in Q. πίντε *quinq*ᵘ : πέντος, *quotus*. *Petora*, quatuor. λίπω *liquo*, nunc *linquo*. ὸ, ὃς, ὅστος ab הוא quod idem.

R

Raca, *Raka*, ῥακᾶ : in sacris usurpatur, ex idiomate Syro. A Rad. רָקַק, extenuatus, vel evacuatus est. Verbaliter non est in usu. Idem quod רִיק, id est, vacuus fuit, evacuavit. רֵק est μέσον κενείας. רֵק & רִיק est vacuus, inanis, κενὸς. Etiam Talmudicè *Rika* est idem qui רִיק. Igitur ῥακᾶ, Raka notat hominem vanum aut vacuum : vel, ut Latini, hominem nihili, vacuum virtute, κενὸν ἄξιον.

Radius propriè est ῥάβδος. Virg: descripsit radio totum qui gentibus orbem. *Radio*, i. e. virga Philosophorum, quâ Geometræ lineas indicant, ait Servius. *Radius*, ῥάβδος : ab Hebræo שַׁרְבִיט, i. e. virga, baculus. Est compositum. si tollatur τὸ שׁ, façillimè ex residuo fiet ῥάβδος. A quo propiùs Lat. *Radius*. J. Cæs. Scalig. Ex. 75 ; radium exire per metaphoram intelligimus. Sumta est à *radijs rotarum* metaphora, Græcâ origine, ῥάβδος. Exilior nostra vox, cujus ostendit vestigia ῥαδινὸν. Vnde etiam *rude*. Idem Scal. c. 30. L. L. A V mutatur in V breve, *raudum*, *rude*. Nam ῥάβδος fuit virga demta ex arbore impolita. Inde donatus *rude*, Horatio. *Raudum* æs ab eâ ruditate. Item *rudus*, *ruderis*, *rudera* : vulgo lapidum frusta, & ruinarum materies. *Erudio* extra ruditatem pono, polio. Cæterùm de *Radio* ita *OB. Gifanius* : *Certè* (inquit) *radius Latine nihil est aliud, quam hastile, seu hasta, ac telum, sive ex ferro, sive ex materia*. Verùm fragilius glacie est, quod formatur, ut firmet. Nihil sequitur ; si concludere velis : *Lucretio* sunt lucida tela diei : *Ausonio*, *Mosellæ*, letalia tela diei : *P. Varroni*, jacula solis : *Prudentio*, spicula radiorum, & Solis. Ergo radius idem est, quod hastile, aut telum è ferro, vel simili. Nihil, inquam, sequitur. *Lucida tela & jacula Solis*, id est, lux aut radij, qui à sole jaciuntur, & hemisphærium illuminant. *Telum* enim, quidquid projicitur ; à τῆλε : ut *jaculum* à jacio. Vtraque igitur vox generalis. *Spiculum* vero est cuspis, qualis in *spicâ* : unde etiam nomenclatio. Vsurpatur de Solis lumine, pariter ut radius. Scilicet Tropicè. Lumen enim reapse quid solidum & continuum quasi est ; inde à rimis, item à cilijs oculi, præsertim si paululùm claudatur, quasi finditur. Sic apparent, ita dico, apparent, non reverâ sunt, vel spicula, vel cuspides, vel aciculæ, vel radij, vel virgulæ, vel stamina, vel lineæ : vel quomodocunque appelles lucem ita divisam, cùm melior vox non suppetat.

Radix, *icis*, ῥάδιξ, ικος. Est enim ramus inferior. Julius Cæs. Scal. Exerc. 144. sect. 3. *Ramus* fortasse è Græcâ orig: sicut radix. Æolica namque vox hæc, qua etiam Nicander utitur : κόψαντες ῥάδικα. Hebr. אֲמִיר, id est, ramus. Aut etiam κατὰ μετάθεσιν, à זְמוֹר, ab amputando. ῥίζα à שֹׁרֶשׁ, quod idem.

Rancidus. Persius Satir. 1: *Rancidulum quiddam balbâ de nare loquutus*.

Martialis :

Qui sic rancidulo loquatur ore.

Rancidus, id est, propriè putridus, τηκτὸς. *Rancor* est putor, aut corruptus odor. Veteres magistri vertunt πάγκλυ. *Ranceo* est verbum : primitus *Raceo*. N intervenit : ut in tago tango : pago pango. Oritur ab Hebræo רָקַב Rakabh, id est, putruit, σαπὲς fuit.

Rapax

Rapax, ἁρπαξ: *rapio* ἁρπάζω. *Harpago*, Plautinum. *Harpyiæ*, ἅρπυιαι. ἁρπάζω ab Hebr. חָרַב: & χ quod intendit. Ab ἁρπάζω faciunt Græci, ἅρπελυ. Malim ab Hebr. חֶרֶב, i. e. gladius, *harpa*.

Ovidius:

Brachia tendentem Cyllenide concidit harpe.

Rapum, rapus, rapunculus, à ῥάπυς: non à rapiendo. Sic *Raphanus*, ῥάφανος & ῥαφανὶς: παρὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι, Suid. Tertio enim die à satione prosilit, & è terra erumpit. Athenæus lib. 9. ἀσύμπαντος δὲ ἐν δουλίχῳ ὁμοίαν ῥαφανὶς, φησὶ, χρῆναι. ἀνάρρυσις, ὁμοία. τῷ δὲ ῥάφανι γλαῦκα ἐν τῷ ὀψαρτυτικῷ φησὶ Δημόστρατος καλεῖ ῥάπυν.

Reciprocum, ἀντίστροφον: ut *reciprocus* amnis, qui refluit. Propriè quid sit, origo admonet. Varro trahit à *recipiendo*. Falsò. Est quippe à *procari*. Festus: reciprocare pro ultrò citroque poscere, usi sunt antiqui. Quia *procare* est poscere. *Reciprocari*, quasi *reprocari*: *reciprocum* quasi *reprocum*. Prisci ingerebant *CI*, ut ita vox deducta melius aures afficeret. Ita dicebant *reciperare* pro reparare, nunc

residuum *recuperare*. Simile est *induperator* pro imperator: item *indogredi*. *Procare* est à προξ. προκὸς, unde πρεῖξ. Item à procando est *precium*, autore Jos. Scaligero.

Refutare, i. e. redarguere, compositum à *fando*, versâ literâ A in V, apud Festum. Ad quem Joseph. Scalig. Primùm oblivisciturr simplex esse *Futare*, supra dictum à Catone. Deinde ignorat esse deductum ab *ollis*, quæ cum ferventes paulo plus exuberant, solent *futo* vasc ad hoc apto inversa aqua compesci: quod dicitur *futare* & *confutare* ollam. Titinius Setina: Coquus ahenum, quando servit (malim fervit) paullâ *confutat* trua.

Rego, rex; ῥέζω, ῥέξω. Hebræis עָרַךְ, i. e. texit ἐυπλόως, disposuit, ordinavit. ῥεκτὴς actor, *rector*, sicut *Meddix* summus, i. e. magistratus, Oscè apud Ennium & Festũ, à μέδων. A *rego* rectum, est *regula*, i. e. canon, κανὼν. Hebr. אֹנֶן, quod idem. *Regulus*, *Rex*. J. C. Sc. c. 95. L. L. Ea quæ quantitatem imitantur, sunt ficut *regulus*, cùm parvum regẽ significat: propterea quòd qui vasto corpore sunt

sunt, cæteros anteire robore videntur, item imperio: ita ij quorum in potestate populares sunt, eam magnitudinem imitantur, atq; iccircò deminutione notantur. *Regifugium*, sacrum erat Romæ, quo memoria Tarquinij regis ob tyrannidem & libidinem ejecti repetebatur.

Ovid.

Nunc mihi dicenda est regis fuga: traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina mense dies.

Pergo, *per* & *rego*: unde *pergiscor*, & quod uticatum, *expergiscor*, *experrectus*: sicut à *pergo perrectum*. Inde quoq; *pergula*, sicut à *rego regula* i. e. appendix ædificiorum, quæ in publicum spectabat. *Surgo* contractè pro *surrigo*: ut *surpere* pro *surripere*: *exporgere* pro *exporrigere*. Aen. 4. Tot surrigit aures i. e. sursum regit. Livius lib. 7. mucrone surrecto. Item in Manuscript. Camerarij ult. vers. Epid. ita legitur: Plaudite, valete, lumbos *surgite* atq; extollite. Notavit, & phrasin, *surgere lumbos*, probavit I. Gruterus. *Arrigo* ad rego. *Corrigo*, con & rego. Con, cum, ὁμὲ, σὺν ab Heb. עִם. Et con eadem est, quæ *Cum*, non alia, ut putârunt.

Et satis constat sonum ipsius V in *Cum* rotundiorem fuisse, qui etiamnunc manet. Vmbri enim, non Latini obscuriorem illum alterum in usu habebant. In aliquibus tamen *Cum* sic integra manet, *Mecum*, *Tecum*, *Cumprimis*: quod verbum qui divisere, ut duo facerent, paucæ fuere lectionis, ait Scaliger: neq; meminere etiam dictum à veteribus, *Cumprime*. Vltima verò litera τῦ Cum nunc N, nunc M, nunc alia est, nunc planè omittitur. Vt conniveo, congredior: comedo, comitium: colligo, corrigo: coorior, cooperio. Quod & IN accidit, ut immuto, invenio, irrepo.

Reperio. Valla l. 3. El. c. 2. reperire est fortunæ, invenire consilij. At Alex: ab Alex. l. 1. c. 21: exemplis ab Ovidio, Curtio, Suetonio probat esse operæ, & consilij, non fortunæ: cùm sit deductum à *re*, & *pario*, quod est cum labore quæro. At Etymon aliud in promtu est. Non enim à *pario*: neq; enim *reperere* dicis, ut parere: sed *reperire*: nisi ab antiquo *parire* i. e. parere. Sed à *perio*, *perior*, πειράω, πειράομαι i. conor, tento:

tento: unde *periculum*. Ter: fac periculum i. e. tenta. Ab eodē est *experior*, *comperio*. Passivè dicitur *compertus*, ut cognitū, & compertum habere, Cic. Manifestò compertum & deprehensū facinus, Suetonius. De eo tibi compertum erat, Salustius. Et *comperto* absolutè i. cum compertum esset, apud Tacitum, & Ictos veteres. *Aperio*, ut *omitto*, q. *apperio*, aut simpliciter ab A. Quanquam de priori ita J. C. Scal. c. 34. L. L. D transit in P Appono: nam quod in *Aperio* sublatum est, factum fuit licentiâ poëticâ: nam etiam *apperire* dicimus. Heb. פָּעַר i. e. aperuit.

Res. Veteres dicebant *Reses*, quod decurtatum in *RES*. q. ῥῆσις, à ῥέζω, ut nonnemo suspicatur. Quod si ita: neq; exsibilandum, si Res dicatur, quasi *Reebes*, aut *Reebus*, ab Heb. רְכוּשׁ i. e. res, ὕπαρξις, οὐσία, quidquid est. I. C. Scal. mavult ἑλληνίζειν: in Th. de c. pl. *Ratum* & *ratio* idem. Hæc autem λόγῳ à *re* scilicet. Quod enim est, *res* est & *ratum* est. *Res* autem à pecore, quæ opes erant antiquorum; ῥῆς & ῥῆν & ῥῆνα. Pro eo usitatius nunc est ἄρις. Hippocra. ῥηνίκεα i. e. ovium pelles. εὔῤῥηνος & εὔῤῥην i. e. pulchras aleus oves. A *re* est *Reus* i. e. de cujus re agitur. Cic. 2. de orat: *Reos* non modò appello eos, qui arguuntur, sed omnes, de quorum *re* disceptatur. *Reor* i. e. circa rem occupor, rem puto. *Ratio*, quæ rem arguit, è re ducta, & circa rem. *Ratum*, quando res se ita habet, ut decet. *Irritum* i. non ratum. *Vereor* i. e. valdè reor, aut rem expendo. *Veneror* est frequentat. id est, cum studio singulari aut crebrò vereor. *Verecundus* originem paulò habuit obscuriorem propterea, quòd abolitum verbum est *verescor*. Aut rectiùs, ut à fatum facundus: à sitio sititum, sitibundus: sic à vereor *verecundus* Vt *eundus*, sit λῆξις. *Verecundia* est magna opinio reprehensionis. Cum verem id est, valdè *remur*, hoc est, putamus ipsam rem. Congruit cum illa Aristotelis descriptione, quòd sit φόβος τῆς ἀδοξίας.

Rete alij trahant, vel à raritate, vel à rapiendo, vel retinendis piscibus. Omnibus præferam Hebr. רֶשֶׁת id est, rete: unde quoque *restis*.

Retis antiquè. *Reticulum* est tegmen muliebre. *Irretio*, in rete conjicio.

Rhamnus, ῥάμνος id est, spina alba. *Rhamnusia*, à pago Rhamnunte in Attica regione.

Rica, ῥέγος, ῥέγεος. Ricinium: Iosc. Scalig. *Ricidipna* Iuvenal. à *Rica* & δεῖπνον. Vestes cœnatoriæ: Plinio, *triclinaria*.

Rigeo. *Rigor* i. e. frigus & durities propriè ex frigore. Hoc enim ῥῖγος: ῥιγάω est rigeo, horreo. Maro exprimit: *Frigidus horror membra quatit*. רָגַע id est, riguit, rigidus fuit Festus: *rigidum* & præter modum frigidum significat, & durum. Per appositionem τοῦ F fit *frigeo*, *frigus*. Nisi aliquis fortè traxerit à φρίκη, φρίττω: quæ & de mari, & de horrore dicuntur. *Fringilla* quasi frigilla à frigore: quòd frigore cantet, & vigeat: unde *frigutire* apud Festum. *Africum* quasi *africum*, à φρίκης id est, sine horrore ἠλιαζόμενον, εὐήλιον. Vnde nonnullis item *Africa* dicta regio torrida. Alijs ab *Apher*, nepote Abrahami: cujus rei testes producit Hieronymus Alexandrum Polyhistorem, & Cleodemum: עָפָר i. e. pulvis: à Radice עָפַר i. e. sparsit pulverem. Quo & ipso calor aut siccitas illius oræ designatur. Pulvis enim comitari solet æstum.

Apud Virg:

Æstas pulverulenta.

Et post: hiberno lætissima pulvere farra, id est, æstu aut siccitate.

Rimari, est quærere valde, ut in rimis quoq;, ait Festus. *Rima*, ῥῆγμα, id est, fissura: à ῥήσσω.

Rixor, ῥάσσω. S geminum vertitur in X: ut Vlysses, Vlyxes. ῥάξις, συῤῥάξις est concertatio, conflictus. Aut pari mutatione ab ἐρίζω, per apharesin: sicut ἀγάσσω, ῥάσσω. Ab הָרַס destruxit, laceravit. Aut רָעַץ i. e. dirupit vehementer: unde & ῥήσσω: ῥῆξις.

Robur quid propriè sit, meritò quæsitum à multis. In Cic. &, de arbore glandiferâ, & de viribus usurpatum extat. 2. de divin. quis robur illud cecidit, dolavit, inscripsit? Pro Rosc. Amer: si jam satis ætatis ac roboris haberet. Quidam, inter quos Lambinus, ad quercum restringunt, quasi de eâ ἰδιαίτατα dicatur.

Ei verò ineſt propriè duritiēs. Poſtea dicitur *robur*, κατ' ἐξοχὴν & κατὰ μεταφορὰν. Quia lignum maximè denſum & durabile.

Lucretius l. 1.

Robore cum ſaxi frangentur - -

lib. 2.

- - Duri robora ferri.

Virgil. 7. Aen. imitatus:

- - Robora ferri.

In Carm. Priap. quod Ovidio aſſcribunt

- - Nodoſæ robora clavæ.

Iam eſto hîc robur idem cum quercu, ſententiâ Lambini. An non ſpecies de ſpecie dicetur? Quod ἀδύνατον. Eſto etiam metaphoricum: & à quercu. Sed quo exemplo? Nuſpiam tale invenies. Verè Servius: omne quod forte eſt, robur vocatur. Et origo monet: ἀπὸ τῆς ῥώμης ῥωννύω, ῥώννυμι i.e. roboro, firmo. Nec minoris momenti eſt Heb. רֹהַב, robur, vires. Agell. l. 2. c. 20: vivaria alijs dicta ſunt etiam *Roboraria*, à tabulis roboreis, quibus ſepta eſſent. A ῥώμη eſt etiam *Roma* & Romulus. Ob fortitudinem, & robur, quod Romani ſolum in oculis ferebant. Vnde Roma *Valentia* olim. J. C. Scalig. c. 45. L. L. quidam minus ſapienter

etiam *Romam* aſſpirant, cùm tamen Romani ipſi de ſuo R omnem exemerint uſum aſſpirationis. Virg. 1. Aen.

Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
Mœnia, Romanosq; ſuo de nomine dicet.

Roma Hebræis eſt celſa, ſublimis, regia. 1. Aen.

Altæ mœnia Romæ -
Hæc tantum alias inter caput extulit urbes.
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

A Rad. רוּם id eſt, exaltatus fuit, elevatus eſt. Vnde quoq; רָמָה, *Rama*, etiam nomen loci ab altitudine. אַרְמוֹן eſt palatium, domus regia, munita: unde ἔρυμα, ἐρυμνὸν; vulgo ab ἐρύω.

Rodolphus. Ex vicinitate gentium, itemq; commiſtione factum eſt, ut non modò res, ſed etiam verba invicem fuerint commutata, & communicata. Quod nemo negat niſi cerebrum geſtet in calcaneo. Quot ab Hebræis ad Pœnos? Ex Virgilio, ex Plauto diſces: ſi non aliunde. Quid Latini Græcis debeant: quid hi etiam Hebræis, publicè notum. Ita è noſtrâ Germaniâ non pauca in

in Latinorum uſum tralata, ſervatâ origine, tantùm mutatis veſtibus. Induerunt enim togam, ſuumque habitum depoſuerunt. Ita *Rodolphus* eſt, qui conſilio & auxilio viget. Rath enim quibusdam per O offertur. *Lodolphus* vel melius *Ludolphus*, ab eodem auxilio, nec ſolo, ſed *hominum*. Leute, pro quo Belgæ *Lude*. Itaq; ferè erit quod *Alexander*. *Landolphus*, auxilium regionis, aut provinciæ. *Arnulfus* (& priora per F ſcribi poterant, vigore originis) qui honeſta juvat. Sicut *Arnoldus*, qui honeſtis favet, Ehrenhold. Perpetuò enim (inquit M. Lutherus) Latini A ſcribunt & pronunciant, ubi Germani E vel Æ habent. *Minulfus* eſt meum auxilium. Saxonicè Min pro Mein. *Adolphus*, quaſi Nobile auxilium. Lutherus: Eſt valdè (inquit) depravatum: hatt hülff dici debet. Sic Latini Regem Longobardorum *Aibulfum* vocant. Eſt enim *Hatto* ſeu *Hetto* pater: Ita Hatthülff eſt pater auxilians vel ſalvans. Vnde adhuc hodie in Haſsia pueri appellant patres ſuos *Hatto*, *A* Italico ſeu *E* craſſò & diphthongato. Et credo *Chattos*, quos

nunc *Heſſos* vocamus, priſco vocabulo *Hattos* i.e. patres: & *Hattiam*, patriam appellatam eſſe. Ab eodem Hülff fit etiam *Gangolfus*, vel *Gandolfus*: à gang & hülff: Id eſt, cui bene procedit auxilium. Inverſum hülffgang: unde Wolfgang tandem factum eſt, ait Lutherus. Poſsit etiam derivari, quaſi Wolgang id eſt, homo bonæ fortunæ aut proceſſus. *Alphonſus* vel *Alfonſus*, quaſi helffvns i.e. auxilium noſtrum. *Arioviſtus*, aut *Arioniſtus*, Ehrnveſt: ſicut & *Erneſtus*, aut quaſi ſeverus, Ernſt. *Lotharius* Ludbert i.e. dominus populi, & hominum. Inde eſt *Lotharingia* i. e. *Ludberi* provincia. *Faſtrada* uxor Caroli Magni, quaſi Beſtrat, *Ariſtobula*, optimo pollens conſilio.

Romphæa ῥομφαία. Etymologicum à ῥέπω cenſet fieri: ῥοπὴ ῥοπαία καὶ ῥομφαία. Sed vide tu mihi utriusq; ſignificatum. ῥοπὴ eſt propenſio, inclinatio: ut ῥέπω propendeo, vergo. ῥομφαία genus telli eſt, Thracæ nationis, ait Agellius l. 10. c. 15; poſitumque hoc vocabulum in Q. Ennij Annal. 14. Propriè ergò romphæa eſt haſta, aut lancea: ſicut & *framea*. Vtraque

que vox ab Hebr. potiùs רֹמַח. Si appendix Græca subjicitur, fit inde ῥομφαία: & faciliùs *framea*, si F tantùm præponitur.

Ros, ῥόος, à ῥέω: sicuti δρόος: & ἔρση, παρὰ τὸ ἄρδω, quasi ἄρση. Roridus δροσερός. *Nereus*, unde *Nereides*, à νάω, νήχω, seu νέω & ῥέω. Est enim deus maris. Ab eodem est *rivus*: *rivales*, qui eundem rivum habent communem. Agell. lib. 13, vulgo *Rivales* sunt ἀντεφεσταί. Ab illo etiam ῥέω, seu ῥύω est *rigo*, βρέχω, *rigus*. Aut ab Hebræo. Etenim רִי est irrigatio, רָוָה rigatus est. Aut à רִיר i. e. fluxit, roravit. Et רָעַשׁ est fluxit sensim. Item *Ren* à perpetuo fluore, quo madent, serosi humoris. *Rhea*, quia abundet rebus omnibus. *Resina*, ῥητίνη & ῥητίνη. Ex quibus facilis conjectura fit, quòd prima, & secunda producatur: quod docuit Taubmanus Poëta seculi nostri princeps, in peculiari epigram. Martialis lib. 3. epig. 74. *Resinata* bibis vina, falerna fugis. Et lib. 12. epig. 32. Ne plena turpi matris olla

resina est. Est enim Scazon. J. C. Scaliger in Teret. Tus, resina, siser, vitrum, jentacula, sulfur. Juvenalis: quid resinata juventus. Sed objicitur è Martial. lib. 3. epig. 67.

Vaterno resinâ pigriores.

Respondet Janus Gruterus; *Rasina* legi oportere: ut quæ sint duo nomina rivulorum, per quos navigabat Martialis. *Imber*, ὄμβρος, etiam à ῥέω: quòd ex aëre defluat: ὄμβρος, quasi ὀμόρρος, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ῥεῖν.

Rosa, mutato genere, à ῥόδον. Neque id insolens, aut mirum. Ita *Metreta* à μετρητής: *margarita* à μαργαρίτης. Quanquam *Joach. Camerarius* ὁ μαργαρίτης & ἡ μαργαρίτις præstet.

Rotundus à *rotâ*: ut à vereor verecundus, à sitio sitibundus, à gemo gemibundus: ita à rotâ, aut à verbo roto, *rotundus*. *Rota*, non à ῥέω torqueatur, inepto quorundam judicio. Planè Hebraicum est. רָטַשׁ est rotavit, rotam giravit. *Rotæ fervidæ*, Horatio: scilicet à nimio motu,

motu, qui calefacit: ut celeritas ita significetur.

Catullus:

Flammea, prævertet celeris vestigia cervæ.

Flammea: ergo motus, aut cursus sit rapidissimus; qui aërem faciat ignescere. Dico aërem, qui intercedit duo corpora ἐπαλλοτριοῦσθαι, eaque duriora.

Rubus, à rubore foliorum atq; fructuum. *Ruber*, ut & *Rutilus*, flectitur παρὰ τὴν ῥοήν, à J. C. Scaligero Ex. 325. s. 13. *Flavus* verò à flammâ, quam imitatur: Ex. 325. s. 12. Apud Hebræos est בּוּשׁ, erubuit, pudefactus est. Ex eo Rubos, rubor per augmentum ab initio, tam facilè traduxeris, quàm à Græco illo.

Rumor parit verbum *Adrumo*, *Conrumo* i. e. φυσίζω i. e. rumorem facio, apud Festum. *Rumito* apud Nævium. Origo græca. A ῥῆμα i. e. dictum, verbum, rumor. ῥῆσις, ῥητὴρ, ῥήτωρ: Latinè *Rhetor*: ῥητορικὴ *Rhetorica*. Apud Syros רְהֵטָרָא *Rebetara*. Ab ἔρρηκα ἔρρημαι. ῥέω est fluo. Metaphora satis apposita. Ita

Ciceroni est *flumen ingenij*: *flumen orationis*: *flumen verborum*. Juvenali *torrens dicendi copia*. Et illud Homeri, cui inauditum? τοῦ γὰρ ἀπὸ στόματος γλυκίων μέλιτος ῥέεν αὐδή. A πᾶν & ῥῆσις est παρρησία, libertas omnia loquendi. Eph. 3. ἔχομεν παῤῥησίαν: Erasmus vertit, audaciam. Malim verò circumscribere, ut dixi. Et audacia plerumque in vitio. Quinctilianus in Rhetor: latinè interpretatur, orationem liberam. *Rumen* est pars colli, aut ventriculus. Ejusdem ortus cum rumore. Nisi factum, ab obtusâ soni qualitate suspicetur aliquis. *Rumigo* apud Apulejum. Item *Rumino* id est, cibum è rumine resumo, & magis attero. Post aliò τρέπεται κατ' ἀναλογίαν. *Rumo* autem priori, est θηλάζω, seu mammam præbeo, lacto.

Ruma seu *rumis* olim fuit idem, quod mamma: ῥύμη, ῥῦμα: à fluore lactis. Inde agnus *Subrumus*. *Irrumo* postea ad obscœnorũ classem transijt. Catullus innuit Carm. 16:

Pædicabo ego vos & irrumabo.

Pædicare à παῖς, παιδικὸς. *Irrumo*, à ruma. Ambo sunt verba honestis auribus indigna, & redolent detestabile flagitium.

Runcina ῥυγχάνη vel ῥυγχάνη: ut in epigrammate: καὶ πελέκυν ῥυγχάνην τ' ἐνεργάζεται. *Runco* Ἐστανίζω. *Averruncо* pro re signatissima vox, conflatur à præpositione A B. Glossar. *averruncat*, ἀποτέμνει. *Aberruncо*, B transeunte in V, ut in auferо: ex AB & fero. *Erruncо* autem fit iterum à præpositione EC, ἐκ, unde postmodum EX: quasi *Ecruncо*. C mutatur in primam verbi, *erruncо*: ut D, in arrodo: C etjam in effodio, efficio. *Averruncо* igitur à præpositione duplici ortum: ut indeprensus, ineffabilis & similia. *Runcatio* (ait J. C. Scalig. in Theoph.) est cæsio eo instrumento, quæ *runca* dicitur. Dumorum tantùm est. Vnde

Galli sentes, & senticeta *runcias* etiamnunc appellant. Apud Plautum est *deruncinatus*.

Ruo, ῥύω. *Eruo* ἐρύω, id est, traho. Ab Heb. רָרָה id est, ruit, ejecit, projecit.

Virg. 1. Georg.

Insequitur cumulosq; ruit male pinguis arenæ.

Terent: *quid si cœlum ruat?* Vbi ὑπαχέτω Jupiter. Interdum sine casu expresse additо. *Ruit alto a culmine Troja*: id est, seipsam eruit, aut destruit. Erat enim ipsa sui excidij causa. Quam innuit poëta. *Rutrum* à *Rutum ruo*: ut aratrum, ab aratum aro. *Festus*, quod eo arena *eruitur*. At reverà generale est. Jos. Scaliger in Conject. *Rutrum* significat, quod Græcè χέραπον. Varro, rutro caput dissplanavit. Significat & *hostorium*, quod Græcè ῥόχαιον.

Lucillius:

Frumentarius est, modium secum atq; rutellum
Vnum affert - - -

Ruere enim est modio cumulum adæquare. Cicero ad Attic. lib. 16: De laudibus Dolabellæ *deruam* cumulum. Plau-

Plautus: æris acervos *ruit*. Rudent: 2.6: *Corruere* divitias. Horatius idem intellexit: ut metiretur numos, i. e. etiamsi modijs metiretur, & rueret acervos numorum. Est enim proverbium: ἀργύριον μεδίμνῳ ἀπομετρεῖν, Xenophon. Cæterùm à Græco ῥύω formatur quoq; ῥυπὸς, ῥυδόω & ῥυσόω: & Latinum *ruga*, *rugo*, *corrugo*. Cutis enim contrahitur & quasi plicatur.

Ruta. Turnebus in Varronis lib. 4. ῥύτη ab antiquis Græcis dicebatur. Quod ab Aretæo & Nicandro nomen usurpatur.

S

Saba, Ptolomæo σάβη. Arriano σαββάθη. Inde *Sabea* messis. Ita appellata est regio Æthiopiæ, quam incoluit filius *Chusi*, hujus nominis. Hebr. סְבָא. Rad. סָבָא, potavit, bibit ingurgitando, inebriatus est, hausit vinum. Hinc certissimè est nostrum Sauffen. Et græcum σαβοῖ, vox bacchantium, & temulentorum. σαβάζειν est bacchari. Et σαβάζιος nominatur Bacchus, Orpheo. *Sabadius* Macrobio. Aliis dicitur *Saba* à שֵׁבֶת, id est, sedes, sessio, ut sit quasi sedes regia. Radix est יָשַׁב, sedit, sedendo habitavit.

Sabini dicti, ut ait Varro Terentius, quòd ea gens præcipuè colat deos: ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, Festus. Et Plinius: *Sabini*, ut quidam existimavere, à religione & cultu deorum *Sebini* appellati.

Sabulum, ut à sto, statum, stabulum: à venor, venatum, venabulum: à pasco, pastum, pabulum: sic à *sero*, *satum*, *sabulum*, i. e. arena hinc inde sparsa & quasi seminata. Deminutum est *sabullum*: & R pro L, quod creberrimum, *saburrum*. Inde mutato genere *saburra*, non *suburra*, ut quidam malè exarant.

Saccus, vox à multis nationibus iisdem elementis & significatione trita. Vbi tamen clara videas indicia pri-

ſcæ ad turrim miſtionis: idem verò apud omnem populum eſſe principium τῆς ὁμολογοποίησεως, communem cum Adamo, quoad ἑστίαν: diverſum, ratione accidentium. Vnde mutatio iſta varia, diſpar terminatio, flexio, pronunciatio, & cætera. de quibus antea. Græcis σάκκος eſt à σάττω, onero. Prima origo eſt שַׂק. A Rad. שָׂקַם, ſed inuſitatâ. σακκίζειν eſt ſacco percolare, transfundere. οἶνος σακκίας inde Polluci: σακκιζόμενος Theophraſto: σακλὸς Eupolidi. Id eſt, *vinum ſaccatum*, aut facco percolatum & purum. Vox, ſaccatum, habes in Iſidoro. Ex origine poſitâ, oritur ἀσκὸς, καὶ ἐναλλαγὴν literarum. Item Latin. *ſagum*, i. e. veſtis militaris, apud Non. Marcel. σάγος apud Polybium, Plutarchum: vel σάγη, i. e. ὅπλον apud Suidam. Virg. 8. Æneid. Virgatis lucent *ſagulis*. Virgata: quia haberent in modum virgarum deductas vias, Servius. Inde *Sagitta*: quia inſtar ſcuti eſſet eminus hoſtem feriens. J. C. Scal. c. 28. L. L. σάγματα, *ſagus*, *ſagitta*, *ſagena*, σαγήνη, i. e. rete. Latine *ver-*

riculum, quod per aquam trahitur. Virg: verruntque per auras. Inde *ſagax*. Teſtatur idem Scalig. in Exerc. σαγήνη naſſa eſt, & σαγὶς reticulum, atque etiam pera. Qui igitur animo ſuo multa caperent. etiamnunc à Tuſcis, vetuſtâ apud illos voce *Saggi* nominantur. Quâ ratione mentis comprehenſionem, καταλήψιν quoq; legimus apud M. Tullium. Ita ad animum translata ſignificatio à venatione. Etenim quorum canum odoratu uterentur ad feras veſtigandas, eos *ſagaces*, quaſi *capaces* diceres, nominabant. Nuſquam memini ad alium ſenſum indicandum poſitam vocem hanc. Frequens apud Cicer. ad odoratum. *Sagire*, ſentire acutè eſt: ex quo *Sagæ*, anus, quæ multa ſcire volunt: & *ſagaces* dicti canes. Is igitur, qui *anteſagit*, quàm oblata res eſt, dicitur *præſagire*, i. e. futura antè ſentire. Ineſt igitur animis præſagitio, extrinſecus injecta, atque incluſa divinitus. De *ſaga*, ut & alijs Scalig. Exerc. 107. ita: *Saxum* Tuſca vox vetuſtiſsima, quòd non niſi ſacrificijs adhiberetur: ſicut eadem

eadem origine *ſagmina*, *ſaga*, *ſacer*. Inter ſacrum ſaxumque ſto, proverbium eſt à victimis, nempe porcis, qui à ſacerdote ſaxo feriebantur. Vnde *ferire*, *percutere*, *icere ſædus*. Idem Exerc. 325. ſ. 13. *Sanguis* Latinorum, & Aurũcorum priſca vox, quibus elementis alio flexu utebantur ad ea deſignanda, quæ ad religionem pertinerent. Sic *ſagmina*, *ſanctum*, *ſacrum*.

Sela, סֶלָה, quid ſit, aut ſignificet, video interpretes minus convenire. Et fatetur Johan. Avenarius Hebrææ peritiſsimus, ſe ex omnibus Rabbinorum commentarijs nõ potuiſſe certam iſtius nominis ſignificationem colligere. Chaldaica paraphraſis reddit, jugiter, perpetuò, ſemper. Johan. Bodinus lib. 2. cap. 4. Dæmon: Singulis pſalmorum locis, ubi legitur Sæla (legitur autem ſæpiſsimè) qui canebant illud, unà cum corpore attollebant vocem, ut David Kimhi Hebræis commentarijs in Pſalmos notat: etſi eandem vocem Chaldæus æternitatem exponit, Symmachus & Theodotion διάψαλμα. Abraham Abben Hezra, אֶמֶן, id

eſt, verè: ut ut ſit, cantores tamen ad vocis hujus enunciationem aſſurgebant.

Sæpè, *penè*. J. C. Scalig. c. 60. L. L. Hic facilè potuit brevitatis ſyllaba contingere: quia in ipſis nominibus quoque brevis fuit. Pontanus: quod *ſæpes* ſpiſſa eſſet & deſa, dixerũt *ſæpè* pro frequenter. Malim ab Heb. שֶׂפַע. id eſt, copia, frequentia. *Sæpus*, exoletum: à quo *ſæpè*, *ſæpius*. Notat frequentiam aut multitudinem.

Sævum: *Scævũ*, σκαιὸν, ſiniſtrũ à σκάζω, claudico. *Scæva*, item *Scævola* Mutius ex Porſenæ hiſtoriâ notus apud Livium, quia dextrã ambuſſerat. σκαιὸς ſæpè eſt infauſtus, mali ominis. Ex accidente quandoque bonus & fauſtus. Varro l. 6: ne quid obſit bonæ *ſcævæ* cauſa, id eſt, bonæ rei cauſa. Et hoc eſt propter auſpicia quædam, ut dixim alibi. A σκαιὸς eſt & *ſævus* extrito K. à σκάζω, σκάνδαλον, *ſcandalum*, id eſt, lapſus, ſeu offenſio pedis. Aut à כָּשַׁל offendit, impegit corruendo. Alioquin Hebr. יָשָׁע eſt *ſalvus*.

Saliva, quod salis saporem habeat: aut quod per linguam saliat, & ejiciatur. Neutrum probabile. Malo græcanicum κατὰ μετάθεσιν: σιαλὶς & σίαλον. Nam & latinis est *Salivum*. σιαλίζειν est *salivare*. *Salivam* invenias quoq; pro sapore.

Persius:

- - turdorum nosse salivam.

Plinio est *saliva vini*, id est, χυμὸς. Et phrasis usitata: *ad gustum & salivam esse*, h. e. sapere, vel gustui accidere gratum. Figuratè ad animum transfertur. Est autem saliva quasi quoddam γεύσιον, & facit eo rectiùs gustare linguam: ut ita concinnè pro ipso sapore sumatur. Aristoteles huc quodammodo collineat, ubi saporem ait esse, πάθος γινόμενον ὑπὸ ὑγροῦ γλώττης ξηροῦ ἐν ὑγρᾷ τῆς γεύσεως. Seneca etiam dixit, movere salivam, i. e. appetitum excitare, aut gustum facere. Cùm enim ὀρεκτὸν sive palato amicum obvenit, illicò saliva copiosiùs affluit, quasi quædam ministra linguæ, vel gustatus.

Salomon idem est, quod *Irenæus*, εἰρηναῖος, ab εἰρήνη: pacificus. Germanis *Fridericus*

i. e. dives pacis. Heb. שְׁלוֹם שְׁלֹמָה: id est, pax à radice שָׁלַם, i. e. inijt pacem cum aliquo: pacificatus est. Græci scribũt σολομὼν, mutato scheva, in O. Latini malunt A, ut suaviùs vox sonet, Salomon. Quidam etiam, Solomon, è Græco. Quidam, sed malè, Salamon. Neque Græci, neque Hebræi in medio τὸ A ponunt.

Salus, ut & *sanus*, à σάος. i. σῶος: interjectâ liquidâ. Aut veriùs ab Hebr. שָׁלֵו, id est, salvus, felix. שַׁלְוָה, i. e. salus, fortuna, felicitas. Rad. שָׁלֵו, i. e. salvus, sospes, fortunatus fuit. Σάος & σῶος itidem ab Heb. שׁוֹעַ, salvus, opulentus: vel à יָשַׁע, salvavit, opem tulit. *Sanè*, hoc est *sanâ mente* aut sensu: ubi nihil fuci latitat, sive fraudis. Inde ponitur pro certè, verè. A *salus*, *salutis* est *saluber*. quod ideò mediam ubique producit. Ovid:

Phœbe saluber ades - -

Buch, Psal. 95. *salubri* temperie, media correptâ dixit, deceptus fortè concursu mutæ & liquidæ: quasi fiat syllaba,

ba indifferens. At vera tantùm est regula illa in ijs, quæ primigenia brevia habent, ut pater, patris.

Samen, vox punica. Compositum est *Balsamen*: qui fuit deus Phœnicum, apud Eusebium lib. 1. de præp. Evang. In Pœnulo Plauti ita Hanno: *Gunebèl Balsamen*. Significat, *Samen*, cœlos: ab Hebr. שָׁמַיִם, i. e. cœli. *Balsamen* est princeps, aut dominus cœli. בַּעַל Baal est dominus. שָׁמַיִם est à מַיִם. Quia cœlum ex aquâ sit. Quod licèt Philosophi ægerrimè admittant: quia tamen è scripturâ eruitur, quid faciant? Necesse est, aut admittant, aut negent, quod negari vix poterit. Altera vox, unde fit, *Schamaim*, est שָׁם, quasi tu dicas, ibi aquæ. Aut rectiùs ab אֵשׁ: propter lucem & calorem, qui in, & à cœlo. Istâ cum nomenclatione, mirum, quàm Ethnici consentiant, quasi datâ operâ. Nisi quod Aristoteles non usquequaque annuat. Thales, ἔμψυχα τὰ ἄστρα. Anaximen: πυρίνῳ μὲν τῷ φύσιν τὴν ἄστρων. Epicurus,

substantiam igneam attribuit. Cleanth: sidera sunt tota ignea. Orph. αἰθὴρ ἀστεροφεγγὴς. Apollin: αἰθὴρ. Varroni cœlum dicitur Stellimicans. Virgil: nitidum, stellis ardentibus aptum. Ovidio, igniferum. Statio flammigegerum. Silio, igneus æther. Et usitate cœlum Empyrium admittitur.

Sancus. Turneb. in 4. lib. Varr. Deus ille Sabinorum à Romanis *Sanctus* vocabatur, à Sabinis ipsis *Sancus*. Itaq; hic nonnulli libri veteres habent *Sancus*, alij *Sangus*. In fragmento Catonis scribitur, *Sangum* gentilem, Sabi, pronunciari à Sabinis, Sanctum à Romanis. Sanctum Herculem dici à sanciendo dicit. Propertius:

Hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
Sic sanctum Tatiæ composuere Cures.

Joseph. Scalig. in Conj. Quæres Romanas Græcè scripserunt, vocant σίγκλον. Tamen *Sanqualis* porta dicta ab eo deo, ostendit *Sancum* dicendum esse. Propertius Etymon aperit. Dionysius πίστιον Græcè reddit, quod *Fidius* latinè, in quo multi errant,

runt, qui id non animadvertunt. Apud Ovid:

Quærebam, Nonas Sanco Fidi.
óne *referrem*

An tibi Semipater - -

mendum est postremo versu, cum sit legendum *Semo* pater.

Sandalium, σανδάλιον. Hesychio, Polluci, alijs est calceamentum muliebre: idque elegans, interdum quoq; aureum. Persius:

– soleá puer objurgabere rubrá:

videtur sandalium intelligere. *Sandaligeruli*, servi qui gerebant, apud Plautum. Cæterùm vox latiùs patet, quàm putabant. Propriè *Sandalium* idem, quòd calceamentum, quo teguntur calces, aut pedes. Guido testatur: סַנְדָל idem est, quod מִנְעָל, aut נַעַל, i. e. calceus, ὑπόδημα. A Rad. נָעַל, i.e. clausit, obseravit: in 3. Conjug. ut partim etiam in 1, est calceavit.

Sanna. Apud Græcos alicubi, σάννος & σάννας. Aristophanes Grammaticus in Cratino Comico observat, vocem σάννας poni, pro stulto. Sunt, qui παρὰ τὸ σαίνειν faciant. Sunt, qui à Tzanis, populis barbaris. Scitissimè Isaacus Casaubonus: Nos (inquit) suspicamur originem vocis esse ab Hebræorum verbo שָׁנַן, acuere. Unde שֵׁן dens: & שְׁנִינָה aculeata oratio, cujusmodi est sanna. Hæc ille. Conspicuum ergo, quid propriè *sanna* sit. Nempe λοιδόρημα, aut dictum, quod pungit & sauciat quasi: ubi lingua acuitur; ubi *rictu fremunt* (poëta sic) *duros nudantia dentes*. Apuleius lib. 7. *dentiumq; candentium renudatis hastis, totum me commorsicat*. Et σὺν ἔπει planè Hieronymus: Sanna est irrisio, quæ ab occipitio, distorto ore, & labris contractis fit, anteriorum dentium ostentatione. Inde illud Persij declaratur:

– – rugosaq; sanna.

Dum enim os torquetur, aut labia, & crispantur nares, fieri rugas oportet.

Sapio. Festus: *Saperda*, genus pessimi piscis; *Sapientem* etiam significat. Varro. Omnes videmur nobis esse belluli & festivi *saperdæ*; cùm simus σαπέρδαι, ut quidem Junius restituit. Ludit autem in affinibus voculis saperdæ & σαπέρδαι: quorum illâ sapientes & venusti significantur: hâc putidi & marcidi. Aliâs legitur *Copri*. Nam *Copriæ* scurra est, ut docuit Joseph. Scalig. Græca origo, σοφία, σοφίζω. *Sophus*, σοφὸς. Hebr. אַשָּׁף, i. e. sapiens: aut à חָשַׁב i. sapienter cogitavit. *Sophista*, qui fallacibus & contortis conclusiunculis ludit. *Philosophia*: Cicero 2. offic. Nihil aliud est Philosophia, si interpretari velis, quàm *studium sapientiæ*.

Sapphirus, σάπφειρος, apud Dioscorid. E Græcis alij principium quærant: nos è Lexico ἱερογλώσσῳ. Ibi est סַפִּיר, i. e. gemma preciosa caloris aërij. Radix סָפַר i.e. numeravit ordine, recensuit per circulum.

Sarcasmus. Nonnulli, qui cum risu amaro orationem definivere, ajunt à labiorum deductione, quæ in risu carnis illius motus est, *sarcasmũ* dictum. Παρὰ τὸ σεσηρέναι τὰς σάρκας. Quo nihil mihi videtur γραμματικώτερον, id est, ineptius. Quin etiam σύρκας ab Æolensibus dici σίρκας:

propterea quod detractâ cute ἀποσεσηρμένα δέρματος caro extet. Sanè eruditionem non contemnimus: rem negamus ipsam. Nos in originibus ita commenti sumus: *Carnis vocabulum* vix & raro in vivente, nisi apud Philosophos. At vulgus cadaveris *carnem* dicebat, quæ jam *careret* vitâ. Itaque *carnifex*, is à Latinis dictus est, qui *carnem* facit ex vivente. Igitur cùm *sarcasmus* non nisi in hostem victum legatur, eumque vel jam mortuum, vel certè mox moriturum, ab eâ causâ nomen accepisse crediderim: J. C. Scalig. lib. 3. poët. cap. 86. σάρξ, demto initio à בָּשָׂר, quod idem.

Sardanapalus: nomen, quod optimi principis fit: non voluptuarij, & delicati. A שַׂר, i. princeps, dux: שָׂרָה *Sara*, i. e. princeps, domina. A דִּין, i. e. judicium: Rad. דּוּן: unde & *Dan*. Et à פֶּלֶא פֶּלֶא est arduum, eximium.

Sardonius risus, σαρδόνιος γέλως: à *Sardoá*, herbâ miræ acredinis. Qui comedit, ita faciem distorquetur & os, ut ridentis speciem præ se ferat.

A

Α σαρδὼ ἡ σαρδών. Nomen insulæ, in qua nascitur copiosiùs. Latinè *Cardinia*.

Sarmatæ, qui & *Sauromatæ* quibusdam dicuntur, videntur dicti nonnullis, ab oculis lacertarum. Nam σαῦρος lacerta, ὄμμα oculus est. *Saurites* σαυρίτης. Lapis, qui invenitur in ventre viridis lacerti arundine dissecti, sententiâ Plinij.

Sarmenta sunt quisquiliæ scopis collectæ; aut similia purgamenta. σάρμα, σαίρω, σαρῶ. Vnde & *Sarrio*, id est, herbas noxias segetibus evello, purgo: à quo est *Sarculum* & *Sartor*, quasi *Sarritor*: differtque à *Sarctor*, qui à *Sarciendo*. Plautus indicium facit Capt. act. 3. sc. 5. Sator, sartorque scelerum & messor maxume.

Sartago: vulgariter λοπὰ τῆς σαρκός. Ita potiùs: ut à far farrago: à vir virago; à voro vorago: sic à *Sar* vel *Sart Sartago*. *Sart* antiquatum ab Heb. שָׂרַת etiâ inusitato. מַשְׂרֵת sartago. Est nomen Hæmanticum, ut magistri Hebræorum vocant.

Persius Sat. 1.

- unde hæc Sartago loquendi?

Ita omnes lectitant. Malim *farrago*; si manuscripti fides aliquâ subveniat. Esset concinna ea tralatio & evidens. Vt alibi:

- - tenui in farragine mendax.

Juven:

- - nostri est farrago libelli.

Id est, mistura, quam etiam Persius intelligit. Isa. Casaubonus retinet, sartago. Alusum (inquit) videtur ad panes παγνίας (nam πάγλων sive πάγανον sartago est) Athenæo atque alijs descriptos: qui confiebant è variarum rerum miscellâ, farinæ, adipis, mellis, sesami, casei, & similium. An respicit ad stridorem ingratum rerum, quæ in sartagine friguntur? Hæc ille.

Satio: σάτω. id est, onero, farcio, impleo. *Satietas*, item *satias*, & *saties*. Ni cuidam videatur fieri à *satis*: hoc ab ἄλις, quod idem planè. Dixissent *Salis* imitatione Græca, nisi ambiguitas vetuisset fugienda. *Sat* per abscisionem: à *Satis*, quod integrum.

Satius Compar: vulgò exponitur melius, βελτίονως. Propriè ita Virgilianum illud explicetur:

Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras
Atq; superba pati fastidia ----

Nónne faciliùs satiari, quiescere & magis contentus esse potui, quàm ut paterer iras & fastidia. Aliùd: *Satius est pecuniam amittere, quàm famam* i. e. faciliùs quis acquiescere potest facta jactura pecuniæ, quàm famæ. Sed nolo omittere sententiam J.C. Scal. in Theop. de plant. quæ incidit super origin. *Satis* (inquit) Adverbium, nota mediocritatis, sumtum ab agricolis post sementē factam, perinde atq; si dicant; *Satis* frugibus, non præterea laborandum. A *Sat* est *Satur*, *Saturo*.

Satura & cibi genus ex varijs rebus conditum est, & lex, multis alijs legibus conferta, Festus. Vetus Glossarium: Satira, νόμος πολλὰ περιέχων. Isidorus lib. 4. c. 16. *Satira* lex est, quæ de pluribus rebus simul loquitur, dicta à copiâ rerum, & quasi *Satietate*. Vnde & *Satiram* scribere, est poëmata varia scribere. Vel, ut Porphyrio, hoc carmen Saturam appellaverunt, quia multis & varijs rebus refertum est. Vtrumq; & *Satira* & *Satura* admittitur: ut *Sulla* & *Sylla*: *Pyrrhus* & *Purrhus*. J.C. Scalig. l. 1. Poet. c. 12. Falluntur, qui putant *Satyram* esse latinam totam. A Græcis enim & inchoata & perfecta primùm. A Latinis deinde accepta atq; extra scenam exculta. Quamobrem non à *Satyra* vel *lege* vel *lance* dicta est, ut frustrà ac temerè satagunt Grammatici. Quin has à *Satyris* dictas puto. Cum lancibus enim prodibant & canistellis omni genere pomorum plenis, quibus Nymphas allicerent. Contrà disputat eruditè Isaacus Casaubonus lib. 2. de Rom. Sat: quos vide; & ut videas, particulam inde præmittam hìc in gustum. *Saturam* (inquit) vetere Romani dixerunt compendio sermonis usi, quum *saturam* lancem intelligerent: quomodo multa dicuntur præsertim Græcis. Erat mos antiquorum, quando Cereri, Baccho, aut alijs dijs agri annua vota solverent, pro læto frugum fructuumque proventu; ut primitias rerum collectarum in lan-

lancem congestas cuique deo pro ratione ejus cultus offerrent. In ritibus Græcorum hujusmodi sacra miscella vocantur πάγκαρπος θυσία, & πανσπερμία aut πυανία vel πυανεψία, cum leguminibus fiebat sacrum: item ἑφεσιώνη. Latini verò lances ita refertas variarum rerum copiâ lances *saturas*, vel simpliciter Saturas appellarunt. *Satur* enim pro pleno, & cui nihil deesset usurpabant. Porphyrio in Horat: Lanx plena diversis frugibus in templo Cereris infertur, quæ Saturæ nomine appellatur. A similitudine hujus lancis etiam aliarum rerum mixturas appellarunt Saturas. Et pòst: Per *saturam* legem ferre, cùm raptim, neque viritim dictis sententijs aliquid senatores decernebant. Et iterum: Simillimè igitur & poëmatia, quibus breviter multi perstringebantur, *Saturæ*, vel ut posteriùs cœptum pronunciari, *Satiræ* dictæ sunt. Hæc ille. E quibus apparet, quæ origo nominis, quæ propria significatio & quî deinde vel lex, vel cibus, vel carmen Satira dictum.

Satum, πίτυρον, ex Hebr.

סָאָה, nomen mensuræ Judaicæ, quâ & arida & liquida distinguebantur. Ita *Cabus*, קַב, mensura frumentaria: à קָבַב, cavavit.

Savium. Jos. Scaliger in Catal. *Salivosas* aquas Virgilius dicit, ut *salivatum*, apud Columellam: quidquid ἀναστομοῖ, quidquid gustum reficit. Facetè, os usque lambis *saviis*, tanquam si aliquâ adjiciali cœnâ acceptus esses. Os lambis *saviis* hoc est, more canum, qui aliquid ligurierunt, labra etiam lambis. Hoc enim canes facere, cum sapidum aliquid gustarunt, videmus. *Savia* enim labra sunt: ut Plauto, valgis dictant *saviis*. Nam valga savia, labia sunt distorta. Ita enim labris conformatis ridebant Militem. Nam ibi savia labra sunt: nt, si oscula interpretaris, fit, quod Græci τρεπτὸν φίλημα vocant.

Scabo. Motus à scabie oritur, nempe pruritus, ad quem diluendum fricatur locus, & foditur: παρὸ τὸ σπάσθαι, quasi unguis marra fit, τὸ μάρρον.

Inde

Inde & σκάφη *scapha*: quia effossa, & cavata. σκάπτω non adeò abludit ab Heb. חָצַב i. excidit, fossas excidit. *Scaptensula*, locus ubi argentum effoditur in Macedonia, à σκάπτειν: Festus.

Scabinus. In jure Saxonico *Scabini* dicuntur quasi *Scamini*: quòd in scamnis conjideant. At liræ liræ. Ab Hebræo enim שָׁפַט id est, judicavit. שָׁפָט i. e. judex.

Scala, κλῖμαξ, à סֻלָּם, quod est scala. Qui Latinum à scãdendo faciunt, vel ultrò fateantur necesse est, probiùs ab Hebræo fieri: sive significatio, sive literæ etiam ipsæ putentur.

Scalptio est cutis rarefactio, qua utrumq; fit, & rarefactio cutis, ut emittat id quod urit. & humoris attenuatio, ut id exhalet. *Scalpo*, σκάλλω. Aut in alias sæpè: ita in P etiam migrat.

Scando, quorundam opinione à *scamnum*; cùm hoc verius ab illo sit. Faciliùs ex Hebr. deduces, si, memor confusionis Babylonicæ, elementa transponas נָסַק i. e. scandit, conscendit.

Scarifico à σκάριφος id est, scalpellum, stilus. Melissus poëta in eleganti epigrammatio ad Trel. Non sacrificabis sed scarificabis cutem. Glossarium, *Conscarificat*, κατακόπτει.

Scateo, à σκάπτω etiam: σκάφη, fovea, seu fossa. Quia scatebræ ab initio foderentur. Hebr. אֲשֻׁד, scatebra. *Scaturio*, secundam licenter nimis faciunt brevem aut non faciunt talem: sed ex insciti talem esse existimant. Audis sæpissimè: *fons & scaturigo salutis*. Non rectè. *Scaturit*, mediam producit. 1. autoritate Virgilij in Phal. *Loci vermiculis scaturientes*. 2. quia fit à verbo secundi ordinis. Nam quod Capito aut Fungus aliquis objiciat: *Parturit*, *nupturit*, *scripturit* esse mediâ brevi itemq; alia, ut apud Mart. l. 11. Epig. 78. *Cœnaturit*, *Vacerra*, *non cacaturit*; non attendit, quod ratio sit impar. Nam ista omnia veniunt à verbis vel 3tiæ vel primæ conjugationis. Det v. aliud illis simile è verbis secundæ conjugationis: *Et phyllida solus habebit*. Aliter ita secũ colligit: *Scaturigo* est, q. scatens origo. Igitur secunda brevi. Hẽ v. lepidum

dum & lautum Etymologum, qui nescit discernere appendicem & terminationem cum alijs communem à partibus essentialibus. Certè ineptus esset, qui pari ratione diceret, *Prurigo*, q: *pruriens origo*. Non ita est. *IGO* est terminatio, ut in *vertigo*, *porrigo*. Non secus ac *mentum* in *calceamentum*, *commentum* & similibus.

Scena, σκηνὴ. Si enim diphthongum quispiam comminiscatur, id nullâ faciat ratione: ait I.C. Scal. c. 26. L.L. Et lib. 1. poët. c. 9: nomen invenit ex eo, quòd alia atque alia facies subinde appareret ex ædiculis, quæ olim cum è ramis, ac frondibus conficerentur, ita sunt ab umbris, & tabernaculis appellatæ. Et sanè verbum militare, σκηνῶ. Et apud Timæum Locrum, σκαῖος; haut longè abest ab eâ significatione. σκηνὴ, σκηνάω, non malè ab Hebræo quis formet. Nam שָׁכַן est habitavit.

Sceptrum, σκῆπτρον. *Scipio*, σκηπίων, σκήπων. Eo enim innitimur. A σκήπτομαι. id est, nitor, incumbo. Nisi placeat ulteriùs exquirere originem ex arculis Hebraicis. Etenim שֵׁבֶט virga est illis, aut baculus, item sceptrum. Ejusdem ortus est & *scapus*. Ios. Scal. l. 2. in Auson. prima *Scapi* non dubium est, quin producatur: σκηπὸς, unde σκηπίων. Est enim *Scapus* ipsum columnę corpus, quod est inter basin, & epistylium. Ita & Budæus explicat, est corpus columnæ. Nam quod super columnam imponitur, *capitellum*. vel *epistylium* vocatur: infra *scapum*. *fusa*, quæ sæpè *basis* appellari solet.

Scheda, χέδη: à χέδον, quod à χέω, ἔχω, Sic *schidium*, χιδίον, *schidia*: *schida*, χίδαξ, χίος. Itaq; malè *scida*, quasi à scindo. Debebant *schida* dicere: à χίζω, scindo.

Schola, χολὴ, unde otium literarium.

Virg:

Studiis florentem ignobilis oti.

Nonnulli eximunt literam aspirabilem, ut suam ita pronunciationem tueantur, quæ tamen vitiosa. χολὴ ab Heb. שָׁלַוְ id est, vacavit, in otio vixit.

Scio differt ab opinor. Cic. pro Arch: qui se non *opinari*: sed *scire*: non audivisse: sed vidisse: non interfuisse; sed egisse dicit. Idem 1. Acad. *Scientiâ* nos non comprehensionem modò rerum; sed etiam stabilem atq; immutabilẽ esse censemus. Idem in Orat: *Non scire* quidem barbarum jam videtur: *nescire* dulcius. *Conscio*. i. e. Simul scio. *Conscientia*, quando aliquid nobiscum scimus, sine communicatione cum alijs. Scisco est cupio scire, operam do, ut sciam. Inde *scisscitor*. A scitum est *scitus*: item *scitari scitamentum*. *Scilicet*, scire licet. *Scius*, *scitulus*: ut compòsita, *inscius*, *præscius*. *Lipsius* in Ep. ad *Frider. Taubmanum*, majus putat esse *Nosse*, quàm *scire*: Novus (inquit) orbis indicatur, quem *scivere* tamẽ magis illi; quàm *novere*. Et quidem *Nosco* oritur à νόος i. e. mẽs, in quâ & à quâ omnis cognitio hominis pendet, ut non tã ex usu, quàm origine ἔμφασις illa eruatur. Arist. a. 1. Post. anal. c. 2. ἐπιστήμην, Latini vertunt scientiam, anteponit omni notitiæ. ἐπίστασθαι (inquit) οἰόμεθα ἕκαστον ἁπλῶς, ὅταν τὴν τ' αἰτίαν οἰώμεθα γινώσκειν, δι' ἣν τὸ πρᾶγμά ἐστι. Græcis est ἴσταω, ἵστω, unde ἵστημι. ἵστω ex futuro ἔσταω verbi εἴδω. Inde queratur origo. Nî magis arrideat J. C. Scal. in Theoph. de plant. indagatio subtilior: *Ratiocinatio* motus quidã est, *scientia* quies. Vnde & nomẽ tùm apud Græcos, tùm Latinos. παρὰ τὸ ἐπὶ ἴσασθαι, ἐπίστημι. Sistitur n. mentis agitatio, & fit species in animo. Sic Latinum *scientia*, ὅτι χίστασθαι ἀφ' ἑστὸς τὸ ὄντως. Nã Latini, quod nomen *Entis* simplex ab usu abjecerunt, & repudiarunt, omnibus activis participijs ijdem adjecerunt, Audiẽs ἀκούων ὤν. *Sciẽs* χῶν ὤν.

Scolopendra, σκολοπένδρα: animalculum à σκόλοψ i. e. palus præacutus, sive χάραξ. Quoniam gestat q: σκόλοπες οὐ τῇ ἕδρᾳ i. e. corniculum, ceu palum aut aculeum in extremo: inde etiam σκολοπία dicitur.

Scopus, σκόπος *Scopulus*, σκόπελος, à σκοπεῖν. J. C. Scalig. in lib. de plant. Græcum verbum σκέπτειν primo suo significatu nihil aliud, quàm *tegere* denotavit. Periti sagittarij postquam intenderunt, haut priùs amittunt, quàm teli mucrone punctum obtexerint: Cujus mucronis objectu scilicet inobscuraverint punctivisionem. Iccirco ad

eam primùm exercitationem deducta vox: atque inde ad mentis agitationem. Vnde *Sceptici* dicti Pyrrhonij, qui ζητητικοὶ & ἐφεκτικοὶ eandem ob causam: quia semper essent in disquisitione, statuerent v. nihil. Etiam σκοπέω molliter flectas ex Hebr. מָשַׁב .i. attendit, circumspexit: vel שָׁקַף i e. vidit, prospexit. σκέπω autem à שָׂגַב, texit, munijt.

Scorpius, παρὰ τὸ σκορπίζειν τὸν ἰὸν i. e. spargendo jaculum, aut venenum: alijs à σκαιῶς ἕρπειν ob reptationem obliquam. Doctissimus Avenarius putat fieri, Aijn mutato in S, ab עַקְרָב: quod etiam Interpretes verterunt σκορπίον.

Scruta, à γρὺ Turnebus: Græcis γρύτη & γρυπάρια i. e. frivola viliaq; utensilia, quæ qui vendit γρυπόπωλης & γρυπώρης i. e. *scrutarius* cognominatur. Ita fit, ut à Latinis huic verbo præpositus sit sibilus, qui in Græco non stridet. Eo a. nomine omnia censentur veteramenta, quæ per vias & rudera scrutando eruimus, ut multi censent, qui originis Latinæ verbum volunt.

Alij coriacea & omnia scortea opera vetera propriè ea significari credunt, ut quasi *scorta* intelligantur: quæ notio latius posteà patuerit & ad omnem vilem ac veterem supellectilem pertinuerit. τὸ *Scrutor* verbum venit ab Hebræo דָּרַשׁ per inversionem i.e. scrutatus est. Apud Græcos est τὸ ἐρωτᾶν: quod propriè est interrogando aut colloquendo scrutor, elicio, indago. Ab ἐρέω ἐρόω: Vt à χέω χόω: addito deinde τὸ N.

Scrupeæ; quæ ægrè incedunt, ab eo, quòd qui per scrupos & lapillos incedunt, difficilè ingrediuntur. Ego puto melius esse, ut dicamus Plautum, cùm hæc ex Græco transferret, Græca quædam vocabula reservasse. Itaq; *scrupedas* quasi *crupedas* dictas, ut tritavus, stritavus &c. κρύπεδα n. quæ & κρυπτάζω, Græcè dicuntur sculponeæ. A quo homines duris pedibus & ligneis vocabantur κρύπεδοι & κρυπτάζοι. Ioſ. Scalig. in Con. Festus: *Scrupi* dicuntur aspera saxa & difficilia. Vnde & *Scrupulus*.

Scyphus, σκύφος è quo bibimus. סְפוֹת id est, scyphi. Et

צַפַּחַת, scyphus, vas concavum. Itaq; sonum illum repræsentat: sicuti fit in *siphon* aut *sipho*, σίφων σιφωνίζω i. e. elicio, extraho. Idq; propriè de liquidis. S.n. optimè inservit sibilo istiusmodi.

Sebastianus, σεβαστὸς i.e. veneratione & adoratione dignus: item *Augustus*. σέβω veneror est, colo, adoro. Hebr. שָׁבַר .i. veneratus est. *Sebaldus* Seewaldt i. e. Oeconomus, qui curat sationem & res domesticas. Quod genus vitæ ut antiquissimum est: ita purissimum. Adjiciam, quia occurrit, testimonium Senecæ.

Non alia magis est libera, & vitio carens
Rituq; melius vita quæ priscos colat,
Quam quæ relictis mœnibus campos amat.

Ebaldus Ehewaldt: dicendum Hegewaldt (ait Lutherus) i.e. qui potestatem seu officium custodiendi & servandi habet. *Osbaldus*, Oswaldt, quasi hauswaldt i. e. gubernator domus & familiæ. *Wibaldus*, item *Bilibaldus*, Vielwaldt i. e. multis præfectus, aut quasi Wolwaldt i. e. benè præfectus. *Tipold. Theobaldus*, Dietwaldt i. e. præfectus

dominij. *Dit* significat dominium, seu possessionem: Vel quasi Deutwaldt i. e. DEI potestas. Lutherus. *Garibaldus*. Garwaldt, cui plena vel totalis potestas.

Seleucus, i. e. illustris & candidus, à σελάω & λευκὸς.

Sedare propriè est ὑδρόειν, undam affundere, vel rigare, atq; ita restinguere: scilicet humido. Ab ὕδω vel ὕδωρ: E assumto pro V, ad differentiam τοῦ *sudare*. Ea causa, quòd ut plurimùm de siti usurpatur.

Lucret:

Et sedare sitim prius est -

Sitis autem est contraria τῷ sedare, vel humido.

Propterea Ovidius

- Sitis arida guttur Vrit.

Idem:

- Siccam Getico fonte levare sitim.

Statius:

- Haurit sitis ignea campos.

Idem:

- cornipedum flammata sitis -

Seneca: fervidâ exustus siti. Lexicon Calepini: sedare & incendere sunt contraria. Cicero: aliquando incenditur & quidem sæpe sedatur. Causam dedimus: quia *sedo* ab ὕδω: i. e. aqua quæ igni contraria est.

Semen. Varro argutè derivat *semen*, quod non planè id, quod inde. q.d. à *Semi*: quod aliquo modo tale, non prorsus. Verè à *sero*, quasi *serimen*. *Seges* item à *sero*, ut teges à tego *Ansegetes* dicti, quorum ager viam tangit. Festus. *Series* propriè competit hortulanis & agricolis, qui serunt: quod quia distinctè fit atq; ordine, ad alia vox transfertur, quæ certo ordine, progressionibus, & continuatis peragantur operis. Heb. est שׁוּרָה i. e. series, ordo. Vox generalis. A *sero* autem *præsertim* quoq;. Vt *exertim*, *insertim* apud Lucretium: ita dicitur *præsertim*, à præ & sero. Hodie est idem, quod præcipuè. Sumtâ ratione ab agricolis, quibus priùs sata, optima aut præcipua. Etiam *sermo* à sero, aliquibus. Ex illo Virgil.

- - Vario sermone serebant.

Aut κατὰ μετάφρασιν ab Heb. מָשַׁל, sermone tradidit, sermocinatus est. Et יָשַׁם sermonem habuit. *Differo* passim est idem, quod διαλογίζομαι. Item *disertus* est facundus, ἐυγλωττος.

At reverâ sunt metaphoricâ illa: Propriè sunt agricolarum. *Dissertatio*, à disserto: apud Cicer. in Topicis quod aliquis miretur. Jos. Scalig. ad illa Varr: *Sermo* à serie, notat: ἑιρμὸς, addito sibilo, ut εἴρω vel ἔρω, sero. Sic ἔρος (unde εἴρερος Homero: & ἐρεθος & *Eritudo*, *servitudo* apud Festum) & Æolicè ἔρεFος, addito sibilo *serFos*, ut scribebant olim, nunc *servos*: ut DaFos, oFom, æFum, &c. Hæc ille. Turius verò in sanctis illis principijs conquiescere. *Sero* item est ab Heb. זָרַע, id est, seminavit, sevit, consevit, projecit spargendo semen. *Sertum* est à זֶר ejusdem significatus. A rad. זָרַר i. e. differuit, dispersit. Et dicitur tantùm de aridis. Cæterum *sero* in præt. facit *sevi*, *satum*. Post interjecto R *serui*, inde *sertum*. Neque hæc deductio olim erat infrequès veteribus. Ita dicebant dissolüi pro dissolvi: atterüi pro attrivi. Itemque differüi pro distevi. Igitur non est cur duo præterita distincta uni verbo affingamus. Objiciat aliquis. Duplex est verbum, non idem, *sero sevi* & *sero*,

sero serui: idque propter παλινμασίαν, quam inferunt compositæ, insero, consero, assero, exero, desero; quæ hoc tempore varia & disparia significant. Resp. nihil impedit, quo minus unius sint originis ista verba omnia, licet multa signent. Idem alijs quoque evenit. Respice deducta à capio, à rogo & similibus. Suntque in universum primâ suâ nativitate verba sationis, operúmve rusticorum. Militare enim & inprimis rusticum vitæ genus, omnium primum est. Inde dictiones & harum significatus: qui posterâ ætate ad alia quasi commigrarunt. Facilè tamen ad originem revocantur, ut *insero*, est inspergo semen. *Consero* est simul sero, conspergo semen seu conjungo. *Desero* à satione recedo. Idem de alijs judicium esto.

Semper. J. C. Scalig. lib. 7. poët. c. 1. part. 2. *Semper* primam producit natura. Fuit enim *semiopere*, sicut *Toper*, *toto opere*: *nuper*, *novo opere*. Significatenim *Toper* citò, & expeditè, ita ut opera absolutâ sit. Itaque *semper*, ei contrarium est, propterea quod si

quid dimidio tantùm opere fit, id non absolvitur: sed continuatur.

Sentes, Virgil:

- asperis veluti qui sentibus anguem.

Et Ovidius:

Tangit & hamatis præcordia sentibus implet.

Plautus: Ita quasi sentis labra mihi compungit barbâ. Ab Hebræo סְנֶה, i. e. spina. sentis, rubus. *Sinai*, סִינַי, mons à spinis: quasi tu dicas senticetum, vel spinetum.

Sentio, cujus aut qualis sit originis, nescio. Cur non fatear? Multorum & quidem sapientum responsio sæpè talis: *Nescio*. Interim illius vice duo hæc animadvertas. 1. *Intuitiva notitia* apud Philosophos meliùs diceretur, *sensitiva*: quia ista non tantùm visus est: sed etiam auditus & factus & gustus: quod Botanici norunt atque medici, quorum notitia non rarò mutila foret, si solùm oculis uterentur. 2. *Sensus* accipitur à veteribus, ut Lucretio & Scaligero Ex. 107. modò passivè pro eo, quod sensu percipi potest, quo sensus cietur. Modò activè pro

eo, quod *sentit* aut sensu præditum est: ut anima sensilis. His adde J. C. Scal. doctissimam admonitionem c. 98. L. L. Græci vocant αἰσθητικὸν id, quod aptum natum esset ad sentiendum aliquid: αἰσθητὸν id, quod aptum natum esset ad sentiendum ab aliquo. Prave à Barbaris eæ voces translatæ sunt in Latinitatem. Sic enim interpretati fuêre inscriptionem libri Arist. de *sensu* & *sensato*. Nam αἴσθησις sensus est: αἰσθητικὸν, quod sensu præditũ est, eoque aptum est uti. αἰσθητὸν, quod sensu percipi potest. De *sensitivo* & *sensili* dicendum fuit, aut molliore, si reperias, vocabulo, &c.

Seps, σὴψ. Ejus morsu diffluunt membra omnia. *Tabiam* Latinè dicere ausus est Scaliger. Lucan. lib. 9. vocat *tabificum*. Versus est:

Ossaq; dissolvens cum corpore tabificus seps.

A σήπω. Vnde quoque σηπία, *Sepia*. Persius Sat. 3: vocat nigram. σήπω ab Heb. יָבַשׁ si invertas: id est, aruit, corruptus est.

Sera, Tibull: *Clauditur & durâ janua firma serâ*. Ovidius: *Portaq; vix firmâ summovet ar-*

mâ serâ. Serâ ab Heb. שַׁעַר obseravit; & עֲצַר, clausit. Apud Græcos etiam σειρὰ, σειρὸς est obex forium.

Seraphim. Vox ortu Hebraica: usu nostra. Inde *Seraphinus* non nemini è nostris. *Seraphim*, id est, lucidi, aut flammantes. A שָׂרַף incendit, cremavit. שְׂרֵפָה incendium, φλογὼς. Ex eodem est deus Ægyptiorum *Serapis*: à fulgore. Statua erat facta è smaragdo novem cubitorum, teste Plinio. *Cherubim*, χερουβὶμ. in num. plural. Cherub, כְּרוּב Avenario est imago cujusque faciei, quæ expansis alis, tanquam avis volare pingitur & apparet. Alijs est ex כ servili & notâ similitudinis: & רְבִיא Rabia. Vt notet, quasi florentes pueros sive adolescentulos.

Seres, σῆρες: Ser; σὴρ. Nomen bombicum & populi. *Sericum*, σηρικὸν: *Holosericum*, ὁλοσηρικὸν. Ortus Hebræi: à שְׁרוֹקוֹת, id est, serica, quæ in ramis, aut surculis arborum fiant. A שֹׂרֵק surculus. Σωρδὸς est poëta Virgilius:

Velleraq; ut foliis depectant tenvia Seres.

Ad illud Servius: Apud Indos & Seres sunt quidam in arboribus vermes, qui bombices appellantur, qui in aranearum morem fila tenuissima deducunt, unde est sericum. Plinius lib. 6. cap. 17: Seres lanificio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Vbi verba Plinij mitiganda: Sericum non esse lanam ex arboribus natam, sed texi à vermiculis illis, qui olim apud Seres in arboribus crebri, vel victus causâ. Etiam folijs mori apud nos vesci tritum est. Vocat igitur lanificium: quia instar lanæ est, aut staminum subtilissimorum. Lanificium silvarum, id est, arborum, ubi bombices texere primùm solebant.

Serenus veteribus etiam notat siccus 1. Georg.

-- unde serenas
Ventus agat nubes.

Quas alibi vocat arida nubila .i. sicca. Propriè *serenum* est cœlum sationi aptum .i. sudum, sine pluvia, sine vētis,

tractum è priscâ rusticorum familiâ. Quasi *serendum*, *serennum* & postmodò *serenum*. Atque ecce insolo ipse J. C. Scalig. de Insom. in Hipp. assentit: agricolarum (inquit) vox fuit *serenum*, quo tempore serendi, & occasio, & facultas est.

Serium, i. e. *se risu. Rideo*, Græcis μειδίω καὶ μειδάω. J. C. Scalig. Exerc. 318. s. 6. nomen ipsum vetus Æolicum fuisse videtur ex Polluce. Nisi fit à *rictu*: & hoc παρὰ τὸ ῥύγχος aut à *ringo*.

Horat:

-- risu diducere rictum.

Et Plaut. Capt. Ne canem quidē irritatam voluit quisquam imitarier: saltim si non arriderent, dentes ut restringerent.

Serpo, ἕρπω: unde & *Repo*, nisi rectà à ἕρπω, i. e. vergo, tendo, malis. Aut ἕρπω καὶ ῥέπω à רָפַס aut רָפַשׂ quod idem. *Serpens* κατ' ἐξοχὴν: subintelligatur, ut in Plauto, bestia vel simile. Ἕρπυλλος ἢ ἕρπυλλον, *Serpyllum*, *Serpillum*, quia veluti serpit undiquaque & radicem agit.

Verpus J. C. Scalig. lib. 1. de cauſ. L. L. cap. 28. aſpiratio vertitur in *V* : ἕρπων, *Verpus*: lumbrici genus, tranſlata vox ad obſcœna, ob exilitatem : non à *vertendo pellem*, ut ajunt : ſed medium digitum propter gracilitatem ſignificavit metaphoricè. Judæi peculiariter *Verpi* appellantur propter abſciſſam cuticulam : ſicut *appella* ab *a* &, *pellis*. Horat:

Credat Judæus Appella,

A enim præpoſitio, non ubique producitur, ut nec in *amarus*. *Pellis* à *pellendo*. Aut quia tegit, à פָּלָא : quod citiùs perſuadeam. *Pello*, à πάλλω πάλμαξ : pulſus, pulſum : à quo *pulvis* ob levitatem, quâ citò hinc inde ventilatur. *Depello*, *impello*, *diſpello*, *ciſpello*, *repello* : qui enim *repellitur*, citrà regredi cogitur, non ultrà progredi permittitur. Diverſi verò ſignificatus eſt *compello*, *are* : *interpello*, *appello*. Heb. פִּלֵּל, id eſt, appellavit, *compellavit*. Sed ad Synonymon Jupiter : id eſt *Recutitus*, i. e. circumciſus, ab illâ cuticulâ, ut *Apella* à pelle. A *cute*. Unde etiam *ſubtercutaneum*, ſubcutaneũ, item

intercus, quaſi *inter cutem*. J. C. Scalig. lib. 1. de L. L. cap. 28. S abjicitur in principio, σκύλον, *cutis* ; alibi ſervatum, *ſoutum*. Unde & *ſoutica*, σκυτάλη. *Souta* vero olim, ut & etiamnunc) è corio facta eſſe vulgatiſsimum, Hebr. שֹׁטֵט eſt ſcutica.

Servus, JCtis-â *ſervando* : Bodino propterea ab ἐρύω, quod inter alia eſt cuſtodio, ſervo. Unde & ipſum Latin. *Servo*. Aut magè *ſervus* ab Æolico ἔϱF-ος, ut modò dictum. *Servi* olim *pueri* dicebantur : ut *Marcipores*, *Publipores*, *Lucipores* : Plin lib. 33. cap. 1. Etiam *Stichi* Romanis, à στίζειν : quaſi puncti aut notati. *Davus*, Δᾶος : à *Dacus*, qui antea *Davi*, Δαοὶ. e *Maryandini* vocabant ſervos ſuos, δοϱυφόϱους, id eſt, lignigeros. Reſpondet Latinorum vox, *Calones*. δόϱυ lignum. *Syconij* κϱεμνηφόϱοι, i. e. clavigeros. κϱεμνὸν clava. *Syracuſani* κοπιχυϱείους, i. e. heris acceptos. & εὐσελίνους : quia conſtantes & fidi. *Cretenſes* μνῶιτας : à μνάομαι. pro μνάομαι : quòd memores officij, aut quod ſemper admonendi : & κλαϱώλας. Doricâ

Doricâ Dialecto κλαϱῶται pro κληϱῶται, i. e. mancipia. A κλῆϱος. Quod fuerint ſors quaſi aut hereditas heri. *Argivi* γυμνήτας. Scilicet à laboribus. *Theſſali* item πενέστας. πένης, inops, qui è labore ſuo victitat. Et *Lacedæmonij* εἵλωτας : quoniam ſervi illorum erant magnam partem *Helotæ*. Vel quia nimis afflicti aut preſsi : ab ἑλεῖν. Dura enim ſervitus : Ciceroni, miſera & dura : Plauto, moleſta : Suetonio, miſera & onerosa : Columell. laboriosa. Apud Syros *Dama* eſt uſitatum : à δαμάζειν. Iſaacus Caſaubonus : *Dama* : Servi nomen : contractum ex Δημήτϱιος Δημᾶς. *Dama* ut à Μιλτιάδης Μήνας, *Mena* : à Θεόδωϱος, Θευδᾶς, *Theuda*.

Sex, ἕξ : Sextarius. Et Hebræum aſſpice : שֵׁשׁ à Rad. שָׁשַׁשׁ, id eſt, ſextam partem abſtraxit, ſextam partem contulit. *Septem*, ἑπτὰ. *Septas*, ἑπτὰς. *Septimana*, *hebdomas*, ἑβδομὰς : nomen generale. Vſitatè pro ſpacio ſeptem dierum. Fons Hebr. ita habet : שָׁבַע, id eſt, juravit, repetendo ſepties verba juramenti : vel quod initio in juramentis adhibebantur ſeptem teſtes. שֶׁבַע autem planè ſignificat ſeptem. *Octo*, ὀκτὼ : *Octies*, ὀκτάκις. *Novem*, ἐννέα : dicitur à *novus* : quia ſit ultimus numerus. Poſt enim fit repetitio priorum, ut ſcitur, & ab unitate in denario capitur initium. Ac neminem fugit, quod *novum*, *noviſſimum*, idem ſit, quod ultimum.

Cæſ. Auguſtus :

- - *quid bruma* noviſsima *ferret*.

quia pars anni ultima. Cic. pro Roſcio Comæd. qui ne in noviſsimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit Comædos. Pari ratione apud Græcos ſumitur νέος. νέαλος : quod genuit ἐννέα. *Enneas*, ἐννεὰς. A numero illo cognominantur Muſæ *Novenſiles* : quia novem. Apud Varr. lib. 4. Feronia, Minerva, Novenſiles à Sabinis. Arnobius : *Novenſiles* Piſo deos eſſe credidit novem in Sabinis apud Trebiam conſtitutos. Hos Granius Muſas putat conſenſum accommodans Ælio.

Decem, δέκα, quasi δέρξ more Græcanico. *Decies*, δεκάκις. *Decas*, δεκὰς. *Decimus*, δέκατος. *Decuplus*, δεκαπλοῦς. *Undecim*, ἕνδεκα. A decem est *decurio*. Sicut à centum, *centurio*. *Decumana* ova dicuntur, & *decumani* fluctus: quia sunt magna. Nam & ovum majus nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, Festus. Græcis est δεκακυμία i. e. decimus fluctus. Et Ovidius:

.. decimæ impetus undæ.

Sicera, σίκερα. Hebræis שֵׁכָר, hoc est σύγκραμα, & omnis potus factitius, qui inebriat. Basilius intelligit, πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐκκαθαίρειν. In sacris plerumq; conjungitur, *Vinum* & *Sicera*. Levit. 10: Vinum & siceram non bibes. Luc. 1. καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ. Ut ita sicera à vino distinguatur. A שָׁכַר, *Sobechar* extitit Latin. *Sachar* aut *Sacharum*. Radix est שָׁכַר, id est, ebrius aut temulentus fuit, implevit se potu dulci ac delicioso: qualis sicera. A שֵׁכָר fit quoque Græc. σκαίρω, σκιρτάω,

id est, salto, tripudio ebrius.

Siccus: interdum est sobrius apud Afranium, Plautum, Ciceronem. Sicut *madidus*, *maduſa*, pro ebrio. Ita etiam ξηρὸν apud Græcos. Julius Cæsar Scalig. in Theoph. de plant. λυσιτελῆ maci lentum, triste, jejunum, aridum: senem avarum, Plautus. Arist. σικχὸν: unde & nostrum *siccum*.

Siclus, σίκλος: Hebræ. שֶׁקֶל. Germanicum propiùs accedit Latino, vel etiam Græco. Rad. est שָׁקַל libravit, ponderavit in librâ. Hæc apud antiquos regula erat pecuniaria, ut sic dicam: si quidquam aliud, sapienter aut divinitus data. Ne quid enim fraudis subesset, libratum est argentum, sive expensum: & illud quidem adhuc ἄσημον. Postea insculptum uni parti scribitur, vasculum mannæ: alteri, baculus Aaronis. Ἐπιγραφὴ illius partis erat: שקל, ישראל, h. e. fecel Israelis. Istius, קרשה ירושלים, hoc est, sancta Jerusalem.

Sidon,

Sidon, interpretantur Venatricem. Ab Hebræo צוּד, i. e. venatus est, indagavit, quæsivit. Ex quo & Græcanicum ζητεῖν, ζήτησις, ζητεύειν. A ζήτημα formavit Syrus fusum זְאטְמָא *zitima*.

Sidus est signum, in quo aliquot stellæ simul esse conspiciuntur, à σὺν & εἶδος. In sanctâ linguâ est כִּיר quod Rab. Jonas exponit ordines stellarum: aliàs est ordo, series. Macrob. lib. 1. somn. Scip. *Stellæ* sunt singulares, ut erraticæ quoque & fixæ: *sidera* verò, quæ in aliquod signum stellarũ plurium compositione formantur, ut aries. *Sideratio* est morbus partem aliquam corporis, animali aut homine adhuc vivo, percutiens & enecans: à *sidere*. Quod homines ejusmodi velut sidere percussi sint. Græcis ἀστροβλῆτες: affectio ipsa ἀστροβολισμὸς & ἀστροβολησία. Usus est Theophrastus de caus. lib. 5. cap. 10. 11. Isq; & quidem propriè ad plantas arescentes siderationem refert. Languescunt enim sæpiùs mediâ æstate, vi & calore solis in caniculâ versantis. Hinc ἀστροβλῆτα δένδρα apud Arist. de juven. & senect. Et hoc est *siderari*, id est, à calore solis nimio læsi. Sol enim siderum, sive astrorum dux est & ἄστρων quoque ipse dicitur. Alcæus: ἥρως δὲ πᾶσῃ πολύμοχθος ὄρνυ. Τὸ γὰρ ἄστρων σκοπεῖσθαι. *Considerare* est à contemplatione siderum apud Festum, more Astronomorum. *Præsiderare* dicitur, cùm maturiùs hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus, Festus. Græcè προχειμάζειν. Veteres enim Romani anni tempestates vocabant *sidera*: quia sidera alia atque alia, anni & vicissitudinum in eo, causæ sint. *Desidero*, id est, valdè cupio. Græcorum ὄρεγμα fluit ab Hebr. עָרַג, i. e. appetivit, anhelavit; *Orexis* apud Plinium: ὄρεξις. *Desiderium* ait Cicero 1. Tuscul. πυκνὸς, est libido ejus, qui non adsit, videndi. Potiùs est intensus appetitus rei placitæ, & sonat vox tanquam *de sideribus* petamus & quasi cœleste bonum cupiamus. Igitur desidero grandius est, quàm cupio, appeto, anhelo, aveo. Julius Cæsar Scaliger

in Theoph. de plant. Toties monuimus, orationis floſculos ſæpenumerò ineptos eſſe ad corollas Philoſophiæ. Omne viſcum ſemper & ubiq; plurimum *deſiderat* alimenti. Eſt enim ſemper validum. At non ſemper eget. Non enim in arboribus bene habitis. Explet enim *deſiderium*. In alijs non explet, ubi δεῖται. Itaque Cato ſenex apud Ciceronem non deſiderat vires adoleſcentis; quibus tamen carebat. Δεόμενον indigum, defectum; quod eo caret. Ego ſum δεόμενος roboris tauri; non tamen deſidero. Hæc ſubſignare volui è plantario Scaligeri ut ſignificatio ℣ *deſidero* meliùs aperiatur. *Sigiſmundus*, id eſt, Victorinus, Nicander, id eſt, victoriæ vir, aut vir vincens. *Mundus* eſt à Latinis facta terminatio. *Bobemundus* eſt Audentius, quaſi Wogeman à Wagen. Raymundus, i. e. quietus, quaſi Rugeman, ſive Rygeman. Aut mavis à Rein ducere, ut ſit vir integer vitæ ſcelerisq; purus. Similiter *Albertus* eſt omni laude dignus. Vel Albrecht, i. e. omnis æqui & juſtitiæ. Prius tamen dicitur magis

analogicè & ex idiomate Teutonum. *Bertus* eſt Werd. Sicuti hæc liquidò teſtantur. *Aripertus* i.e. honoratus. Honorius, honore dignus. Ehre. *Fulbertus* κατ' ἀντίστοιχον i. e. benè dignus. Wolwerd. *Digobertus* i.e. Virtute dignus, quaſi Tugentwerd, poſteà *Dagobertus*. *Sigbertus* i.e. victoria dignus. *Lampertus* id eſt, Langwerd. *Rupertus* & *Robertus*: integrum eſt Rateweerd i. e. dignus, qui in conſilium adhibeatur. *Hilteberius* id eſt, heros dignus ſive dilectus. *Alaricus*, παμπλήσιος, omnium abundans. Allreich. *Attalaricus* eſt Pater omnium dives. *Hatta*, item *Atta*, eſt Pater, ut ſuo loco tradidimus. *Emericus*, ἀείπλουτος, Immerreich. *Heinricus*, domi dives, heimreich ἐνδεὴς non indigus externæ opis: aut alienâ vivere quadrâ. *Dieterich*, *Theodoricus*, nî græcum potius ſit. Lutherus noſter ita: Eſt DEI dives. A Deud ſeu dûd, y pythagorico aut u Hollandico, quo nomine dicuntur germani DEVM vocaſſe. Et hiſtorici per T ſcribunt *Teut*. Verùm ipſa pronunciatio adhuc durans teſtatur Deud ſeu dûd eſſe

eſſe dicendum. Sic etiam *Tottila* dicitur à Dôd, quod eſt nomen DEI. i.e. Dôdla, q: minor deus aut deaſter: per diminutionem. Sicut *Hettila* aut *Attila* ducitur ab *Hetto*, *Atta*, i.e. pater. Ergo *Attila* erit paterculus.

Silenus, quibusdam per augmentum, à σίη i. e. noxa, item pudendum. Quibusdam à σίλλω, quod potius crediderim. *Sileni* enim Satyri, ex Pauſania. σίλλω eſt irriſio, aut ſcomma. σιλλαίνω verbum. Ab ἴλλω i.e. oculus: quod ab ἑλίσσειν. Igitur σιλλαίνω eſt ludo, oculorum vario motu. Ita enim metaphorâ enucleanda. Quippe nihil celerius in corpore hominis, nihil aptius, quàm oculi: quicunque etiam fuerint affectus, illis pinguntur. Sive faveas, ſive oderis, ſive ludas, ſive lætus, ſive mœſtus ſis.

Silicernium quid ſit, nimis quàm trepidant. Nos ut ad unam & principem ſignificationem redeat, ita colligimus. Iudicet emunctæ naris. Et quidem *Silicernium* quòd non ſit à *ſileo* facit quãtitas ſecundæ, quæ brevis: foret autem longa, ſi à *ſileo*. Nec

dicitur *Silecernium*. Verſus eſt Adelph. a. 4. ſ. 2. octonarius:

Iſa nĕ, ĕgō tẽ exẽr cebõ hŏdĭ e, ũt dignũs ẽs sĭlĭcẽr nium. Qui enim aliter metiare, non video. Ergo potius à *ſilice* i.e. lapide. Generaliter enim ſumitur: quia ubiq; parabilis: etiam à Virg: *Silice* in nuda, i.e. lapide. Itaque erit, qui lapides *cernit* & intuetur; quod ſenes faciunt corpore incurvo, membris tremulis.

Homerus:

ὁ δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην - -

Et Plautus Bacch: Incurvos, Libitinarios. Eâdem causâ Græcis γέρων eſt q: γῆν ὁρῶν. Item γρυπόλιον à γρυπὸς i. e. curvus: γρὺψ, *Gryps*, *grypbus*: eam ob rationem, quam dixi. Igitur *Silicernium* primò erit ſenex, decrepitus, & curvus in terram, ut loquitur Perſius. Autor eſt Terentius: item Donatus, qui ait ſilicernium eſſe ſenem, qui jam jamq; ſilentibus & umbris ſit cernendus. Illud vero, quod de *ſilice* diximus, non adeò probat. Alij tamen, ut Placiades, Beroaldus, Com. in Apulejum nobiſcum ſtatuunt. Et ipſe Feſtus expreſsè ponit, quanquam loquens

quens de mortuo & ritu purgandi: quod (inquit) cujus nomine instituebatur, is jam filicem, (alij silentium) cerneret. Ratio itaq; nostra firmata est. Deinde *Silicernium* est idem, quod convivium, cui senes tantùm interfint: quod testatur Nomus; nec abnuit Varro. Et hic tropus familiaris & vernaculus. Sic Græcis γυναικεῖον est muliebre: post locus, in quo mulieres tantùm versentur. ἀνδρεῖον est virile, masculum, inde ἀνδρεῖα sunt epula aut convivia, à quibus mulieres excludebantur. Jos. Scal. hæc est sententia in Festum: *Silicernium*, cœna funebris, quam Græci περίδειπνον vocant. Sed & nonnulli, inter quos Verrius, existimãt nihil aliud esse, quàm id, quod nos farcimen dicimus, quo fletum familia purgare solet. Quia cujus nomine ea res instituebatur, jam silicernium cerneret. Cecilius Obološtate: Credidi silicernium ejus me esse esurum. *Cesnas* veteres dicebant & *Pœsnas*, pro eo, quod est, *cœnas*, pœnas. Ab eo *silicesnium*: posteà *Silicernium*. Casmina, carmina. Valesius, Valerius & similia. Tertullianus: quo differt ab epulo Jovis silicernium? A simpuvio obba? ab aruspice pollinctor? Glossarium. Silicernium, περίδειπνον, λύχνους γὰρ ἄπτειν ἐν πένθει ἔθος. Videtur accepisse quasi *selucernium* i. e. ἀλυχνία. Rationem hanc eruimus. Natali die lucernæ accendebantur. Mortuali, ut loquuntur Cato & Plautus, id non faciebant, optimâ de causâ, ut τὸ ἀνίσεμφον τῆς γενέσεως καὶ τῆς τελευτῆς ostenderent.

Persius:

- - unctaq; fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Et pòst: quemadmodum *ergastulus* dictus, qui in ergastulo maneret: ita *silicernius*, qui dignus erat, ut pro eo silicernium pararetur.

Silva. Materiam dixerunt ὕλην. Inde *Silva* nobis. Innumeris enim pænè vel operib. vel officijs suppeditatur à lignis materia. Grammatici recentiores, quod invenissent in libris vetustiorib. aliâ vocali, quàm Græcâ scriptum à silendo deductum maluere. Sanè ridiculè: Nusquam enim minus, quàm in silvis silentium.

Minimâ namq; aurâ maximi strepitus excitantur. J. C. Scal. l. 3. Poet. c. 100.

Homerus:

- πέτρη καὶ δάσκιος ὕλη

i.e. petra & umbrosa silva. Et itidem alibi. Vt Scaligeri conjectura non sit de nihilo. Scribitur a. *silva*, *hiems*, *nimpha*, *cicnus*, *mirtus*, & reliqua, ut ita planè 2dum omnes partes Latinam naturam induant, cùm T non Latina: sed Græca sit vocalis.

Simia. Ennius:

Simia quàm similis turpissimo bestia nobis.

J. C. Scal. cap. 29. L. L. *I* longum in simile, *simus*, *simia*: non a. παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, ut inèptiunt. *Simus*, σιμὸς. Apud Plautum est *Pithecium*. *Pithecus*, πίθηκος, πίθηξ, ὁ παρὰ τὸ πείθεσθαι ὑφ' ἡμῶν. Nam πίθηκος μιμεῖται τὸν ἄνθρωπον ἐπιχειρῶν, ἀλίσκεται συγκυπτόμενος καὶ συνορχούμενος, teste Plutarcho. Apud Hebræos שְׁמִית: quod quidam vertunt similàm.

Similis, quasi *samilus*, ab ὁμιλος. Aut ab Hebræ. סָמַל id est simile, similitudo, imago ad alicujus similitudinem efficta. Veteres pro *similiter similiter*, ut optimus, optumus, & deinde *simulter* dixêre. Plautus: Exossabo eum *simulter*, ut murenam cocus. *Similimus* vulgò dicitur: rectè *Simillimus*, *facillimus*, geminato L. Neq; n. *nigerimus*, *doctissimus*; sed *nigerrimus*, *doctissimus* dicitur, adeoq; litera illa in medio ubivis duplicatur. Audi, quid J. C. Scalig. dictet c. 101. L. L. In tertiâ terminatione quare recentiores unicâ tantùm liquida pronunciarunt, sic, *similimus*? cùm tamen proprium ejus fuerit geminari ob soni lenitatem, & producatur apud Poëtas semper, & in antiquis exemplarib. omnibus ita scriptum sit, & subsit tùm analogia — tùm analogiæ causa, quare sit geminanda. A *simile* est *simul*; sicut à facilè facul, à procile procul. Item *Simitu*. Plautus; Non ego cum vino simitu ebibi imperium tuũ. i.e. simul; quod est adverbium congregandi. Ab eodem est & *Semel*, q. *Simel*, quasi unà, non divisim. A *simul* fit *simulare*.

Nihil

Nihil enim aliud est *simulare*, quàm ea quæ non sunt aut imparia sunt, aut absunt, simul ostendere. *Siremps* quasi similis res ipsa: *Sirempse* in Plauti Amphitr.

Simplex, adversatur multiplici. Est enim *simplex sine plicâ*. Vnde *duplicatum* dicimus procidentis Turni poplitem. *Complices* i.e. gregales, sive socij apud Salust. quem locum tamen aliqui mendosum suspicantur. At enim creber ejus usus: nec temerè. Nam complices, ut simplices; q: *cum plica* & complicati & conjuncti. Vt *simplex*, est candidus, apertus, qui sine fuco agit: ἁδόλος: Ita *duplex* dicitur, fallax, simulator, διπλοῦς, δίγλωσσος.

Horat:

Et cursus duplicis per mare Vlyssei.

Poples, quòd *pòst plicetur* quasi. *Plico*, *plico*, *explico*, *implico*. ἐμπλέκω à πλέκω, πλοκή. פלך Hebræ. est res plicatilis. *Supplicium*, *supplicatio*, *supplex*: denotant nimiam demissionem etiam infra plicas, manibus ac genibus complicatis. Isidorus l. 5. c. 27. *Supplicium* proprie dicitur, non

quo quis punitur: sed qui ità damnatur, ut bona ejus consecrentur, & in publica redigantur. Nam supplicia dicebantur supplicamenta: & supplicium dicitur, de cujus damnatione delibatur aliquid DEO. Plaut. in prol. Rudent. Nihil ei acceptum est à perjuris *supplicij*. Salust. in Catil. In *supplicijs* deorum magnifici. Idem: non votis, neq; supplicijs muliebrib. deórum auxilia parantur. Afranius, nullam profectò accessi ad aram, quin deos supplicijs, sumtu vates, donis, precibus, plorans, obsecrans nequidquam defatigarem.

Terent:

Dabis ei supplicium

i.e. supplex fies & inde pœnâ afficieris. Postea pro damnatione seu pœnâ acceperunt: quia tum Rei fiebant supplices. à πλέκω est & *plecto*, πλεκτὸς *plexus*: item *complector*, *complexus*, *amplector*, *amplexor*, *amplexus*, περιπλοκή.

Simplus nihil aliud est, quàm ἁπλόος, ἁπλοῦς, q: ab ἅμα & πέλω. Aspiratio quippe, ut aliquoties dictum, in S transit. *Simpulum* est poculum: quia in sacrificijs minutatim & q.unâ vice eo vinum hauriebant, aut ab Hebræo, ut paulò pòst. *Simpludearium*, quasi *simpliludiarium*. Duo fuerunt genera funerum apud Veteres Romanos: alterum *indictivum*: alterum *simpludearium*. *Indictivo* duo adhibebantur: ludi & desultores. *Simpludeario* ludi tantùm. Vnde dictum q. *simpliludiarium*.

Simpulum à sumendo Varroni. libro 4. Jose. Scaliger in Con. Est Syriacum. Nam ut *Abub*, *Ambub*, ἄμβλος: *ambubajarum* collegia: à *Copher*, *Camphora*, *Caphyra*: *Sadin*, *Sindon*: à *Sabbecha*, quod est apud Danielem; *Sambuca*. Sic à *Sephel Sempel*, & inde *Simpulum* fecerunt. Idem in appendice hoc Etymon tanquam incertius habet & adjicit: *Simponem* priùs dixisse non dubito: Vnde deminutivum *Simpulum*. *Simpo* autem à Græco σίφων. Hæc ille. At eâdem facilitate *Simpulum* fit à סַפָּל; quâ à σίφων. Etenim *M* inseratur utrobiq, necesse est. Et dubitare quis possit, an pari analogiâ detur deminutivum aliud: veluti à *simpo*, *simpulum*. A סַפָּל ab-

scisso initio fit etiam φιάλη, *phiala*. Caterùm *ambubajas* alij ducunt ab ἀμφὶ id est circum, & *Bajas*. Rectiùs tamen cum Joseph. Scalig. & Casaubono feceris à Syriaco אנבוביא vel אנבוביא, quod Syræ mulieres essent, inq; circo, & alijs locis Ædilem metuentibus habitantes duplici quæstu se sustentarent. Nam & corpus prostituebant & organa quædam pulsare norant, quæ secum ex patria attulerant Romam.

Sinapi, σίναπι: παρὰ τὸ σίνειν ὄπας: quòd lædat oculos, aut lacrimas eliciat. Ennius ideò appellat *triste*. Et apertiùs Columella: Seq, lacessenti *fletum factura* sinapis. A σίνων, σίνης est *fons*: σίνω ab Heb שָׂנֵא, nocuit, odit.

Sincerus. Vall. l. 6. c. 31. *Sincerum* (Donatus air) quasi *sinè cera*; nisi simplex & purum & sine fuco. Immò *cum cera* potiùs. *Syncerum* à σὺν componitur, non à *sine*, quod nunquam compositionem admittit, quod ipsa etiam scriptio declarat quæ υ habet, non ι. Est enim ex duobus

græcis compositum, ex σὺν & cera, quæ ab illis dicitur κηρὸς. *Cereus*, fax è cera. *Cerinus*, κήρινος, color, in Plaut. Epid. At Valla fallitur. Nam si *Sincerum* mel esset cum cera, διαφωνήσει significationi repugnaret, & usui autorum concordi. Nam purum est, integrum, ἀμείωτον. J. C. Scalig. dicat sententiam: *Sincerum* purum est: veluti *sine cera* mel: ineptè admodùm reclamante Valla, atq; imponente Latinitatis candidatis: Præpositionem hanc *sine* in compositione nusquam inveniri. Non tunc meminerat vocis hujus *simplex*?

Sindon, σινδὼν: simpliciter Hebræum. סָדִין id est, genus subtilissimi lintei. Vnde procul dubio nostrum germ. Seiden.

Singuli, ἕκαστοι, peculiares, ab alijs seorsum distincti, aut separati. Ideo *singulare* est ὑπερέχον, præstans, eximium: quomodo etiam ponitur unicum. Ab Hebræ. סְגֻלָּה id est, peculium, sin gulare.

Sinistrum. Jos. Scaliger in Con. *Sinistræ* dicebantur aves prosperæ: contrà impedientes aves, aut dicebantur *aeculæ* ab arcendo: aut *Cluiæ*, quia difficilia vocabant *clivia*, ad verbum κλιβάνη. Aut *remoræ* aves à remorando. Aut *inebræ* aut *enebræ*: eo nomine omne obstaculum intelligebatur. Aut *alteræ* aves, cùm alteræ supervenirent, quæ felici auspicio vitium facerent. Aut *voligræ*, quæ se vellendo malum auspicium faciebant. Eas intellexit Statius:

- - Simul ora recurvo
Vngue secant rabidæ planctumq; imitantibus alis.

Sinistra & siniftera, ut dextera, in M. S. Plautino Camerarij; ἀριστερὰ. Veteres ἀριστερὰ vocabant τὰ μαντικὰ: ut contrà δεξιὰ, τὰ συνετὰ: ut notat Scholi. Soph. in Ajace. Apud Hom. Odyss. ν.

- - ἀριστερὸς ὄρνις,

i. e infausta avis. *Dextera & dextra*, item *dextima* Varroni: à δεξιὰ, ἅς. Subintelligitur manus. Et *dexum* in Glossario, δεξιὸν. Item *Destra*, pòst dextra. A δέχομαι, quia sinistrâ agilior. Et manus est ὄργανον ἀπλητικὸν Galeno. ὄργανον ὀργάνων Arist. l. 3. de an. c. 8.

Sinus. Virg. Sinum lactis. Et apud Plaut. in Curcul. Est vas ventris tumidioris & rotundioris formæ, tanquam vortex aut instar turbinis. Græcum est δῖνος i. e. gyrus, turbo: & vas ad istius faciem effictum. Syllabæ certæ proceritas in utroq; conjecturæ favet & significatio. Δ vel in σ seu, S mutari solere non infrequens: ut in ἰσμηνίδων: ὀρμηνόδμη. *Sinus* v. affine est τὸ חֵצֶן.

Sion, צִיּוֹן nomen montis, à signo: cujus in cacumine arx ejusdem nominis constructa: quæ à Davide capta, dein audijt civitas Davidis. Rad. צִיּוּן, statua, titulus, signum, quod locatur in sepulcro.

Siren, σειρὴν: vulgo à σύρειν. Rectius ab Heb. שִׁיר cecinit. Suavitate cantus sui trahebant illæ nimphæ prætervigantes.

Homerus:

- - Λιγυρὴν δ' ἔντυον ἀοιδήν.

Apollon: σειρῆνες ἀχελωΐδες ἠδείῃσι θέλγουσιν μολπῇσιν ὅπως παρὲξ πείσματα δάλοιτο.

Statius:

Non nisi tergeminum Siculâ de virgine carmen.

Tergeminum: quia tres erant Sirenes; Parthenope, Leucosia, Ligea. Quo numero triplex illa voluptas expingitur; quæ ἐν σπουδαῖς καὶ ἐν ποτοῖς καὶ ἐν ἀφροδισίοις: apud Platonem & Aristotelem. *Syrinx*, σύριγξ item à שִׁיר: nec non σύριγξ. Vnde *susurrus*: vel hoc commodè inter τὰ πεποιημένα referendum.

Sirius, σείριος. Ovid. 4. Fast.

Est canis. Icarium dicunt, quo sidere moto
Tota sitit tellus, præripiturq; seges.

Virgil:

Præcipueq; vigil fervens cum Sirius ardet.

Et Statius.

Illos implacido lethalis Sirius igni.

Igitur rectiùs παρὰ τὸ ζέειν σείριος, ζείριος, unde σειρίαν, σειρᾶσαι i. e. siccare, arefacere: non contrà Nomen ab istis verbis, ut putabant. τὸ ζέειν ab Hebræo זָרַר i. e. efferbuit, item tumuit.

Sistrum, σείστρον, à σείομαι: à concutiendo.

Hinc Ovidius:

Factantem Pharia tinnula sistra manu.

Et Martialis:

Hæc quatiat tenerâ garrula sistra manu.

Dum jactatur, aut quatitur sonat. Alij malunt ab Isside inventrice.

Juvenalis:

Isis & irato feriat mea lumina sistro.

Eandem gerere in dextrâ sistrum, Servius etiam notat. Est *Isis* genius Aegypti: i.e. terra, linguâ Aegyptiorum. Aut ab Hebræorum אִשָּׁה, mulier, virgo: quam colebant Ægyptij. Nempe ex famâ tenui inaudierant, aut ab accolis olim Israëlitis didicerant; Virginem fore παρθένον.

Sisyphus, σίσυφος, quasi σόσοφος: DEI Sapiens. σὸς Deus: σοφὸς sapiens. Ita *Sixtus* ab eodem σὸς; σόσστος, Deum sonans: σὸς ὄστος. Primùm *Sissus*, *Sistus*; pòst *Sixtus*: ut Vlysses Vlyxes: κώλιξ, Callistus, Calixtus.

Sitis. Julius Cæsar Scaliger cap. 126. L.L. Illud etiam observavimus eorum peculiare, accipere significationem ex aliâ actione, σιτῶ est cibum cupio. At quia è cibo oritur sitis: iccirco eâ occasione id verbum recepêre ad significandum quod sequebatur, quippe τὸ διψᾶν. Apud Hebræos est שָׁתָה, bibit sitiens, hausit potum. Quod propius videtur Græco Scaligeri. *Situla*, quâ sitis restinguitur. Ponitur ita continens vas pro aquâ, aut liquore. Nota est figura. A *sititum* fit *sitibundus*: quâ causâ secundam meritò producit. *Sitior*, qui sitit, à sititum: ut messor à messum: factor à factum.

Smaragdus, σμάραγδος & μάραγδος, παρὰ τὸ μαρμαίρειν, à fulgore aut luce.

Ovidius:

In solio Phœbus clari lucente Smaragdi.

Et Plinio sunt Smaragdi radiantes. Statio.

Florentes igne Smaragdi.

Sobrius, quasi *sebrius*, à *se*, particulâ στερητικῇ. *Sobrius* est non ebrius. Male sobrius est non sobrius, aut ebrius: apud Tibullum. Vt apud Virgilium, male pinguis arena id est, non pinguis, sed arida, vel ficca. Item malè feriatus i.e. non.

Ebrius,

Ebrius, à *bria*: quod dolium vini plenum vectoribus erat. Ἀπὸ τοῦ βρύειν, scatere, plenum esse. Glossar. *Bria*, εἰδος μέτρου: lego εἰδος ἀγγείου. Manifestò enim illud mendosum. *Ebriulare* est ebriare, apud Laber. Nonium. *Ebrius* est etiam plenus, aut madidus. Ita usus est Plautus; quem imitatur Prudentius:

Vivax flamma viget, seu cava testula

Succum linteolo suggerit ebrio.

Ita enim legendum: *Seu cava* - - non *ceu*, quod irrepsit, & versum facit ἀσυντέλον.

Soccus: Propertius, cui sæpè immundo sacra conteritur via sacco. Vox generalis: id est, tegimentum pedũ, aut indumentum, quo pedes operimus; etiam apud Germanos. A סַךְ vel סֻכָּה, tegmen, operimentum. Rad. סָכַךְ, texit, operuit: unde etiam sagum, ut alibi.

Socius. J. C. Scaliger in Theoph. de pl. Quæ generis habent *societatem*, Græcis dicuntur ὁμοχῆ: tametsi Cicero ita loquitur: & subest doctrinæ ratio. Quia species secant genus. A *secando* autem & *sequor* & *secta* & *socius*. Tamen cum Plinio planius *congeneres*. A *secando socius*: quia cuique sua portio. Vnde communia juris tribus titulis, pro socio, familiæ herciscundæ, communi dividendo. Idem: Est à sequendo socius & secus. Qui enim secundum me est, non est idem mecum. Valla lib. 4. c. 38: ita discriminat, *Socius est par: comes verò minor, quippe qui sequitur & ducem habet*. Et pòst: *Est præterea alia differentia inter comitem & socium: quòd comes est qui utcumque sequitur alterius ductum; socius plerumq; in negotiis seriis & rebus & fortunæ arbitrio subjectis*. Qui verò causam hujus effati poscat, eâdem operâ aquam è pumice. Nam exemplum è Cicerone: *Non comitem se, sed debem præbuit*: distinguit non socium, sed ducem & comitem; qui propriè est, qui comitatur, qui *cum*, i. e. unà it. Et ultrò fatetur ibidem Valla; quòd interdum comes pro socio capiatur. Verba sunt: tametsi aliquando comitem pro socio dicimus, ut Cicero in rhetoricis de illo viatore. Vel ipsius ergo Val-

læ confessione, ex autoribus, quia discrepant, aut diversim utuntur, non eruitur discrimen socij & comitis: quod certò suppeditat etymon. De *sequor* ita Palmerius in Spicileg. Sequi cum aliquo, Plautus Mil. act. 4. sc. 6 : est sermonem cædere. Insequi apud Catonem est fari. Et sectiones apud Cæsarem de Bell. Gall. & alios sunt narrationes. Item secare pro sequi 6. Æn.

Ille viam secat ad naves - -
& 10. Æn.

- *Quam quisq; secat spem.* Hæc ille, Nos paululùm ista in girum ducamus è tam vago ambitu. Necesse est subintelligi aliquid, puta verbum, vocem, sermonem, aut simile; si dicamus, sequi, positum esse pro loqui. Nam ita simpliciter positum ut credamus, ne ipse pater - patratus persuaserit. Talia sunt multa verba, quibus fine casu addito, sed addendo cùm opus; utimur: ut cogito, pario.

Virg. 1. Æneid.
- *tali fugientem est voce secutus.*
Æneid. 10.
- - *fidera voce sequentem.*

Addit, quod aliâs omissum? ut in Plauto. *Sectiones* verò tropicè, pro narrationibus: quoniam distinctæ eæ, aut ordine suo distributæ. Quo sensu *Partitiones* etiam Ciceronis inscribuntur. *Secare* autem de viâ, de spe acceptum à Virgilio, commodè exponitur per τὸ dividere. Qui ambulat, gressibus aut pedibus quasi metitur & secat viam: vel pulveri & luto imprimit vestigia. Latinum verò ex Græco, secare viam.

Plutarchus:

Ἔντεχνον ἦ τὸ τὴν μέσην ἀεὶ ἅπασι τέμνειν ἐμμελέσθαι. Μέσην, id est, ὁδόν. Qui sperat, animum nunc huc, nunc dividit illuc. Et ubi spes mala, sive metus, ingens in animo divulsio quædam & angor. *Sequester* dicitur, apud quem plures rem, de quâ controversia est, deponunt: ὁ μέσος καὶ μεσίτης. A sequendo: quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur. Quod apud sequestrum depositum erat, *sequestro* positum per Adverbium dicebant. *Seulna* quasi *seculna*, aut *sequulna*, id est, sequester. *Sequius*, id est, pejus, deterius. Sequiorem sexum vocat Apulejus. Deteriora sequuntur; meliora præcedunt. Ex eo posterior, est etiam deterior, χείρων. Et antiquum est optimum. Hinc φάσις: Nihil mihi antiquius, id est, melius, aut potius. Aristoteli τὸ πρεσβύτερον, τιμιώτερον. A *prosequor* fit *prosequium*, ut obsequium, ab obsequor. *Prosequor* est officiosum verbum, & in eodem significatu produco. Propriè de amicis, qui suos peregrè euntes ad portam usque comitantur, & in viam inducunt boni ominis, aut præsidij causâ, clarisſ. Taubmanus. Sed ad *SECO*. Id facit J. C. Scaliger 5. poët. 16: ab ἰκάς. Malim ab Heb לקש secuit, usus est sicilicibus. Ab eo nominant gramen aut fœnum, quod demeti solet, vel abscindi. A *seco* fit *sica*, *sicarius*. Suidas:

Σίκαν δὲ τὴν μάχαιραν ξίφη, ὡς οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι.

Romanæ igitur voces: sica, sicarius. Vnde Græci suum, σικάριος. *Seculæ* sunt falces Varroni, à secando. Item *sicilire*, quasi seculire. Inde

sicilices. Ennius: *Incedit veles, vulgo sicelicibus latis.* Et per deminutionem, *sicilicula*, id est, parvæ sicilices, aut seculæ. Jos. Scaliger ad Festum: Glossa; sicila, σμίλαι χαρλοτόμοι. Est autem vox Magnæ Græciæ. Eo nomine intelligebat, quidquid secandi vim habet. Inde sicilire prata, secare. Ad Catullum: *Silices* aut *sicilices* cultra tonsoria vocat. *Sicilire* est cædere. Sicilices sunt, quas in sybinis, aut lanceis, aut venabulis αἰχμὰς Græci vocant. A seco trahunt aliqui *serram*: verè trahunt. De Italorum quidem *seca* & *sega* consenserim: sed Latin. *serra* est à strepitu, qui fit geminatâ illâ canis literâ. Vnde & Hebræorum שׂיר, serram traxit: à quo etiam σύρω, σειρά, cathena aut habena, quâ trahimus. Item סִרְיוֹן est cingulum, lorica. Cæterùm à *seco*, *secavi*, *secui*, fit *secatum* & *sectum* & *sexum*: ut à fluo fluctum & fluxum. Inde varia. A *sectum*, *secta*: quando homines in varias partes scinduntur: Græcis *schisma*, à σχίζω. Scinditur ambiguum studia in contraria vulgus, inquit Poëta. *Secus*

Secus & comp. *Sectius*, *ac secius*: quorum illud recentium: hoc primâ productâ antiquorum. A quâ disiunctione est quoque *secundus*: à primo enim distinguitur. *Seculum* Isidoro, à sequor: Varroni à senex. Vterque ἀνάγραμμος. Quia & modulus primæ repugnat. Ita jubet ἀναλογία: ut à potum poculum: à cœnatum cœnaculum: à jactum jaculum: sic à *sectum seculum*. Tractus enim ille certis temporum præscriptionibus secabatur in partes. Had. Turnebi etiam conjectura levis est. Lucretius lib. 5. & 6: - *secla ferarum*:

Igitur (inquit) Lucretium existimavi non tam notionem hominibus Latinis receptam secutum esse in hac usurpatione; quàm vocabuli originem & natales. Nam seculum ab ἡλικία deduci vitur, cùm aspiratio millies in sibilum abeat: λ autem & κ trásponûtur. Hęc iste. *Segimẽ*, *segmen: ut tegimen tegmen. Præsegmen*, quidquid præsecatur. Plautus dixit *præsegmina*, quæ Græci ὀπισθοτόμια; scilicet quæ unguibus eminulis præscinduntur. A *sexum*, supino inusitato, est *sexus*: id est, no-

ta, quâ mas & fœmina disjungitur, aut distinguitur. J. C. Scalig. Exerc. 107: *Silex*, Latina penitus vox: neque aliud quàm lapidem significat, qui *sectus* & *lectus* est, quasi *secilex*. Ita *Sicilia* posteaquam ab Italiâ disjuncta fuit: quæ anteâ *Triquetra* diceretur. Idem repetit, 5. poët. 16: quæ à *trinis promontoriis* incolarum Græcorum linguâ *Trinacria* appellata est: eam, cùm esset Italiæ continens atque perpetua, maris vi disjectam, atque iccirco *Siciliam* dictam propidere. Vnde Straboni est ἀποῤῥωξ ἠπείρου. Ovid. 4. Fast:

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,
Trinacris à positu nomen adepta loci.

Secespita (ait Festus ex Antistio Lab.) est cultrum ferreum, oblongum, quo Flamines, Flaminicæ Virgines, Pontificesque utebantur. *Axilia* apud Plautum est forfex, quâ secantur capilli, quasi *Absicia*. Alijs quasi *exicia*. *Exicare*, pro *execare* dicebant veteres. *Securis* non aliunde: quanquam clausulâ ferè peregrinâ. Cato: *Arboraria secures tres, cuneos tres habeat.*

Exta (apud Festum) quod ea dijs prosecentur, quæ maximè *extant* eminentque. Nisi meliùs, quasi *Execta*, elisso medio. *Insecta* (J. C. Scalig. ad Card. Ex. 226. s. 15,) definiebas, quæ in abscisså portione vitam retinerent. Quasi illud etymon esset à privatione, quasi, inquam, frustra secarentur. Haut ita est. Neque ea est vel res, vel nominis ratio. Ἄτομα vocat Ates: Plinius *Insecta*; quæ inferiores aut superiores partes, aut utrasque segmentis haberent discretas atque dissitas.

Sol dictus, quòd *solus* esset, solus luceret, & reliquis stellis lucem impertiret. Cicer. 2. de Natur. deorum. Fortè ita: *Sol* ab ἥλιος, ἅλιος: ut ἠδὺ, ἁδύ, πηγὴ, παγὰ, apud Theocritum. Fecisset aliter: vel *salius*, vel *salus*, vel *sal*, vel *solus*. Obstitit significatio jam aliò tralata. Ergo oportuit, Sol, fieri. Est autem nomen Individui: postea ex accidente, id est, quia plures mundos prętet naturæ seriem comminiscerentur, ut Democritus, pluraliter usurpari cœpit: soles, item lunæ. Quamvis utrumq; etiam pluraliter, illud pro diebus, istud pro noctibus, inventatur. ἥλιος ab Hebr. חֵילֵל, lucifer, sol. Ab חָלַל. Hom. vocat ἐκατόγχειρον, centimanum: propter radios, qui ita videntur nobis; reapse non sunt: item propter innumera beneficia, quibus huic orbi prodest. *Solstitium*, quasi solis statio: quando ad Tropicos venit, sistitur quodammodo & repetit inde priorem viam.

Soldanius; apud Turcas, Arabes, alios ita dicitur Dynasta, imperator, qui alijs præest. Quod verbum in nostrorum quoq; hominum ore est. Non nisi ab Heb. שַׁלִּיט .i. potens, δυνάστης. A שָׁלַט dominatus est, valuit potestate.

Solœcus: nomen à Solon & οἶκος, quod testatur Diogen. Laërtius. In Cilicia opidum à Solone extructum & inde nominatum fuit; in quo puritas Attici sermonis primùm florebat; brevi post corrupta. Inde *Solœcus*. Ita peccantes dicti sunt σολοικίζειν. Etymologicum sit *Solœcismus*

ειſμum, στλοιχισμὸν, quaſi *σὺν λόγῳ ἀκίσμὸν*: quaſi ſanæ orationis vibicem, aut flagellum. Nec diſconvenit. Agel. lib. 5. cap. 20: à poëtis ſolœciſmus pro errore capitur metaphoricè. Cæterum de ſolœciſmo vide quæ multis accuratè diſſerit *Ad. Tb. Sibe-rus* Inſtitut. Elocutoria.

Solvo, *ὅλον λύω*, ait J. C. Scal. lib. 1. de L. L. c. 25. Idem cap. 93. quod aliquando vinctum fuerit, cùm deſijt vinctum eſſe, *abſolutum* dictũ eſt. *Τὸ λύω* potes facere ex יָאַל, neglectis punctis. Sicut etiam *τὸ* ſolvo à בָּשַׁל. ſolvit, detraxit. Idem Scal. Ex. 76. *Solum* eſt ab *ὅλον*. Oſca vox fuit *Solon*, ab Æolenſibus. Illi enim *ὅλον*, quod nomen univerſæ Græciæ cõmune fuit ad totum ſignificandum. Igitur quia ſpongiæ partes diſsitæ ſunt, ſolida ſpongia non erit. Igitur *ſolidum* à ſolum. Heb. סָלַד id eſt, ſolidus fuit, conſolidatus eſt. Idem in Th. de pl. *ἔδαφος* Græcis eſt ſuperficies, *ἔδος ἀφὸ*. Quâ ſentitur tactu ſedes. Noſtrum *ſolum* tota maſſa eſt. Hoc enim eſt *ὅλον*, & Oſcè *ſolon*, unde *ſoliferrea*. Iccircò JCti ſolum diſtinguunt à ſuperficie: ut ſolum ſit ipſum totum, atque totius facies: ſuperficies, quod ſuper facie conſtitutum eſt, aut ſupera facies, ut ædes, columna eſt. Idem de c. L. L. 89: *Solitaurilia*, non ut ſunt interpretati malè veritatem, *ſue, ove, tauro*: neq; enim in voce hac, ſoli, eſt ovis: ſed ſic fuit per initia, *ſue, ſoloce, tauro*. Sic enim pecudem lanâ tectam priſci appellârunt, quam ad ſacrificium egregiam habebant, i. e. è grege ſegregatam, integram, nõ tonſam: unde & nomen, quoniam cum totâ lana eſſet. *Solon*, *ὅλον*, i. e. totum. *ὅλον* à כּוֹל i. e. totum continuit. Aut à כֹּל, i. e. omnis, cunctus. *Solea* Agell. lib 13. c. 20. omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm infimè teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis juncta ſunt, *ſoleas* dixerunt. Ab eo, quod *ſolum* premerent. *Præſul*, à *præ*, & *ſolum*, cui præeſt. Vt *exul*, ab *ex* & *ſolum*: *extorris*, à terra, i. e. ejectus è terrâ, aut provinciâ aliquâ, ſive urbe, *ἀπολις*. De ſcriptione *ἔξισμα*, utrum Exſul, an exul? Quod ſimilia quoq; attinet, ut exſpiro, expiro: exſpecto, expecto. J. C. Scal. c. 34. L. L.: Cum vocibus (inquit) ab *S* incipientibus ſi componas, quid facias? Tollas ſibilum. Non enim neceſſarium eſt. Namque in X ſyllaba poteſt terminari: ſed ſoni ſuavitatem ſequendam cenſeo. Itaq; commodiùs dicemus, *Exequor*, Græcorum exemplo, qui certis locis *ἐκ*, alijs *ἐξ* dicunt. Sed recentiores, ut ſapere videantur, omnia obturbant: at nos veterum ſequimur ſimplicitatem, qui *Exul* ſcripſere, quanquam ab *Ex* & *ſolo* duceretur. Hoc itaq; cùm rectè ſic ſe habeat, peſsimo argumẽto probandi rationem male inivere. Nam inquiunt, ſi poſt X liceret ſervare *S*, initio vocum compoſitarum; pari ac ſimili lege etiam liceret poſt *ψ*. Sed non licet. Neq; enim dicimus, *Abſectum*, neq; *Obſeſſum*: ſed unicâ *S* fuit contentus uſus. Vbi dupliciter peccant. Primùm cùm putant *S*, quod in *exequor* eſt, præpoſitionis eſſe, non verbi. Hoc enim falſum eſt. Nam ſignificatio verbo debetur, ergo & partes. Et remanet veſtigium præpoſitionis Græcorum lege, quos imitamur, *Ecſequor*. Hæc ille. Cujus judicio pleriq; acquieſcunt. Ajunt enim, *κακοφωνίαν* fit, ſi illa ſibilans litera iteretur, ut *exſtinguo*, *Exſpiro*. Nec neceſſe eſt, principia *ὁλικὰ* vocum omninò remanere in compoſitione. e. g. *pomeridianus*, non poſt: *inquiro*, non inquæro. Quanquam hîc integrè ſuperſit *S* vocis primariæ: ſicut & in alijs: ut expiro: ab *ἐκ*, *ex*, & *βίρο*: *ecſpiro*; ſicut *Ecfero* in Cic. lib. 8. ep. ad Attic. ep. 3. ut correcta exemplaria & chirographa habent. Addunt: *Externo*, *κατατρίβω*. omnes ſcriptitant: non *exſterno*: cùm tamen ſit à *ſterno*, ut *conſterno*. Scriptitant, *extinguo*, non *exſtinguo*: licet à *ſtinguo*. Nam concurrunt quatuor elementa *C S S T*, quæ enunciationẽ faciunt aſperam. Ad periculum verò reſpondent, ambiguitatis aut erroris: ut, dum aliquis *expectat* equum, id eſt, præſtolatur mittendum, ne *expectere* videatur: ne *expes*, id eſt *ἄπους* videatur, qui ſit *expes*, *ἀνίλπις*. Reſpondent (inquam) quòd integra periodus cunctam ejuſmodi difficultatem eximat. Vbi enim talis conciſa ſententia, in cujus interpretatione ob ſibilum periclitetur aliquis?

Dum Ovid. ep. 6. ait: Erret inops, *expes*, cæde cruenta suâ: quis intelliget de mutilo pedes, aut truncato? Nec vox apud priscos legitur autores *Expes*, ἄπους. Plinius quidem *Apodes*. Et J. C. Scaliger in Farrag. Phal. alludit: Et *expem* refer, *expedem* referque. Atqui satis sit. Omnia quæ εἰς ἐκφορὰν afferunt, huc contuli. Tu, quisquis es, pondera: &, quod melius, sequere. Porrò à *solum*, priori brevi, i. e. πέδον, differt *solum*, *solus*, μόνος: primâ longâ. Ad differentiam enim illius mutata est brevis in longam, aut gemi nata, velut alibi. Interim utrumque eandem agnoscit matrem. Nam omne quod *solum*, proportionem habet ad totum: & totum est solum, & partes intueare, quæ non solæ, non unæ, è quibus constituitur. Nec phrases adeò dissonant: solum aurum accepit, i.e. totum, quod accepit, est aurum, citra admixtionem æris, argenti. Maro. 3. Georg.

Heu malè tùm Libyæ solis erratur in arvis.

i. e. Totum, in quo tùm malè erratur; sunt arva Libyæ. Talia ad similem faciem fa-

cilè explicentur omnia, ut ortus innuatur, si opus sit ὀνυχίζειν. A *solum* est *desolo*, i. e. vasto, solum reddo. *Consolor*, *solor*, *solatium*, à *solus* τοπικῶς. Puta à viduis, quæ cùm se *solas* relictas lamentarentur, oratio leniens desiderium dicebatur *consolatio*. *Solicitare* est *citare* ex *solo*, quod est ex imo loco; Festus. Aut *solicitare*, i. e. solum, μόνον, citare, id est, crebrò exercere, multum ciere.

Solyma, *Salem*, שָׁלֵם. *Jerusalem* est visio pacis. רְאִי visio. Rad. רָאָה, vidit, intuitus est. Aut doctrina pacis, à יָרָה, i. e jecit, item emisit verba, docuit. Quod deducta satis arguunt. *Salem* verò est à Rad. שָׁלַם, id est, inijt pacem cum aliquo, pacificatus est. שָׁלוֹם, est pax.

Somnium. J. C. Scalig. in Hipp. de Insom. Græca vox ὄνειρος somnium significat, species illas scilicet, earumque affectiones. Quam vocem prisci mortales à benè ominando fabricârunt. Ita enim dicebant, ὄναιο ἐρῶν. Nam concisum fuit ὄναρ.

Nostra

Nostra vox simpliciter, *somnium*, quasi quod somni esset proprium. Græca & ipsa, ὕπνος: Vnde σύπνιον: quod & nos *insomnium*. Hæ appellationes universum ambitum somniorum communi significatu amplectuntur. Vnde Arist. ἐνυπνιαστὴν vocat eum, qui probiorib. utitur somnijs: quoniam sunt etiam κακολιάστεροι, sive ἐνυπνιαστέροι. Idem ibidem: Hoc vocant ὄπαρ, Græci: unde noster *sopor*: propterea quòd corpus pæne mortuum est, in anima totus homo constitutus atq; ipsa in sese reducta, recepta, collecta. Ejus vocabuli originem & causam intelligamus: quoniam res vera subsistit ὅτι τὸ ὄντως ὕπαρ. Homerus in undevicesi. Vlyssææ, ὕπαρ, non ὄναρ esse dicit: non quòd res ipsa visa esset: sed quòd vera portenderent rerum imagines.

Somnus. Agellius, ut notavimus, facit ab ὕπνος: *sypnus*, *sopnus*, *somnus*: serie quadam mutationis. Et pariter nos, aut facilius, faciamus à נוּם i. e. dormivit. N migrante in S. ut solet. Vel à שֵׁנָה, i. e. somnus. Cogita,

quàm ad *Turrim* lingua confusa sit: quàm difficulter restituatur; & omnia è confuso ad principium unum, purum & quasi homini ingenitum, referantur. Cogita & debines mirari, aut cavillari ejusmodi mutatiuncullas.

Sorbeo, ῥοφέω: à sono sorbentis. Plautus alludit in Mil. *Sorbet* dormiens. Pa. Quid *sorbet*? Lu. Illud *sternit*, volui dicere. Sed quia consimile est, quod sternas, quasi sorbeas. Ex quo intelligis, quod itidem *sterto* sit factitium. Idq; propter *S* & *R* inprimis. A *sorbeo* sit *sorbillo*. Turneb. l. 25. ad. c. 21. unico L scribendum putat: Et cyathos *sorbilans*. Plautus Pœn. Victitandum *sorbilo*. Nam pleraq; ejus formæ simplici L. scribuntur & corripiuntur. Catull. in Pas. ad solam dominam usque pipilabat. Eodem modo conscribilo, penultimâ correptâ legit apud Catull. Epist. 22. Hæc ille: qui facile tamen refellitur. 1. Plauti testimonium non est satis certum, cùm idem quoq; in postremâ regione admiserit Spondæum: Pœn. a. 1. s. 2. Quanquam ibi

sit

sit nomen: victitandum *sorbilo*. Alijs *sorbitio* à *sorbitium*. Alijs *sorbillo* à sorbillum. 2. Pleraq; verius exarantur duplici LL. ut *cantillo obstrigillo, focillo, refocillo*. 3. Versus Catulli adhuc sub judice est. Plerique legunt pipiebat: de quo verbo multa alibi. 4. In altero Catulli potest rectissimè retineri *conscribillo*, nihil obstante modulo. Immò vitiatur ex sententiâ Turnebi. Vbiq; n. sit spondæus. Scaliger legit *Conscabillent*.

Sorites est species argumentationis, quâ multa accumulantur. Latinè liceat *acervalem* appellare, Cic. 1 de div. Cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur, *Soritas* hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano. 1. Acad. Persius ad finem sat.

Jam decies redit in rugam: depinge, ubi sistam
Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.

Σωρείτης à σωρός, cumulus: item σώραξ in Aristoph. pro acervo. Alioquin *soracum*, σώρακος, est genus vehiculi, quo ornamenta histrionum portantur, ex Festo. Idque ob varietatem & multitudinem vestium.

Juven.

- - Longa coruscat
Sorace veniente abies - -

Σωρὸν per abscisionem initij formes ex Hebr. חֲשֹׂרָה i. e. moles, acervus. A σωρὸς est item *sordesco, sordes*. Autore J. C. Scalig. in The. Ea, quæ nõ nisi penitus abjiciuntur aut everruntur, propriè sunt σωρὸς δίματος. Cumulantur enim, ut ejiciantur. *Soriculata* vestis ita explicatur à Turneb. l. 24. Adv. c. 19. Vt undulatæ vestes sunt apud Plinium, quarum textura undas imitatur, scutulatæ scutulas, itidem rasæ & Phryxianæ rectæque de textura dicuntur: sic & soriculatæ, quæ quidem perpetuis quibusdam juris & latioribus virgis regulatæ erant & eo texendi genere confectæ: ut sint tanquam soriculatæ, à *sura*, cujus deminutivum est *surculus*. Nisi quis tamen à *sura* deducere malit. Quod si à regula derivari non placet, certè à *rica* & *ricula* deducatur. At quid obstat, quò minus flectatur à σωρεία, σώραξ, σωρὸς; Idque propter copiam colorum & plicarum. Hinc & Varro vermiculatam & *soriculatam* vestem nominat.

Spatha. σπάθη. *Spathula* σπάθιον: à σπάω; quod à סָפָה. Ab eodem est *spasmus*: Celso distentio nervorum; aliis convulsio. Item à σπάω, σπάδων. Latinè *spado*. Vt σπαδίας, à πίνω: *Thlasias*, θλαδίας & θλασίας, à θλᾶν: *Thlibias*, θλιβίας, à θλίβειν, h. e. Eunuchus: aut cui testiculi exemti, vel fracti, vel attriti: si verbatim reddas. Martialis: Spadone cùm sis eviratior fluxo.

Spatium. Spatiari est propriè in stadio currere. Nam τὸ στάδιον Æoles vocabant σπάδιον: σπολὴν σπολήν: sicut contrà σπουδὴν, στουδὴν, *studium*. Vnde Latini, qui presso pede veluti sequuntur Æoles, fecerunt *spatium* suum. Hinc in Eleg. de obitu. Mecœnatis: *respatians* equus dicitur, qui finivit curriculum suum & *spatium*: Jos. Scaliger. *stadium*, στάδιον est ἀπὸ τῆς στάσεως i. e. status: vel à στάδην. στατὸς, qui stetit, aut stat: *equus*, qui in stabulo continetur. Julius Cæsar Scaliger libro 5. Poët. cap. 3: *Stabulationium* dicunt Itali felicissimâ voce longeque evidentiore, quàm Græci. στατὸν enim alibi etiam, quàm in stabulo intelligam. *Sto* est à στῶ, ἵστάω, ἵστημι id est, statuo, stabilio: Nec dissonat Hebr. שָׁתַק id est, placidè constitit, tacuit. *Statim*, στάδην id est, fixè, constanter. A statum. Plautus amph. a. 1. s. 1: Ita *statim* stant signa, neque nox quoquam concedit die. Idem. Nec recedit loco, quin *stationem* rem gerat id est, constanter. *Stiva* à stando, inquit Varro libro 4. aut quasi stativa per contractionem. *Antesto* & *antisto* apud Fulgentium, id est, præcello, sto antè. *Antistes* sicut *præstes*, qui antestat. *Antistita* in fœm. apud Accium. *Superstes*, qui superstat. Cicer. 1. de Nat. deo. qui totos dies precabantur, & immolabant, ut liberi sui sibi superstites essent, *Superstitiosi* sunt appellati: quod nomen patuit postea latius. *Præstes*, qui præstat, id est, antistes. *Præsto* est antecello.

PROPERTY OF THE LIBRARY

Ovid. 5. Fast.

Præstitibus Majæ laribus.

Jos. Scalig. in Fest. *Præstum* à veteribus erat in usu, à quo remansit *præstò* adverbiale. ὑποθετικὸν *præstulus*, vel, ut antiqui scribebant, *præstolus*; Inde *præstolari*. *Præstus* seu *præstulus*, ἕτοιμος, pro quo præsens usitatum: ut præsens animus. Glossar: præsens, ἐπιφανὴς καὶ παρὼν καὶ ἰσχυρὸς i.e. fortis. Festus: *præstolari* dicitur is, qui ante stando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. Quantum *O* sit, anquiritur. Pleriq; viri in hac palæstrâ exercitatissimi producunt: nescio cujus testimonio Poëtæ. Terentius in Eunucho: videtur corripere: Quem præstolare Parmeno hic ante ostiũ? Et doctiss. Buchanan. Psal. 27. Vitæ beatæ præstolor. Nec ratio nulla est. Quia fit à deminutivo *præstulus* seu *præstolus*, à *præstum*. Et videre pervelim hujus generis unum, quod brevis non sit penultimæ. Ergò ut *hasta hastula. pileus pileolus*: *pater patercul*us: *ventus ventulus*: *lunatus lunatulus*: ita etiam *præstus præstolus*: & inde verbum *præstolor*. *Obsta* & *ostio*: sicut *ostium*: quia obstet ingressuris, vel remoretur. *Consto*, id est, simul sto. Plautus: *Constant*, conferunt sermones i.e. unà stant. Et Aulul. adeunt, consistunt. Inde *Constantia*, pro firmitate: quia vis unita fortior. *Resto* i.e. rursum sto. *Insto* i.e. in ipsa re sto: interdum non sto. *Instabilis*, non stabilis. à quo *stabilio* i.e. stare facio. *Circumsto*, *circumstantia* ἀναλόγως, sicut constantia. J.C. Scalig. 3. poët. 119. quem numerum Trapezuntius est secutus. Sic enim περίστασιν novo nomine interpretatur. Rectè sanè. Nam quo jure dicimus constantiam, eodem etiam circumstantiam. Quint. l. 3. *Negotium* Latinè appellat περίστασιν: verùm laxâ nimis voce. M. Gallio verbo usus est in participio, nomine abstinuit. Dixit enim *res circumstantes*. Ejusdem orig. est *stathmus*, στάθμος. *stater*, στατὴρ *statera*. Nam τὸ ἱστάνειν, ponderare quoq;, seu trutinare est. *Catasta* à καθίστημι. Locus ubi consistebant. Cæterum à Latino *statum* est & *statuo statutum*, *statumen*, *statua*. *stagnum* i.e. aqua stans. Aut potiùs, ut Varro, à στεγνὸς; quia contineat aquam neque manare possit, ut etiam Festus scripsit. Vnde *stativæ* aquæ

dicuntur, quæ contrariæ sunt manantibus & perennibus, cujusmodi sunt fontes, rivi, fluvij. Varro de Admirandis ad Fundanium Socerum: Secundò de stativis aquis, ut sunt lacus & stagna & putei & maria. Jos. Scal. in Con. Apud Hebræos extat אגם: unde quis faciat Latin. *stagnum*, & στεγνὸς: levi additiunculâ: item ἀκμὰς, leviori mutatione. *Statio*, locus ubi statur.

Virg.

--Statio tutissima nautis.

Stator dictus est Jupiter: vel quòd stent omnia ejus beneficio; ut scribit Seneca 2. de beneficijs. Vel, quòd cùm templum ipsi vovisset Romulus, exercitum post preces *stare* fecisset; teste Dionysio & Livio. l. 1. Valla l. 5. c. 6. *Stator* magis à sisto, quàm à sto descendit. Immò rectius à statum sto, stator: ut à datum dator, à latum lator. Nec quidquam aliud sisto, quàm stare facio: & statum, si habet, à sto mutuatur. Vt ita subtilitas Vallæ de nihilo sit. *Sisto* i.e. stare facio, *stiti*: respondet Gr. ἵστημι, ἱστῶ. *Stapeda*, nomen è nupero fœtu: à *stando* & *pede*: i.e. cui insistunt equites. *Statuliber*, ἐλεύθερος χρόνῳ κατὰ διαθήκην ἀφεθεὶς, ubi pro χρόνῳ legendum videtur ὅρῳ Joseph. Scalig. *Statuliber* (Festus ait) est, qui testamento certâ conditione propositâ jubetur esse liber. Etsi per heredẽ est, quo minus *stet* liber præstare possit, quod præstare debeat: nihilominus liber esse videtur. *Stabulum*, ubi statur. *Naustibulum*: ναύσταθμος navium statio: *prostibulum*, locus, in quo prostet. *Prostibula*, quod ante stabulum stet quæstus diurni ac nocturni gratia, ut ait Nonius. *Stabulum* n. & meritorium est, quod ibi consistant, ubi & statio & stare rectè de lupis.

Horat.

---Nullum nisi olenti in fornice stantem.

Seneca: meritrix vocata es, in communi loco *stetisti*; *stetisti* puella in lupanari. Tertul. l. 3. ad Vxorem: Lupanar nominat *Consistorium* libidinum publicarum. Eadem dicitur etiam *prosseda*, à *prosedendo* in meritorijs & fornicibꝰ; apud Plaut. Pœn. a. 1. s. 2. Cur v. *prostibulum*, non *prostabulum* dicatur, rationem dat Meursius è Sched. Lang. Dicebant, inquit, *stire* & *stare*: *obstire*, *obstare*: sicut *artire*, *artare*: *impetrire*, *im-*

perrare; negire, negare. Hinc *negibundus* & *obstitus* apud Festum. Sic abstit, aut obstit dixit Ovid. 11. Met.

- Quæ pars admonet, abstit.

Ita enim Priscianus citat: quanquam perperàm pro abstitit positum ait. Sed consuetudo illa majorum commutandi invicem literas, & nota & proba. Quod v. ex Ovid. citatur, ambiguæ lectionis. Neq; *obstitit* aut *abstitit*: scilicet propter versum, neq; *obstit*, aut *obstat* legendum esse conjicio, propter sensum aut contextum. Sed *abstit* Ecce antecedentia: *Seq; toro ponit, renovat lectus q; locus q;*

Alcyones lacrimas, &, quæ pars admonet, abstit.

Lectus renovat luctum, sive lacrimas & admonet, quæ pars abstit i.e. amasium. Hoc enim pars lecti & pars alterius, quæ amat. Duo enim amantes unum sunt. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. *Institor*: ut a statum stator; sic ab instatum, *instator* & *institor*, id est, qui instat & urget. Propterea Glossarium: *institor*, ἐφεστὼς ἀγορᾶς. Nunc ad *vestibulum*, quod à *VE* & *stabulum* aliquibus. Magis abblanditur Ovid. 6. Fast.

Hinc quoq; vestibulum dici reor, unde precamur,

Quam famur Vestam, quæ loca prima tenet.

A *Vesta*. Est enim prima januæ pars & Vestæ numini consecrata. 6. Æn. *Vestibulum* ante ipsum. Estq; in aditu, non q. stabulum grãde, quod *VE* importat. A *statum stamen*, ut à stratum stramen, à notũ nomen. Et sic Græc. στήμων, στῆμα, στημών, ἱστός ab ἵστημι. Irem apud Heb. שְׁתִי est stamen quod in tela constet. Francis. Junius in Not. ad Tertul. de Pallio: Aliud (inquit) subtegmen est, aliud subtemen. Nam subtegmen, sive (ut August. legit in Grammat.) *subtegimen* est interior pannus, quo vestis suffulta est, commoditatis aut ornatus ergò. *Subtemen* v. pars est interior panni, velamentum, ἡ ἔνδοθεν ἐπικολλὴ, quæ stamini subest: ut *trama*, ἡ ἔξωθεν ἐπικολλὴ, superior pars, quæ trameat stamen; dicturq; ut *tela*, à texendo *Temen*. Hinc, quod subtexitur, *Subtremen*. Varronis itaq; locus lib. 4. de L. L. sic emendandus: *stamen* à *stando*, quòd eo *stat* omne velamentum in tela. (exterius puta corium, ut ita dicam, & interius panni, ἥτε ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν ἐπικολλὴ) *Subtemen*, quod *subit stamini*. *Trama*, quod trameat. Hæc ille. At malim cũ Varrone, subtemen à stamen flectere potiùs, quàm à texendo. Neq; n. idonea hîc analogia. Et Tela non est ab illo, ut alibi docuimus. *Subtemen* itaq; quasi *subtamen*, elisa S. *Subtegmen* a. sanè à subtegẽdo.

Sphacelus. Est à nominis origine rei natura sæpè manifesta. Proinde σφάκελος παρὰ τὸ σφάπτειν, quasi σφαγέλος, sicut σφαγὴ. In jugulatis enim amittitur omnis calor naturalis. Est ergo membri mortificatio. σφάπτω ab Heb. טָבַח jugulavit, ἔσφαξε.

Spero, σπαίρω, palpito: quod sperantibus proprium. Aut rectiùs ab Heb. שָׁבַר i.e. speravit, spem fovit, rectà aliquem intuitus est. †

Spinturnix, vel rectiùs *spinburnix*. Est deformis, & inauspicata avis, eademq; *ambustanea*, sive incẽdiaria dicta: quòd de busto, seu rogo aliquid carbonis in tecta deferret, itaq; incendiũ protenderet. σπιν θὴρ n. est strictura ignis, scintilla. *Spinther*, armillæ genus, quod mulieres antiquæ gerere solebant brachio summo sinistro, Festus. Puto, à fulgore.

Spondeo, σπένδω i.e. paciscor, fœdus ineo. Item libo. σπονδή. Hinc *sponte*, quod idem est, ut

vult J.C. Scal. Ex. 77. ac voluntariè & libenter. Hoc n. ex *sponsionibus* natum est. Spõsiones autem omnes voluntariæ. Iccirco nõ sine libamentis fieri consueverant. *Sponte* itaq; ad ἄλογα καὶ ἄψυχα nõ adhibetur propriè. Deest n. voluntas, quæ est rationalis appetitus. Cæterùm *sponte* est ablativus, & superest adhuc Genit. spontis. Vt, non sum meæ spontis. A spondeo est *sponsus*, *sponsa*, *desponsatio* & similia, quæ primo suo significatu sunt κυριολεκτικὰ: nunc restrictim sumuntur. *Consponsos* antiqui dicebant fide mutuâ colligatos. *Spondæus*, pes: à sacrificijs, in quibus canentes eo pede utebantur. *

Squalere, à squamarum crebritate asperitateq; quæ in serpentium, & piscium coriis visuntur, Agell. l. 2. c. 6. Et Jos. Scal. è Festo: squalidum, incultum & sordidum. Sic appellatum, quòd proximè ad *squamas* piscium accedit. Itidem Ennius dici pallidũ *squalidum*, autor est in Telepho: Quã vestitus squalida stola.

Squarrosus Festo itidem à squamarum piscium similitudine. Ad quod Jos. Scaliger: *squarra*, vel, ut veteres scribebant, *scara*, parum

putum Græcum est, ἰχάεος. Quod frequens in libris Græcorum medicis, i.e. crusta.

ST, particula denotans silentium, propter sibilum, ut antè diximus. Hîc animi causâ aliquid de quæstione illâ poëticâ addam, an *SC*, *SP*, *ST* vocales proximè antecedentes producant? Video diversos hîc ire doctos, & alios negare, alios contra: Vtrosq; tamen suis niti exemplis. Ab illis stant:

Ovidius,

Spes bona dat vires, animum quoq; spes bona firmat,
Vivere se vidi &c.

Idem:

Aetneosq; lacus, & olentia stagna Palici.

Idem:

Occidit ille Scinis, magnis male viribus usus.

Idem:

Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina Scython.

Propert:

Nunc ubi Scipiadæ classes &c.

Idem:

Tam bene stondebant tunc omnia - -

Idem:

Tu eape stinosi - -

Lucanus:

Nil agimus, nisi stponte dei - -

Lucretius:

- - Quàm lecti mollia strata:

& alibi. Statius,

Ferrea scuta tegunt - -

Alteri isti respondent, 1. Non injuriâ dubitari, an manuscripta bonæ notæ ubique habeant ita, uti citantur illi versus, aut similes. Et in Ovidio, olentis, pro olentia: in Statio, suta, pro scuta: in Lucano, nî, pro nisi, ὁ παρὰ μέλος legi: cæteros pari etiam modo, aut simili fortè. 2. Vt ut aliquot ejusmodi labeculæ vel in Ovidio, vel in alio, intercurrant: eæ tamen ita raræ in tantâ copiâ aut exiguæ, ut meritò parvi æstimentur. 3. Opponuntur alij, qui deditâ operâ abstinuerunt. Vt Manilius, Martialis, Juvenalis, Tibullus: de quo Paul. Melissus: Vitavit certè istam asperitatem Tibullus in elegis suis. Nam quum dicere posset

- - Coronato vertice stare boves:

maluit, *- nunc ad præsepia debent*
Plena coronato stare boves capite.

Etiam Catullus. Dum enim semel admisit,

Testis erit magnus virtutibus unda Scamandri;

secutus est Homerum: & notum, quod Veteres de Proprijs non adeò soliciti sæpe fuerint. Sic Ovidij, Ille Scinis: fœmina Scython: Propertij:

Nunc ubi Scipiadæ - -

excusentur etiam. 4. Vel aurium judicio, dura fit & aspera quasi collisio literarum.

Regula certa, scopus.
Mole stat ingenti.
Ista scelesta schola est furum -
State statim satrapæ - -

Iterum Melissus: Neque verò probarim illud Horatij:

- - quocumque in fornice stantem.

5. Igitur Virgilius in perpetuum vitavit. Et hîc præ alijs imitationis poëticæ exemplum, regula, principium, finis esse debet: censente Julio Scaligero. Quod allegant - Ponite spes - illud plane de nihilo: quia unum, & ex opere nondum plenè

absoluto. 6. At demus: asperitas tanta non insit illis syllabis, ut producant breves. Cur autem Catullus:

Nec jam recuso, si nefaria scripta.

Est enim Scazon. Idem:

Nulla fugæ ratio, nulla spes - -

Tibullus:

Pro segete spicas - -

Statius:

Præceleres: agile studium - -

Juven:

Occulta spolia - -

quæ exempla adducit Taubmanus. 7. Quare omniscius, & artiscius I medium extendunt solùm, omnium assensu? 8. Cur item τὸ RE in respondeo, responso, resto, respicio nunquam corripitur, ut in Retribuo, refragor, aut similibus? Ista ita disputant. Candidatus poëticæ ad trutinam pendat rationis.

Stannum, à Latinis vocatur derivato nomine à στάνω. Similem enim habet naturam. Ab Hom. dicitur κασσίτερος.

Stemma, στέμμα, i. e. corona, serta. στέφω est corono, orno. Postea quia familiæ propter insignia coronabantur, unà etiam id nominis

acceperūt. Quamvis non familiæ quævis: sed plenæ meritis & dignæ laudibus ac coronis dicendæ στεμματίας. Propriè si loquamur. Romani etiam suorum imagines in atrijs disponere solebant in speciem *coronæ*, lineis quibusdam gradus cognationum & seriem notantibus. Seneca libr. 3. de Benef. qui imagines in atrio exponunt & nomina familiæ suæ longo ordine, ac multis illigata *flexuris* in parte primâ ædium collocant, non noti magis, quàm nobiles sunt. A στέφω est στέφανος: & nomen proprium Stephanus. A צָנִיף, id est Stephanus, צָנַף, i. e. circum ligavit.

Sterilis, i.e. infœcunda, στεῖρα: unde & secundum aliquos *stiria*. στερέω, privo, orbo. στέρησις, *carentia*, ut nonnulli interpretantur: sive *privatio*, ut ex Topicis Cicer. colligimus: Senecæ est *orbatio*.

Sterquilinium, à stercore, quasi *stercolinum*. Ita enim legit Manusc. Camerarij in Plaut. Cas. act. 1. sc. 1. *Stercutius* Saturnus dictus est, à stercoris lætamine omnium primus fœcundarit terram. Græcis est κόπρος, σκωρία, σκωρία. Latinis *scoria*, primâ longâ. Nam qui Maronis autoritatem contrà obtendunt, maximas nugas agunt, cùm ibi sit διύμβαθον. A σκώρ est etiam *scurra*, id est, homo sordidus, obscœnus, ut nos hodie utimur. Aliter visum veritatis & antiquitatum ἐξεδυήτας. Turneb. lib. 19. c. 13. priscis illis erant *scurræ*, non tantùm qui alienas epulas adipiscendi gratiâ jocularia, & scurrilia funderent: sed homines etiam urbani, comes, elegantes, non rustici. Hæc ille. Et apertè Plautus Cur: Tum isti qui ludunt datatim servi *scurrarum* in viâ. Datatim, i. e. ut dent & reddant: ut apud nos pilam. Vt à sensum, sensim: à tentum tentim; unde pedetentim: à statum statim: Ita à datum fit *datim*, & insitâ syllabâ, datatim: ut alibi dictum. Sed hæc obiter. Jos. Scal. ad Catull: Notum est ex Plauto, *scurras* & *urbanos* eosdem esse: quare & dicteriis sibi victum aucupabantur. Quia autem scenatici homines, quos βιολόγους vocant Græci, dicteria fundebant ad risum spectatoribus tollendum, propterea factum, ut Mimi, scurræ & urbani vocarentur. Juvenal.

-- mimum agit ille Vrbani qualem facundus scurra Catulli.

Et Mimum *scurram* vocat, & *urbanum* mimographū ipsum Catullum: quem aliter Vrbicum Martialis, Vrbicarium Fulgentius. Hinc cùm idem Juvenalis dixit *Trescurria* patritiorum, palam est, eum intelligere ad orchestrā patritios trāsisse. Male enim hodie legitur *Triscurria*, cui ineptum quoque interpretamentum apponunt. Idem in Festum: Non dubium, quin legendū sit, συγκυρεῖν: ut scurra dictus, q. *secura*, aut *sucura*.

Stoici Philos: στωικοί: ἀπὸ τῆς στοᾶς, à porticu. Vt peripatetici, à περιπατεῖν: πατέω à בָּעַט conculcavit, pressit pedibus.

Stola, στολή, à στέλλομαι, i. e. accingor: στέλλω. Quis neget ab Hebr. שָׁלַח, i. e. misit?

Instillo, ab ἐν & στάλλω. Aut à σταλάζω, στάζω. *Stilla* inde etiam. *Instillo*, quasi immitto per guttulas. Quinctil. Vasculo oris anguisti superfusam humoris copiam respuunt, sensim & guttatim instillatum recipiunt. Julius Cæsar Scaliger Exerc. 144. Ab his dicti *stolidi*, qui *Stolones* pro surculis accipiunt. Primorem enim, & hominis, & plantarum ætatem, nondum scitam veteres judicabant. Vnde ab illâ primâ emissione (hoc enim significat verbum Græcum, στάλλω, στολόω) & *stolidos* & contracte *stultos*: ab ætate verò nondum satis compositâ dixerūt *Hebetes* eos, qui tardi essent. Hoc enim est ἥβη. *Hebe* apud poëtas. Ibidem: *Stolones* sunt arborum pullationes ab radice. Apud Hebr. est שָׁתַל, id est, insevit surculos aut stolones. Si Græcanicum tibi sordet, inde fit stolo. *Apostolus* qui emittitur, Legatus. *Epistola*, ἐπιστολή, ab ἐπιστέλλειν: quasi tu dicas *Missoriam*: sed in veteri tamen Latinorum usu. Et Plautus aliquoties usurpat, & Afranius Comœdiam etiā quampiam *Epistolam* inscripsit. V media Politanus, & non nemo hodie scribunt, freti autoritate librorum & lapidum, in quibus crebrò sic reperias: sed, nisi fallor, ait Lipsius, nunquam ante Vespasiani ævum. Illis illud Julij Cæsaris Scaligeri cap. 21. L. L. occinatur: qui epistulam, & adulescentes malunt dicere, Vmbros sese, non Romanos profitentur.

Itaque *Epistola magis ἀναλόγως* scribitur, & suavius sonat: *adolescens* item: quia ab adoleo, adolesco, i. e, cresco, seu ætate augeor. Sed utrum *soboles*, an *suboles* rectius? si faciendum quod ratio suadet, ex consensu omnium librorum, & lapidum suboles scribi oportet. Et est à *suboleo*. Scio, literarum inter se permutatio creberrima est. Nec tamen V præpositionis SVB in O versa monstratur uspiam. Nec est, quòd *εὐφωνίαν* fortè prætendant meliorem, si retineatur, O, soboles. Similis enim futura est in V, si majore usu à nobis emolliatur, quod duriusculum auribus necdum assuetis accidit. Ab *oleo* est item *proles*, quasi *prooles*. Ergo est generale & propriè dicitur de progenie animatorum, sive hominum, sive brutorum, sive plantarum. Etiam assensu Virgilij:

--prolem tarde crescentis olivæ.

Improles Festus, i. e. ἄτεκνος. Neq; vocem, pro re commodiorem hac Latium novit. Et quidni usurpes? *Proletarius*, ab officio prolis edendæ. Quia aliter Reipub. juvare non poterat. Agell. lib. 16. cap. 10. *Proletarius* sermo apud Plautum, est plebeius, vilis. Indoles, inquit Jos. Scalig. incrementum significat, primigeniâ notione, ut apud Gellium, mendi indoles. *Olere* enim crescere significat, & spem, quam ex vultu colligimus, virtutis futuræ in pueris: quæ vocatur χαραχτὴρ à Græcis: ut ab Euripide dictum, ὡς δεινὰς τῆς εὐφυΐας χαραχτῆρ. Huc pertinet *exoletus*, qui excesserit olescendi, id est, crescendi modum, Festo *Redoleo inoleo, obsoleo*; variæ significationis. Prima est, ut Scaliger ajebat, quod oleo fit augeor, cresco, tendo ad perfectionem, πρὸς τὸ ὅλον. Et apertè Servius: adolere propriè est augere. Quod notent quidam χαραχτῆρα. *Oleo* est etiam fœteo, aut odorem spiro: & ita respondet Hebræo אָלַח, i. e. fœtuit.

Strangulo, στραγγαλόω: στραγγάλη funis est aut laqueus. *Stranguria*, στραγγουρία: quòd prematur quasi aut retineatur ὄργανον: vel à στραγγὴ, quia guttatim urina defluit.

Streblita & striblita. Est genus placentæ sine melle. Junius & bene, scribit *streblita*. Nam Turnebi opinio lib. 23. cap. 10. languida. Itaque rectè addit, *Fortaßè*. Scriblita (inquit) eo *fortaßè* appellata est, quòd qui eam fingit, tanquam *scribit*: aut quod esset notis quibusdam signata, & tanquam scripta videretur. Est autem à forma, seu intorsione, στρεβλίτης. Item *stribligo*, quo nomine solœcismus à vetustioribus Latinis dicebatur: à versutiâ & pravitate tortuosæ orationis, tanquam *strebligo* quædam. στρεβλόω est verto, torqueo: Agell. lib. 5. c. 20. A στρέφω: cujus ortus sunt *stropha*, στροφὴ. *Strophium*, στρόφιον, *strophiolum*. *Catastrophe*, καταστροφὴ. *Strabo*, *strabus*, στραβὸς: qui est oculis distortis. Nec aliunde *stroppus & struppus*, apud Festum. Quasi *strophus*, στρόφος; Item à στρέφω fit *strepo*. Utrumque factitium à sono.

Stringo. J. C. Scal. in [illegible] de plant. *Stringere* Græcis στλεγγίζειν, idem quod detergere. Quoniam strigilibus de tergo demebant in balneis sordes, quæ inde *strigmenta* dicta sunt. *Strigil* est στλεγγὶς. *Strigosum* est macilentum, ut pecus, cui plurimum sit derasum, i. e. φθινώδης, & tabidum. *Strigillo, obstrigillo*, id est, obsto, remoror. *Striga* est ordo rerum inter se continuè collocatarum, ut ait Festus, quòd unà sint constrictæ. *Strigare* quid sit exponit Jos. Scalig. in Catal. *Strigare* dicuntur equi, quoties interquiescunt. Dictum à *striga*, quod erat, μεδάϊχμιον, & spatiũ turmarum, in quo equi stringebantur; à quo nomen habet, ut ait Charisius. Hinc factum, ut quoties interquiescunt equi, & jumenta, dicantur strigare. Sicut in vulgari sermone Thusco, & Germanico *stallare* equos dicunt *perorigæ*, cùm ad urinam emittendã quiescant. Quia cum recenter veniunt in stabulum, quod nunc *stallam* vocant, tunc ferè urinam solent emittere. Ergò *strigere* est à striga: quod castrense vocabulum. Nam etiam rustici *strigam* vocant, in arando sulcum, qui uno ductu prorsus peragitur in longitudinem, ut *scamnum* in latitudinem. Atque ut *strigare* equi dicuntur in actu in-

termittendo: sic cum continuant actum, hoc dicitur *protelo ducere.* Lucil:

Quem neq; Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo *validis cervicibu' possent.*

Namq; *protelum* est continuatio & tenor. Lucret. lib. 2:

Undiq; protelo *telorum* continuato.

In veteri illo Glossario: *protelum*, ζύγλαμα ζύγλην, vel ἕλαμα ζύγλην h. e. ζύγλης, ἅρμα. *Cohum* vocari ait Festus. Et quod Lucil: dicit, *protelo* ducere, est ἐλαύνειν Aristophani Lysistratâ. Sed omittendum non est, eodem modo *strigosum* dictum à Lucil: non ἰσχνὸν, ut vulgo accipimus: sed in hanc significationem, hoc est, morabundum, & tergiversatorem. Postea verò jumenta macilenta ita dicta, quasi strigare dicantur, præ macie, & quia malè curata. Ejus verba sunt: strigosu' bovinatorq; ore improbu' duro. *Bovinator* enim ibi est tergiversator: à *bubus*, qui in medio actu strigare solent, neq; uno protelo continuare.

Strix, striges: sunt aves nocturnæ, ut ait Verrius. Græci στρίγλας appellant: à quo maleficis mulieribus nomen inditum, quas volaticas etiam vocant. Ovidius prolixè describit 6. Fast: ubi sub finem:

Est illis strigibus nomen: sed nominis hujus
Causa, quòd horrendâ stridere *nocte solent.*

Strutheum, in Mimis præcipuè vocant obscœnam partem virilem: à salacitate videlicet passeris, qui Græcè στρουθὸς dicitur, Festus. Sed & στρουθὸς Græcis est salax, libidinosus: ductâ μεταφορᾷ à passere: ut dictum. στρουθίον passerculus. στρουθίζειν, passeris in modum pipire. Qui autem magna illa avis æquè vocatur *Struthio*, *struthocamelus*, στρουθοκάμηλος? Quantum memini, illa nunquam ita nudè vocatur, struthio: verùm ἐκ προσθέσεως. Vel στρουθὸς μέγας: vel στρουθὸς λιβυκὸς: vel στρουθοκάμηλος, struthocamelus. στρουθὸς quidem: cùm id nomen generatim priscis fuerit idem, quod ales, aut etiam gallina. Hieronymus Cardanus lib. 10. *Struthio* (inquit) passerculus dicitur Græcè, quasi per ironiam

niam nomine compositio, velut si quis pygmæum Gigantem diceret simul, vel homunculum giganteum. Huic J. C. Scaliger Ex. 231. reponit: Nominis rationem subtiliùs eruere licet è veterum monumentis. στρουθὸν prisci non passerem vocabant, sed Gallinam. Id quod etiam è Nicandro, qui desitarum affectavit usum vocum, deprehendes. Et fortassè aves omnes, quas βορείας dicit Aristoles. Sanè commodiùs στρουθὸς, speciei privatâ appellatione, quàm ὄρνις, vocabulo totius generis debuit gallina designari. Quo in significato utinam accepisset doctissimus Athenæus. Qui cùm Tetraonem, quem ipse πέτραν vocat, in convivium intulisset, ait, ejus carnes tam bonas esse, quàm τοῦ μεγάλου στρουθοῦ: quarum saporis ipse se non nescium profitetur. At longè est delicatissima Tetraonis caro, &c. στρουθὸς igitur hîc est avis. Et στρουθοκάμηλον cum Scaligero Latinè vertas Avicamelum. Sed quid hîc camelus? Vel sit χαμηλὸς παρὰ τὸ χαμαὶ. cùm à terra nunquam tollatur, ut ait Plinius: Vel potiùs κάμηλος: quòd colli & crurium longitudine camelum imitetur. Est enim homine ipso paulò procerioris staturæ.

Stupa, στύπη. *Stuppa*, στύππη. Item *stipes*, στύπος, στύπης. *Stupeo, stupidus, stupor* inde: Id est, instar stipitis, aut trunci. Comicus eleganter: Caudex, stipes. A *stipes* fit *stipo*, id est, condenso, in unum cogo. Nî melius, à στείβω, id est, calco, & densum facio, ceu calcibus. στιβαρὸς & στιφρὸς, id est, densus, rigidus. στιβὰς, stratum, stipatum & quasi calcatum, στῖφος, id est, globus militum densus, turma. Julius Cæsar Scaliger in Theoph. de plant. *Stipare* est Græc. στείβειν στίβον, iter calcatum, seu via calcata: & στίβος acies densa. Festus: *Stipes*, fustis terræ defixus. Et: *Stipem* dicebant pecuniam signatam, quòd stiparetur. Ideò *stipulari* dicitur is, cui interroganti aliquis spondet *stipem*, id est, æs, aut pecuniam. *Obstipus*: cujus collum est rigidum, instar stipitis; aut incurvatum.

Horat:

Horat:

Stes capite obſtipo - -

Perſius:

Obſtipo capite - -

id eſt, rigido.

Stuprum, quaſi turpis ſtupor. Quia Venꝰ dementet, & homines faciat ſtupidos aut ſtipes. Sanè ratio probabilis: non item Etymon. Certè nimis violentum ab illis verbis, præſertim duobus. Et quis nolit potius à στύω, στύομαι? Quod è claſſe obſcœnitatis. e *Maſtupratores*, à ſtupro: vox redolet deteſtabile flagitium. Alij legunt, e *Maſturbatores*. Sed illud rectiùs.

Stylus, vel *ſtilus*, στύλος. ab ἵστημι traditione Græcorum. Propriè eſt columna: ab hujus verò formâ, graphium ita dicitur. Cicero 4. Verr. vertit ſtilum in tabulis ſuis: quo facto cauſam omnem evertit ſuam. *Epiſtylium*, ἐπιστύλιον, id eſt, trabs, quæ ponitur ſupra vel in columnis.

Styx, στύξ: à στυγέω, odi. Virgil. 6. Æneid.

- - triſtiq; palus inamabilis undâ
Alligat & novies ſtyx interfuſa coercet.

Et Tibullus vocat nigram paludem.

Suaſus, quod *ſine vaſis*, id eſt, cortinis tinctorum ſuâ naturâ talis eſt, ait Julius Cæſar Scaliger Exer. 325. Idem: *pullus* color obſcurus item eſt, in lanis tantùm nativus. Quia ſincerus eſt, πάμπαν: iccirco *purus*, *pullus*: ſicuti vinum, villum: unus, ullus. Ni malis à Græco πελὸς facere, id eſt, niger, pulus. Ita enim libentiùs ſcriberem: ut & origo ſervaretur, & differentia eſſet, à *pullus*, πῶλος.

Sub, ab ὑπὸ, præfixo S: ut *ſuper*, ab ὑπὲρ. Hinc *ſupero*, id eſt, ſuper ſum. Superat hoſtes, id eſt, ſuperior, atque potentior evadit. 1. Georg: Si *ſuperant* fœtus, id eſt, ſuperſunt.

Subare, verbum ſatis obſcœnum. A σύβαξ,: item σύβας, qui imitatur ſuem ſpurcitie, & inprimis libidine venereâ. Sus enim animal

animal valdè libidinoſum & plenum ſeminis. Caro ſuilla corpus facit turgidum & copiâ ſeminali abundans. Atq; ea cauſa, quod antiquitus, ex Hetruſcâ diſciplinâ, porcum mactabant: ſcilicet ad acuendam, ſive augendam Venerem: & inſuper bulbos, pineos, nucleos, erucas apponebant. Alij *ſubare* formant à θυεῖν. Sed id ſignificat generaliùs: nempe furere, impetu ruere præcipiti: poſtea etiam laſcivire & cupidè ad Venerea rapi, veluti cum furore. Amor enim & Venus venenum eſt, ſi nimia: & via ad furorem. Rectiùs igitur à σύβας: ut *Caprare*, καπρᾶν, à κάπρος i. e. ſus, aper. σύβας à σῦς, ὗς: unde *Sus* Latinum. Hebræi eo nomine equum inſigniunt, סוס.

Subleſta: apage cum nugamento illo, *ſubleſta*, quaſi *ſubleſa*. Audi Joſ. Scalig. in Copam: *Subleſta* pictura, eſt tantùm primis lineamentis deformata, ac nullis coloribus adumbrata. Eaq; Græcè μονόγραμμος dicitur. *Liſta* eſt γράμμα, teſte illo vetere Gloſſario. Sic & hodie lineam vocamus vulgo in Gallia. Dicta *Liſta*, à λίστρα. P in T.

Vt στύδιον, σπούδιον: σπουδή, *ſtudium*. Hinc ὑπόλιστροι picturæ primùm, hoc eſt, ad verbum, *ſubleſtæ*. Inde ad alia translatum ſumitur pro evanido, tenui, languido. Ibidem quoq; Etymon *Vappæ* appoſitum excipe: Latini vocarunt *Vappam*, Aeolicâ voce. Nam ut Aeoles pro ὄμμα dicebant, ὄππα: ſic, ut ego puto, pro βάμμα βάππα. Quod ita vocarent, quidquid non merum, ſed dilutum eſſet. Vnde vinum ſpurcum, & fugiens eo nomine Latinis dicitur. Quod autem vappam fœminino genere dixerunt, eſt eadem ratio, quâ & ſchemam eodem genere declinarunt. Plautus: cum ſervili *ſchema*. Sic *ſyrma* fœm. genere apud Turpilium.

Sublicium, *ſublices*. Feſtus ait, quorundam opinione eſſe vocabulum Volſcorum. Ad illud Joſ. Scaliger: Nos cenſemus ſublicam dictam, ut obliquam: & intelligi trabem. *Sublicus* ergò, & *oblicus*: vel *ſubliquus*, & *obliquus* compoſita ſunt. Quorum ſimplex *liquus*, vel *liquis*. Vetus autor loquens de figuris, & lineamentis, omnem autem ſummitatem metiundi obſerva-

servationes sunt duæ: Enormis, & liquis. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur. Liquis, quæ minuendi laboris causâ, & salvâ rectorum ratione angulorum secundum ipsam extremitatem subtenditur.

Sufes dictus est Pœnorum linguâ summus magistratus: ut Oscorum *Medix*. Calidius in oratione in Cæcilium: Nónne vobis &c. Porrò qui Ebraicè sciunt, & non ignorant Pœnos Tyriorum colonos esse, concedent mihi, *Sufes* idem esse, quod Græcis, ἔφορος, ἐπόπτης, ἐπίσκοπος, צוֹפֶה. Sic Carthaginensium arx Βύρσα dicta per metathesin, quasi Βύσρα. Nam sine dubio בוצרה hoc est munitus locus, ἄκρα. Quo nomine Idumæorum metropolis ita dicta, qui eâdem linguâ cum Carthaginensibus loquebantur. Nugaces Græci quidquid ad eorum linguam alludit, statim Græcum esse censent. Nam cùm pro Βύσρα, quod eorum lingua non patiebatur, Βύρσαν dixerunt, dictum factum pro Græco publicarunt atq; prostripserunt. Hoc, quod hic notamus, scribimus ijs, qui si vel primis Ebraicis literis tincti sunt, me verum dicere non negabunt. In utroque autē tam צוֹפֶה quàm בוצרה, Holem effertur more Syrorum: Jos. Scaliger in Festum. Cæterùm *Sufes* non incommodè fecerim à שָׁפַט: quasi *Sofet*, *Sufet*. T enim & S non semel invicem commutantur. Et שָׁפַט est judex, magistratus: nec minus, quàm *Sufes*. A שָׁפַט id est, judicavit. Est generitum.

Suffio, *Fio*, à θύω. Θ transit in F, ut sæpiùs: θυρὶς, *fenestra*. Item θῦμα, θύμια, suffimentum: unde *fumus*, pari ratione: θυμιᾶν, *fumigare*. Græcor. ἄτμις oritur ab Hebræa. עָתַם, suffivit, vaporavit. Nec minus inde τὸ θύω, θῦμα: sed tectiùs.

Suffoco, mediâ longâ, à faux, quæ strangulatur, spiritusque intercipitur. Ergo de animalibus propriè sumitur: non item de plantis, de stellis: ut assolent.

Ovidius:

Suffocent animam dira venena tuam.

Offu-

Offucare est aquam in fauces ad sorbendum dare, Festus. *Suffocare* autem alterâ brevi, autoritate Propertij, est πυρῶσαι: à *foco*. Verbum è priscis sacrificijs. A faux est *faucale*, nunc *focale*, apud Horat. Vt à vox vocale, à flos florale (unde *Floralia*) à rex regale. Id est, quod ad fauces pertinet: ut ἀναδέσμη, sive περιχάνιον, redimiculum, quod ambit aut operit fauces.

Sugillo, συγγελῶ id est, simul rideo, illudo, contumeliâ afficio. γελάω: unde *Agelastus*, ἀγέλαστος. γελάω ab Heb. לָעַג id est, irrisit. *Gelasinus*, γελασῖνος id est, risor. Gelasini, γελασῖνοι: subaudi dentes, qui risu nudantur.

Catullus:

Egnatius, quòd candidos habet dentes,
Renidet usquequaq; --

Sugillo alijs est à *fuga*, non malè. Alijs est livido colore inquino: & propterea à fusco ducitur, qui è percussione ad cutim fluat. Festus: *Suggillatum* dici existimant ex Græco vocabulo, quòd ea pars, quæ est sub Collo, κυλὸν ab ijs dicitur. Ad illud Jos. Scaliger: Inepta etymologia, ac propterea falsa. *Cinnus* est cilium, aut palpebra. ὑπωπιστικὸν *cillus*. Inde *subcillum*, & *subcillare*: quod posteà *subgillum*, & *subgillare*, ὑπωπιάζειν. C. in G. *Subicitare*, *Inicere*: *subigitare*, *inigere*. Præterea falsum est, suggillationes pertinere ad collum. Nisi mavis legere, *sub oculo*. Sed tunc quid Græcè substituam, non video. Si κυλὸν, nihil ago. Si γύαλον, nugas egero. γύαλα quidem Græci τὰ κοιλώματα. Sed, quantum video, Verrius *sugillare* putat dictum, à *gula*, quæ dicta sit à Græco, qui γύαλον partem sub collo vocant.

Sulcus, ab ὀλκὸς, Festus. Quod probat Turnebus contra Varronem, qui à sustollo perperam. Nec discrepat Heb. זָלַג i. e. sulcatus est.

Sulmo, Ovidij patria. Ptolomæo, σελμών. Priscis *Solymum*, tradente Silio l. 9. A *Solymo*, qui comes Aeneæ.

Ovid.

Ovid. 4. Fast.

Serus ab Iliacis, & post Antenora, flamis
Attulit Aeneas in loca nostra deos.
Hujus erat Solymus Phrygiâ comes unus ab Idâ,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Sulphur, aut *sulfur*, quasi *Sal Vrens*. A Sal & Vr, πῦρ. Ovidius ideo dicit, vivacia Sulphura.

Idem:

Quæ de calido sulphure.

Græcis est *Thion*, θεῖον: quia res divina judicaretur. Nam in religione suffiri solitum, ad domos expiandas, potentissima res in natura, inquit Andreas Cæsalpinus.

Summa. Qui *summa summarum* male dictum existimat, is Sus Minervam, hoc est barbarus reprehendit veræ Latinitatis lumina. Estque cum multæ summæ in assem rediguntur. Lucretio est ipsum universum, τὸ σύμπαν, in quo infiniti sunt mundi.

Sicut summarum summa est æterna---

Plautus Truc. a. 1. s. 1; quam penes amantem *summa summarum* redit. Turneb. l. 10. c. 25.

& l. 29. c. 34. Dicitur à *super*, quasi *suprema*: contractè *summa*. Vt ab *extra*, *extrema*, *extima*. Ita à superiori membro, Græcis τὸ κεφάλαιον: immò & Hebræis רֹאשׁ i. e. caput. Glossar. *Ad summam*, πρὸς τὸ πέρας. Aliter visum I. C. Scalig. de plant: *summum* est concisum, quod integrâ voce fuit *supremum*. At *summam* rei cùm dicimus, id aliud est, & à *sumendo* sumtum est. Vt si dixerim cum Plauti parasito: quinquaginta, centum, triginta, sexaginta; miles statim quærit ibi: quanta istæc hominum *summa* est? Propterea quod accipit ea quatuor membra, quæ sic sibi sumenda jubet miles, ut unus fiat numerus, qui eam ob causam dicatur *summa*. Hæc ille. A quo facere videtur, quod *summatim* idem est, quod breviter, & omnibus quasi simul sumtis, ac comprehensis. Et sic erit præcipuum, τὸ κεφάλαιον, ac supremum. Igitur & prius etymon tolerabile, à super, supremum. *Super*, ὑπὲρ ab Heb. עֶבֶר i. e. ultra, citra, super. π Ajin apud Græcos mutatur in spiritum ': apud Latinos in S vel H. Itaque recte scribitur *Heber*, *Hebræus*.

Hebræus. A Rad. עָבַר i. e. transijt, præterijt, trajecit. Ex quo proficiscitur etiam nomen *Hebræi*, ἑβραῖοι, עִבְרִי. Videlicet ab *Heber*, עֵבֶר i. e. peregrinator. Gen. 11. Augustinus l. 16. de Civ. dei. Alij simpliciter ab עֵבֶר i. e. ultrà, faciunt, putantq; à facinore Abrahami, & ipsum, & posteros ita appellatos. Quod scilicet voci divinæ morigeri ex Vr Chaldæorum profectus, inq; terram Canaan iter facturus Euphraten trajecerit. Vnde ab incolis *Iberus*, i. trajector, περάτης vocatus. Quod ut verum sit: illud certè Lutheri videtur altioris auræ in c. 14. Gen. *Heber* (inquit) cùm reliqui omnes relictâ sanâ doctrinâ, & vero DEI cultu converterentur ad diversas sectas in illo monstro divisionis linguarum, verum cultum retinuit, & se opposuit idololatriæ Babyloniorum, vicitq; scandalum illud horrendum, quod Nimrod cum suis excitavit. Atque hanc ob causam meruit, ut tota ejus posteritas, hoc est, Ecclesia ipsa usque ad Christum *Hebræi* appellarentur. Hujus sectator cùm esset Abraham, *Ebræus* dicitur, non tam propter sanguinẽ, quàm propter religionem acceptã. Quod ad etymon attinet, עֵבֶר est adverbium, & significat Trans, ultrà. Nam Ebræa lingua nõ distinguit inter citra & ultra. Hinc עִבְרִי transitor. Hoc nomen *Hebero* fortasse à parente per Spiritum sanctum est inditum, quòd separaturus esset se ab idololatris, nec cum ijs habitaturus. Hæc ille.

Sumo, ab σαμόω, capite resecto. Aut utrumq; ab Heb. זָמַם, quod idem. *Sumtus*, generatim quidquid insumitur, aut aliquò confertur. A sumo placet nonnullis derivare τὸ *Sumen*; fortè ex illo Plauti: quanta sumini absumedo. At hîc joci causâ & festivitatis tantùm illa assumta παρήχησις. Est ab Heb. שֶׁמֶן, pinguis fuit. Tale n. sumen: & iccircò venter suillus ita appellatus, ob eminentiam. Quia sus præ alijs pingue animal & succiplenum. Alij opinantur: *Sumen*, quasi suis abdomen. Alij, à sugo suctum. Alij à Rumen.

Supparum. Festus, *supparus* lineum puellarum vestimentum, quod & subucula appellatur. Ad quod Jos. Scal. rectè (inquit) jam & supparum esse omne lineum velum, etjam verum est. Ita enim & vela in navibus vocabant. Vnde Lucanus, & Seneca dixerunt, *suppara* velorum. A *suppar*, ut sit *par*, sive æquale, quod suprà induatur: teste Varrone l. 4. L. L. Commodiùs ab ὑπὸ, sub, & φᾶρος, i. pallium, velum. Nec obstat quantitas primæ, ut suspicetur aliquis. Corripitur enim etiam: Vt apud Hesiodum, & in compositis: ut in ἐλέφαρος: quod dicitur, quasi τὸ ἑλίττον φᾶρος, tegimentum oculi. φᾶρος ab Heb. פָּרֹכֶת i.e. velum, operculum.

Surculus. J. C. Scal. Ex. 140: Surculum esse stipitis partē, aut rami, & ratio vocis indicat, & declarat usus. Nam vox deminutionem notat, à suro. *Surum*, palum dixere prisci. Vnde & *sura* in homine. Sanctæ linguæ est עִיר i. e. surculus tener, & flexibilis.

Surdus, ab Heb. חֵרֵשׁ, quod idem. Nec mutatiuncula illa sordescat tibi. *Absurdum*, quasi à surdo: hoc est, ineptum, inconveniens: quo modo apud Græcos κωφὸν. Quanquam & *surdum* significet id, quod non auditur, non gustatur, non olfit, non videtur: quod etiam Lexica assignant. Glossæ: *absurdum*, ἀπαθὲς ἀπὸ σώματος.

Sutor, à sutum, suo: ut altor ab altum, alo: pistor à pistum, pinso. Ita *Sutilis* à sutum: ut fictilis à fictum: plexilis à plexum: nexilis à nexum. *Suo* à σύω: quod vivit adhuc in comp. κασύω, κατύω, ἐπικατύω. κατύω, vel κασύω, quasi καταύω, à κατὰ. Ita Cretenses solebant: καββαλεῖν, pro καταβαλεῖν. Vt litera præpositionis migret in vicinam: quod nec alibi insolens. Græc. ῥάπτω, ῥαφὶς ab Hebr. תָּפַר id est, suit.

Syllogismus, συλλογισμὸς, à συλλογίζομαι, λογίζομαι: primum est λέγω. Syllogismus Latine est argumentatio: aut propius, *ratiocinium*. Marc. Capella & Severinus Boëthius vertunt *ratiocinationem*.

Syncope, figura usitata: ut virûm, pro virorum. Rectiùs sentit J. C. Scaliger cap. 85. de caus. Lat. ling. ὁμήρων, nobis non licuit servare, Homerum. Eadem enim fuisset vox cum accusativo: itaque caudam illam addidere, *Homerorum*, sanè insuavem, quam etiam caudata litera explerent, R scilicet. Ac per initia quidem, ut Græci loquebantur, sic Nos locutos puto: ut censeam & Metim, & deûm, & liberûm dixisse, pro Meorum, deorum, liberorum. συγκοπὴ, συγκόπτω, κόπτω ab Heb. קָטַף præcidit. קֵטֶף absciditi, amputavit. Item קָצַב, cecidit ligna, resecuit.

Syngrapha, συγγραφὴ. Dicitur ita, quia ex utriusq; contrahentis, sive rei consensu facta est. Fortassè etiam uterq; nomen suum subscribebat, atque etiam suo annulo obsignabat. *Graphicus*, γραφικὸς i. e. ad unguem factus, venustus, scitoque ingenio, & quasi pictoris manu expolitus. Nam & γράφειν pingere

est, γραφὶς, stilus, penicillus. Ovidius *graphium* vocat, quo in pugillaribus scribitur. *Graphis*, autore Budæo, est lineamentorum ductus, & umbratilis pictura futuri operis. Veriùs tamen *graphium* & *graphidem* idem valere putetur. Apud Plautum *graphicus* nugator, Bacch. *Graphicus* for, *graphicè* exornari, Trin. *Graphicus* mortalis, Pseud. *Graphicè* facetus, Pers. Hinc explicatur illud etiam Stich. a. 2. s. 1. Ex pictura assistit. J. C. Scal. l. 3 poët. c. 33. verbo γραφικῶς designavit Plautus, quod hominem *ad unguem factum* Horatius. *Grammatica*, γραμματικὴ, ἀπὸ τοῦ γράμματος. *Chirographon*, est manuscriptum. *Programma*, πρόγραμμα. πρὸ γράφω i. e. ante scribo. Hoc enim πρό. Inde programma etiam publicè propositum. *Typographia* vulgo est officina, seu locus, in quo libri imprimuntur. Debebant *Typographeon*: sicut ζωγραφεῖον, est officina pictoris. *Typographia* verò notat actionem: sicut νεκρογραφία legum scriptionem. A γράφω faciunt quidam Lat. *Scribo*. Vtrumq; ab Hebræo כָּתַב id est, manu comprehendit.

Scriptum, γραπτὸν. Vt *nubo nuptum*. B in P. ſicut γράφω γραπτόν: φ in π. Nonnullis placet *Scribtum*: ut thematis litera maneat.

Syrupus, συρὸς ὀπὸς i.e. ſuccus, quo Syri, populus delicatiſsimus, impensè delectabantur. Nunc generalis vox.

T

Tabes J. C. Scalig. τηκτικὸς, liquefaciens. Vnde Latina vox *Tabes*, τήκω, τάκω εἰδος. *Liquefacit* autem: quia partium ingreditur ſoliditatem & ſolvit, ut ignis metalla, & lapides fuſiles. Etiam claſsicis autoribus *Tabes* eſt τῆξις: *Tabeſcere* τήκεσθαι aut liquefieri. Ovid:

Tinctaq; mortiferâ tabe ſagitta madet.

Lucret:

Tabifici radij ſolis

id eſt, qui liquefaciunt nives. *Nix tabida* i. e. quæ liqueſcit, apud Livium. Sicut *tabes nimborum*, iterum in Lucretio. Id eſt, qui arbuſta liquefaciunt & ſolvunt, ut putrida fiant & inutilia. Nimia enim humiditas noxia. Cato: *ſal tabeſcit*. Ipſe Cicero: dureſcit humor; & idem viciſsim mollitur. Tepefactus, & *tabeſcit calore* i.e. liquatur, & ſic attenuatus evaneſcit in aërem. *Tabeſco* igitur eſt propriè liquefio: *Tabes* eſt τῆξις. *Tabum*, ſanies aut ſanguis putridus. Et *fluere* dicuntur *membra tabo*, apud Poëtam. Hebræ. aſſonat דְּאֲבָה i.e. tabes. A Rad. דָּאַב id eſt, cõtabuit, perijt phthiſi, elanguit. Et τήκω, τάκω ſit à חָתַךְ i.e. liquefecit, aut נָתַךְ, quod idem.

Tabula J. C. Scal. c. 31. L. L. fuit deminutivum nominis, quod nunc non extat: à quo *taberina*, ut ſuterina, tonſterina: Sed in his E abijt. In *taberina* ſublata eſt I. Omninò autem à tabula, etiam *tabulerna*, ſicut naſiterna. Eſt autem *Taba* & *tabula*, παρὰ τὸ πάζω: quoniam tabulata in ædibus & ulmis planitiem extendebant. Aut ulteriùs *Taba*, à תָּא i.e. conclave, quod è tabulis, tabulatũ. Τάζω à שָׁטַח, extendit, dilatavit.

A tabella fit *tabellarius*, quod Adjectivum. Lex tabellaria, quâ populus jubebatur tabellà ſuffragium ferre. Cicero: Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quiſque ſentiret, tabella vitioſum occultaret ſuffragium. *Tabellarius* etiam, qui portabat tabellas, h. e. epiſtolas. Pro eo rectiùs hodie nobis eſt ἐπιστολεύς, χαρτοφόρος, curſor. Olim autem priùs, quàm charta & membrana fuit inventa, tabulis vel acernis, vel faginis, vel abie ignis, vel buxeis, vel citrinis, vel etiam eburneis, vel id genus alijs, inſcribebant ſenſa animi ſui, & aliò mittebant. Hinc tabulæ, tabellæ pro epiſtolis: apud Romanos. Cujus generis ſunt & codicilli, codex, liber; quibus nos hodieque utimur, ex antiquitate illâ: quamvis materia nobis melior ſuppeditet, non autem vox. Plautus morem iſtum poſuit in Pſeudolo: Per ceram & lignum, literasque interpretes. Lignum cui literæ inſcriptæ erãt, ſcilicet polito aut dolato. Etiam Homerus: γράψας ἐν πίνακι πτύκτῳ, ſcripſit in tabulâ plicatâ. Cæterùm

à taberna eſt *contubernium*, *contubernalis*. Feſto, *attubernalis*, i. e. habitator continuæ tabernæ. In primævo idiomate invenitur טַבָּל, id eſt, tabellas ſcripſit, in tabulis notavit.

Teda, malè ſine diphthongo ſcribitur: quia δαΐπης, ιδος, ἡ: per inverſionem, i. e. fax magna & ardens: ut & δαΐς & δὰς, à δαίω, i. e. flagro, uro, ardeo.

Talaſſus. J. C. Scal. lib. 1. poët. c. 50: Latini Talaſſum ſive Talaſsionem, quare vocent in ambiguo eſt. Illud conſtat in raptu Sabinarum nomen inventum. Herſiliam formâ præſtantiſsimam cùm Romulo regi ferret unus è paſtoribus, ne ab obvijs interciperetur, interpellantibus reſpondiſſe dicitur, eam ſeſe ferre *Talaſsioni*. Alij militem ſic vocatum, qui primus rapere inceperit. Et c. 101: hiſtoria eſt à Plutarcho ſcripta. Ambigit tamen indéne, an à lanificio ducta ſit eavox: τὰς παλάσσας enim etiam παλάστας vocatos ait, in quibus lana contineretur. Hæc ille. Nos poſthabitis reliquorum

opinionibus, aliud scrutabimur étymon:

Quâ res, quâ ratio suadet - - - Igitur *Thalassus* aut *Thalassio*, vel *Thalassio* est præses nuptiarum, omnium approbatione. Servire *Thalassio* est Venerem sectari: sive, operam dare liberis. Venus è mari orta fingitur à poëtis. Causam Physici solertissimè exponunt. Nam & humiditas opidò promovet generationem atque incrementum: & salsedo stimulat Venerem; ut diximus. Quæ ergò causa, cur non à θάλασσα formetur? θαλάσσιος est marinus, aut pontigena: ita enim Venus describitur. Nec pauci, quamvis ignari originis, Thalassius scribunt: H inserto: sanè rectiùs, cumque duplici S.

Talentum, τάλαντον: περὶ τὸ τλῆναι τὸ βάρος.

Talpa, Græcis est σπάλαξ ἢ ἀσπάλαξ, à σπᾶν. Fodit enim & eruit terram. Ita etiâ Hebr. חֲפַרְפֶּרֶת à חָפַר fodit. Latini nomen ex eo fecerunt, quod ἄνω κάτω θρύλλασι: Cæcutire talpam. Τυφλὸς τυφλὴ & τυφλά. Dein κατ' ἀπάλαξιν, τυλφὴ, τυλφα: ut τίγανον τάγηνον: ὀαρὰ δὲ ὀρτή: κάρη κράτος. Quan-

quam illa τυφλότης non accipienda ex indole vulgi, ὡς τέρψις: sed κατὰ σύγκλεισιν. Neque enim omninò cæca est talpa; sed videt, licet non eo more aut modo, quo cætera. Ejus insunt oculis tunicæ omnes, præter unam: etiam humores, qui sufficiant. Aristoteles inter alia: Ἀφαιρεθέντος δέρματος ὅλου παχέος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὴν χώραν τὴν ἔξωθεν τοῦ ὀμμάτων, ἔσωθεν εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοὶ διεφθαρμένοι, πάντα ἔχοντες ταὐτὰ τὰ μέρη τοῖς ἀληθινοῖς. Plinius: Talpis visus non est. Oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat membranam. Quomodo visus non est? ὀφθαλμοὺς μὲν γὰρ ἐν τῷ φανερῷ σῶμα ἔχει. Limitemus enim. Quippe ubi oculus, ibi visus. Aut is temerè factus. Virgilius:

Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.

Non dicit cæcos, sed oculis captos: bellissimè ut solet. Pomp. Sab. capti i.e. privati oculis: sed falsò. Quis enim privavit? Antè ergo viderũt. Rectè Servius: oculis capti; hoc est oculis debiles. Rectè inquam. Nam cætera, quæ addit, priorem istam ἐξήγησιν jugulant. Vt igitur captus pedi-

pedibus, non est ἄπους, sed cujus pedes detinentur, ne ambulent: Ita captus oculis, non est cœcus, sed cujus oculi laborant, aut teguntur. Tales oculi talpæ, id est, tecti membranâ aut cuticulâ: ut quantum opus sit per illos videat. Quid autem? lucẽ fortè objectã: quam non appetit; sed potiùs aversatur, tanquam inutilem atque noxiam, ob levitatem. Præclarè Scalig. Exerc. 144. Talpæ oculi datæ sunt, non ad appetendum, quæ videat, sed ad fugiendum, quod illi visui, atq; ejus vitæ noceat: ut occurrentem fortè lucem sibi pernicioſam cum patrijs, nativis, salutaribus latebris commutet illicò.

Tango, θιγγάνω, θίγω, ejusdem significatus: antiquè *Tago*. Ab Hebr. נָגַע, id est, tetigit. *Tagax* pro fure, Lucilio. Plautus Pers. act. 2. sc. 3. *Tax tax* tergo meo erit: factum græca imitatione λὰξ καὶ πὺξ: & respondet quoque sono, qui è vapulante resultat. *Contegium* à tactu. Passim est morbus, qui contactu inficit. Lucretius:

Quæ contage suâ palloribus omnia pingunt.

At θιγκτόν. *Contingo*, item *contiguum*, quòd se mutuò tãgit. Item *Tignum* ad ædificia adhiberi solitum, ut inde contiguitas oriatur. Nì malis *tignum* à *tego* facere. *Pertica* q. pertiga J.C. Sc. in Th. de pl: Græci non habent vocem, quâ nostram exprimãt *perticam*, virgam longiorem. *Latam* Vascones vocant, in dimetiendis agris adhiberi solitam, à *perstringendo*. Rusticum instrumentum ad fructus decutiendos. *Integer* etiam, *integrare*, *attegrare*, *attigere*, non aliunde manant. Jos. Scalig. meminit in Festum: *atteger* est κεθιγώς, qui tactus & deminutus est. *Attigere* enim veteres, pro attingere: ut contrà *integer*, ὠθιγής, ἄθικτος. Itaque *integer* est non tactus, non imminutus: sed totus quasi, & incolumis. Agell. lib. 2. cap. 6. *taxo* pressius crebriusque est, quàm tango: ut sit frequentativum. Significat quoque æstimo, precium constituo. *Taxatio* est æstimatio. Scilicet à frequenti illo tactu, aut tractatu, qui, ubi quid æstimandum & ponderandum, requiritur.

Tantalus, à τάλας, quasi παντάλας, aut παλάντης. Fabula etiam pueris nota. Horatius:

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina--

τάλας ab Hebr. תָּלַל exhaustus est: תַּל exhaustus, miser, ærumnosus.

Tartarus, τάρταρος. Ipsa vox asperè & horrendùm sonat. Ἀπὸ τὸ τεταράχθαι ὑπὸ τὸν ἀέρα, vel quoniam opacis suis tenebris ταράσσει καὶ ταράττειν ποιεῖ, i. e. exterret, atque stuporem incutit. *Tartarino*, cùm dixit Ennius, horrendo & terribili Verrius vult accipi, à Tartaro; Festus.

Tapes, τάπης, quasi πάτης, à πατῶ: dictantibus ita Græcis. Malim ab usu: scilicet ab Hebr. עָטַף, i. e. amictus vel opertus est. Apud Plautum, consuta tapetia: item *belluata*, ab imaginibus belluarum, quæ erant intextæ, ζωοϊωϊά.

Tata, quid sit cum aliis expromit Jos. Scal. lib. 1. in Ausonium: Ego puto verum esse,

Abare, & esse ὑπαγορευτικόν; quo frater, aut soror, fratrem, aut sororem compellat. Suidas: ἀπφὰ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ ὑπαγόρευμα. Ἀπφὰ igitur fratris appellatio, ut τέτα, minoris ad majorem. Sic Latinè *Aba*, quo frater fratrem: *mamma*, quo junior anum appellat: *Tata* quo junior senem.

Martialis:

Mammas atq; tatas habet Afra:
sed ipsa Tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

Tata planè Græcum, τέτα. Τέτα γέρον, Homerus. Et in inscriptione veteri:

M. ELpidius Pamphilus.
Platoni: Tatæ suo
Bene merenti fecit.

Hæc ille. Ex Syriaco aut Hebræo illa omnia, *Tata*, τέτα, *Atta*, *aba*, ἀπφά: suntq; verba, quibus blandimur, more puerorum lallare incipientium: quibus amica & fere naturalia sunt ista: *atta*, *esse*, τέτα, *teta*, *tata*,. Usus postea discrevit.

Taurus, ταῦρος. J. C. Scaliger Exerc. 206. sect. 3. an *thur* à tauro sit vox corrupta, nescio. Id non me latet:

Taurus

Taurus vocem Syram esse, atq; unà cum alijs à Cadmo importatam, quà utuntur quoq; Arabes, *Taur*. Et c. 38. LL. à Syris hodie & à Mauris, qui inde advecti sunt, *Taur* bovem dici scimus. Origo scilicet Hebræa שׁוֹר, i. e. taurus, bos. Chaldæis תּוֹר. A Rad. שׁוּר, i. e. inspexit, rectâ intuitus est. A quo & Græcum ὁράω. Festus: *Tauras* vaccas steriles appellabāt, ait Verrius, quæ non magis pariant, quàm Tauri. Sed vero similius sit ex Græco dictas, quia Græci vaccas ταύρας appellant. *Centaurus*, à κεντεῖν ταύρους: ob immanitatem. Virg:

--ille furentes
Centauros leto domuit--

Ovid:

Nam tibi sævorum sævissime centaurorum.

Statius:

Centauros habet arte truces.

Tela, τῆλε: quia longiùs extenditur. Inde *subtile*. J. C. Scalig. Exerc. 1. à filis tenuioribus originem traxisse videtur, quæ in telâ bene textâ oculorum aciem pænè fallunt. Vnde significationis proportio ad alia quoq; sumta fuit. Item *telum*, à τῆλε, τηλοῦ. Idem Scal. Exerc. 325. s. 12. τῆλε significat procul, longè: quæ autē procul sunt, tela requirunt. Et est *Telum*, apud JCtos etiam, omne quod manu cujusque projicitur. Quomodo & βέλος Græcorum à βάλλειν. Admonent nos epigrammata in Xenophonte urbis faustissimæ scripta: καὶ τὸ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Joseph. Scalig. ut Cicero dixit parsimoniam non mediocre *telum* esse ad virtutem: sic hîc omnia adjumenta vocat tela, elegantissimè sanè. Quòd ad Græcos: imitationem dictum: ἡ φενδόνη ἐ φαῦλον ὅπλον ὡς τὸ ἀκοντίον. Ita loquitur Dion. Halicarnassæus, ita & Plautus Epid. A *telum* est *protelum*, id est, incitamentum, vel potiùs impulsio. In Plinio, *protela* boum, sunt tractus boum. Lucret:

Et quasi protelo stimulatur--

Protelare est longè propellere. Hebr. טִיל, i. e. protelavit, ejecit eminus. *Mustela*, à mus, μῦς & τῆλε. Est enim mus longior.

Telones, τελώνης, publicicanus, h. e. publici, aut vectigalis emtor, ab ὠνέομαι & τέλος. *Telonium*, τελώνιον, lo-

cus illius. Significat πλοῦτον pecuniam, impensas, vectigal: quia τὸ εἶναι illorum nō aliud, quàm ὡδὸς τὸ πλοῦτον, ἢ χρῆσιν: quâ causâ etiam τὸ χρῆμα appellatum. Et quid aurum? terra splendens ac scitè mixta: usu valet, ex se nihil, aut parùm. Propriè autem τὸ πλοῦτος est finis, terminus. Cicero passim vertit, *ultimum, extremum, summum.* Apud Philosophos effectionem perfectionemque rei significat: quia hæc τὸ πέρας καὶ ἀκρότατον. Vox fit ab Hebr. חָדַל, finijt, cessavit.

Temetum: inde *abstemius*, id est, à temeto, ἄοινος. Item ex eodem est *temulentus*, ait Plin. lib. 14. cap. 13. *Temetum* medium cum initio producit. Horat. 2. ep. pullos, ova, cadum temeti: nempe modo isto, &c. Ita Josephus Scaliger. Ita Paulus Melissus: ita meliores poëtæ cæteri. Contrà Muretus in Galliambo lapsus est: ignosce lapsui & cave. Neque tamen ex eo quidquam decedit politiss imo & oratori & poëtæ. Sed *temetum* unde? An quasi *tenens mentem*? an à μέθυ, ἢ μέθη, per transpositionem? an melius detur etymon? N. L.

Tempe, πέμπελα, πέμπη. Loca amœna, ab alijs peculiariter separata, sive montibus, sive parietibus, sive sepibus: ut hodie horti, vineæ. A πέμπω. Vnde etiam πέμβος: à quo, probante Josepho Scaligero, *templum*. A *templum*, Adverb. *Extemplo, contemplari*, & cætera. Τέμβος enim inter alia est delubrum: quia remotum ab alijs, aut distinctum. Sed & *Tempus*, ab eadem divisione. Est quippe quantitas discreta: ἀριθμὸς τῆς κινήσεως. *Tempero* & rem suo tempore facio, id est, certo ordine ac modo, prudenter, nec nimis cito, nec nimis serò. A tempus ducunt etiam *Tempora*: quia ex illâ capitis parte anni, aut ætas cognoscitur. Quidam scribunt *Timpora*: discriminis ergo. Et antiquitus I & E admodum promiscuè utebantur. Vt igne, igni: amnes amnis: genetrix genitrix: testibus MSS. Vbi utrum melius sit, analogia & Etymon docet.

Tendo & *teneo* habent idem principium: τείνω, à τάω: unde & ταινύω, & πτείνω. Τάω à נָטָה, id est, tetendit. Vt τηρέω à נָטַר, i. e. servavit. *Pertendere* est τὸ ὑπερμαλεύεσθαι ad verbum. Prop. *pertendens* animo. A *tentum* est *tentorium, tentipellium, tentigo*: sicut prurigo. Ex usu populari est in obscœnis: non ex proprio significatu. *Pedetentim* ita, ut *pedes tenduntur*. A τείνω fit quoq; ταινία, *tænia*, Heb אַטְוָן, tænia: unde & ἀβρόνη. Item τόνος, *Tonus*: τανύω, τανῶ, id est, intendo, *tono*. Et κατ' ἀντίφρασιν, *sono*, sonui: sicut tono, tonui. *Tonitrus* inde. Nonnemini quasi *tonus terrens*: sed *Trus* potiùs est λῆξις. *Attonitus*, i. e. tonitru perculsus, ἐμβρόντητος. A τόνος est *Tenor*. J. Lipsius c. 18. de pron: *Tonores* olim, pòst *Tenores*. Audiatur etiam J.C. Scalig. c. 53. L. L. Hos omnes Græci τόνους vocavere, translatâ ratione à fidibus, quarum intentione, aut remissione acutior gravioréque redderetur vox. Inde nos *Tenores*: propterea quod nostrũ *Tenere* inde duxissemus: scilicet παρὰ τὸ τείνειν. Nam quod nisu quodam arceremus, id beneficio τῶν τενόντων fieret: & translata fuit significatio ab helciarijs & aurigis currus inhibentibus: item militibus prædam dividentibus. Hoc potes etiam percipere ex maximi poëtæ Oppiani piscatione quadam, atque ante eum ex Theocrito: quorum versibus trahentium tenentiumq; nixu primarij nervi τένοντες extantes declarantur. A τένων, sive tendere, *tentum*, est *Tendo, tendinis*: ut gravedo, gravedinis. Quidam malunt *tendônis*: ut bibonis, comedonis, ganeonis. Sed ratio impar. Hæc significant personam: illud rem. Ab eodem τείνειν est & *tenuis*, τανὸς Græcè, extentus. *Attenuo* est tenue facio. A *teneo, tenebræ*: ut à lateo latebræ: à verto vertebræ: à salio salebræ: à scateo scatebræ. *Tenax*: sicut *pertinax* à pertinendo. Plautus alludit Cap. a. 2. s. 2. Tenáxne est: immò pertenax. A supino *tentum* est *tentare*, i. diu multumq; tendere, & tenere, πειράζειν.

Lucretius:

- - quem neq; morbus
Nec mors, nec luctus tentaret. - -

Sustento est crebrò aut valdè sustineo.

Tener, παρὰ τὸ τείνειν, quod extendi possit. Aut rectà à τείνω: παρὰ τὸ τείρειν, quod à טָרַח, quod planè idem. *Tenereſco* apud Plinium. *Teneraſco*, apud Lucretium. In quo etiam *aura*, item *aër* dicitur *tener*, i. e. liquidus, ſubtilis, qui facilè cedit, facilè penitrat, facilè etiam teritur & mutatur.

Tepeo, *tepor*, ab Heb. דֶּבָא tepor, ætas tepida. Tepor eſt, ubi & caloris & frigoris aliquid æquè concurrit; ut nec calidum ſit, nec frigidum corpus, in quo hæret. Ovidius vocat ideo teporem *lenem*: & Mantuanus, *placidum*.

Tergo, τέρσω. Repræſentat originem *Terſi*, *terſum*, & quãdoque *Tertum*. *Terſa* enim omnia ſicca: & tergere ſiccare eſt. Plautus annuit: Ornantur, lavantur, tergentur, poliuntur. Aut per μετάθεσιν, à גָּרַר, quod idem. Græcis ψάω eſt tergo, à בָּזַז. At ψαίρω, ψαερὸς à עָפַר acceleravit, ocius movit. A τέρσω volunt aliqui fieri *Torreo*, *toſtum*. Sed falluntur. Potiùs eſt à θέρω, θερέω, θέρ, θέρμη, *therma*.

Neceſſariò autem *Torreo* finxere: propter verba illa *Tero*, & *Terreo*, quæ jam inventa aliud exprimebant. *Torrens* eſt, ubi æſtuat unda & rapido fertur impetu. *Torris* ſtipes ambuſtus: aut κατὰ ξηρὸν ἢ ἐνικὰς propter ſiccitatem. A *Torreo* fit etiam *Teſta*, quaſi *toſta*: ſcilicet à ſole, aut igne. *Teſtudo*, cujus domuncula *teſta* eſt. *Vdo*, eſt καπάλαξις: ut in magnitudo, lenitudo, pulchritudo. θέρω (ut & unà Latin. torreo) ab Hebræo דִּיר i. e. torruit, torrefecit.

Terminus, τερμὶς vel τέρμα, i. e. meta. *Terminalia* à Termino, in cujus tutela erant agri. *Amtermini*, qui circa terminos P. Rom. vicinia manent. Dicti ſunt etiam *Amtermines*, quia *termen* quoque nominabant: Græcis ἀμφιτέρμους. A τερμὶς deſcendit quoq; *Termes*, *termitis*. Quanquam ſi dicendum, quod res eſt: termes non eſt propriè ramus ex arbore decerptus cum fructu; aut ramus olivæ, ut Porphyrio & Horatius poſuit: ſed ramus palmæ. A תָּמַר. id eſt, palma. Quomodo videmus Agellium uſurpaſſe.

Tero

Tero. Veteres flexiones præteritorum aliter interdum formabant. Vt Plautus in Mil. *transmitteras*: niſi ſit ἀντιτείχον: ut *pulſo*, *pulto*. *Atterui*, pro *attrivi*, Propertius & Tacitus. *Premi*, pro *preſſi* Cato c. 66. *Conſiſti*, pro *conſtiti*, Ennius & alij. Sed ad originem. *Tero*, terere: τείρω, τερέω, τερῶ. A *tritum*, *tritura* i. Georg.

Veniet tritura calore.

Ergo *trituro*, verbum τρύφτον, meritò producetur. *Septemtrio*, à *ſeptem trionibus* i. e. ſtellis. Neq; ſe ſeptemtriones quoquam in cœlo commovent, Plautus. Dicitur etiam plauſtrum, ἅμαξα: Agell. l. 2. c. 21. *Triones*, quaſi *Terriones*. Ita enim vocabantur priſcè Boves. Ab officio terendi. Alijs q. *ſtriones*, à *ſtria*, quam proſcindendo ſulcos faciunt. *Turunda*, quaſi *terenda*: ſubaudiatur offa. Ita *merenda*, *præbenda*, & alia ſine ſubſtantivo. Feſtus: *Teres* in longitudinem rotundum. Fit terendo tale. At *tero* item eſt *triticum*, κατ' ἐξοχήν. A τερέω fluit *terebrum*, τέρετρον, *terebra*, *terebrare*. *Teredo*, τερηδὼν. *Torno*, τορνῶ, & abſciſſo T, *orno*, *ornatus*. *Toreuma*, τόρευμα, *Tornus*, τόρνος. *Torus*, *toroſus*,

à τερὸς i. e. penitrans, validus. J. C. Scal. c. 101: L. L. par inſcitia, cùm *detero* verbum ex ſe giguere ajunt *Deterior*: quippe *deterior* paſsivam habet rationem ſignificandi, ut quod ſit plus *detritum*, *deterius* ſit: & vox vetuſta fuit, *Deter*. Inde quoq; *detrimentum*: à *detritu*. *Tormentum*, quaſi *trimentum* in Plaut. Bacch. a. 4. ſ. 9. *Deteriæ* porcæ i. e. macilentæ, apud Feſtum. *Torus* etiam ex eodem fonte, pro ſpondâ aut lecto. Τόρος, quia artificialiter elaboretur, & tornetur. Quãquam Joſ. Scaligero in con: aliter videatur: *Torus* eſt (inquit) quivis funis ex loris *retortus*: unde nomen habet. Quod autem toris lecti tenderentur, ab eo *Toros* vocarunt. Id confirmat Hebræorum etymon ſimile. Nam & ipſis מִטָּה i. e. lectus, derivatur à Rad. נָטָה i. e. extendit, tetendit. A tero eſt *terra*. J. C. Scal. c. 78. L. L. *Terra*, nomen proprium eſt in ſingulari unius elementi. Cùm autem in plurali ponitur, eſt idem nomen literis, & materia, ſed non ſubſtantia. Aelius ſcribit, à *terendo*: quòd teratur pedibus. Itaque *Tera* in augurum libris & quibusdã archi-

archivis. Respondet Græcorum ἔρα. Marcianus: *Heram* veteres *Terram* dixerunt. Ab Heb. אֶרֶץ unde & nostrum Erd. *Minera* ex isto scaturit: מִן i. e. à, ab, e & אֶרֶץ: sonat, quasi de, aut è terra. Sed & *tellus* inde fit. Nec absurdè fiat ab Heb. תֵּבֵל. Vt *tellus* primariò sit orbis, aut οἰκουμένη: ubi homines habitant. Quomodo Hebræi etiam discernunt. Vt Psalm. 24. הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ תֵּבֵל. *Meditullium*. quasi *meditellium* i. e. medium terræ, seu media terra. ut mediterreus. Nam ut *Tullium*, pro appendice finali minùs habeam, facit & quantitas & quod par exemplum non inveniatur. *Territorium* i. e. certum terræ spatium, aut regionis: vel, ut Pomponius explicat, agrorum universitas intra fines cujuscunque civitatis. A *Terra* est *ater*: judicio J. C. Scal. Ex. 325. s. 17. restat omnium validissimus color, quem nigrum dicebamus. Is in suo summo fastigio *Ater* vocatur, à Romanis, quem à præstanti glebâ ita nominarunt. *Ater*, quasi *à terra*. Quid si

etiamnunc magis arguemur? Chaldæam esse vocem, ut plerasque alias. Fumum enim apud eos significat. Immò à טָרַר id est, ater fuit, atratus, obscurus fuit. Abjectâ literâ ק initiali. Ab *atrum*, *atratum*, *atramentum* i. e. μελάνιον. *Atrox* ab *ater*: feroces enim fuscescunt irâ, idem Scaliger. Festo sic placet: *atroces* appellantur ex Græco: quia illi atrocia appellant, quæ cruda sunt. Et Jos. Scalig. sanè ἀτρὼξ est purum putum Græcum: ἀτρὼξ ἀτρῶγος, quod nondum maturum esui. *Atrocem* verò pro crudo veteres usurpasse, testis Nævius, qui dixit: simul extà porricerent *atrocia* ministratores.

Terror Cic. 1. Tus: est metus concutiens. Ex quo fit, ut pudorem rubor: sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Julius Cæsar Scalig. Exer. 312: *Terror* est affectus activus: verbum enim ipsum transmittit in alium actionem. Græca origo, τέρας. *Terrent* enim monstra. Ni quis ducat terreo, & παρὰ σάω, à דָּהַר i. e. terruit cum fragore. Ita θάμβος est à דָּהַם i. e. attonitus est cum timore, perculsus est. A terreo provenit etiam *torvus*, quasi *tervus*. Inde *protervus*. Torvum videre, Homero est, ὑπόδρα δλέπειν.

Tesqua: priùs *Tesca*, δάσεια, ut censet Jos. Scaliger. Scilicet ab umbrâ, quæ Græcis σκιὰ δάσιος, quasi δασύσιος.

Testamentum à testando. Qui *MENTVM* adjiciunt, discernere nolunt ultimas terminationes, à significativis partibus: ut detrimentum, calceamentum. Veluti annotat Agell. lib. 6. c. 12. & Lau. Valla lib. 6. cap. 37. *Contestari* est, cùm uterque reus dicit: Testes estote. Jos. Scalig. in Phall. magnis testibus ista res agetur; notat: *Testis* ὁ μάρτυς, ex antiquâ linguâ græcâ, θέσας: & μάρτυρες θεῦ. τὰς διδύμας verò (quos eleganter pares vocat Plinius) ita nominarunt, quòd & ipsi μάρτυρες τῆς ἀρρενότητος. Iccircò ambiguè lusit Plautus in amph. a. 2. s. 2. Nam, ut mos erat veterum, verbum formavit ex re, quam non intelligebat: ex teste *testiculari*. Vt Aristophanes, ἠσυφορεσιαζούσης: χθὲς ἔφαγεν κάρδαμα. νῦν: τί καρδαμίζεις. Hæc ille. Cæterum & *testis* & θέσας primordia ducit ab Heb. עֵד: si retrò legas: more Latino.

Thalamus, ὁ θάλαμος: non est vaporarium, aut conclave generaliter: sed primario usu, & primo suo significatu est cubiculum nuptiale, παρὰ τὸ θάλλειν & ἅμα i. e. simul genialem vitam agere, ac virescere. A θάλλω est & *Talea*, πάλεα aut θαλία i. e. surculus virens, θαλὲς.

Theatrum, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι. Cassiodorus: cùm agri cultores, feriatis diebus sacra diversis numinibus per lucos vicosque celebrarent, Athenienses primùm agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt, θέατρον Græco nomi-

FDoKUmeHT | Wolfius

nomine, *visorium* appellantes, quòd eminus turba conveniens, & astans sine aliquo impedimento spectaret. Marcilius censet *spectaculum* dici à Plauto in Cur. A *specere*, quod vetus verbum est. In compositis nunc frequens, & in suis deductis: ut *specula*, *specular*, *inspicio*. Vox sanè ipsa militaris. Cùm positis insidijs, aut è specubus contemplarentur agrestes olim Latini prælia inituri: aut suprà *specus* ipsas edito saxo stantes observarent, quid rerum agerent hostes. Vel à σκοπεῖν. *Specus* autem Græcum est σπέος: interposito C. Inde & *spelunca*, *spelæum*, σπήλαιον. *Despicio* propriè est deorsum specio. Plautus Mil. per impluvium huc despexi proximum.

Et Virgil. 1. Aen.

- - Aut captas jam desplectare videntur.

A *specio* frequent. fit *specto*. *Expecto* quoq; ab isto. Dum opperimur aliquem, crebriùs exerimur; hoc innuit *EXO*; & spectamus venturum. A spectatum *spectaculum*, ut à ligatum ligaculum, à piatum piaculum. Id est, quidquid spectatur. Plautus Poen, obtulisti tam lepidum spectaculum. Sic etiam à spectum, *spectrum*, ut à clausum claustrum, à rasum rastrum: à scalptum, scalptrum. Id est, quod specitur, aut videtur. *Species*, pro re visâ: Sicut *facies*, pro re factâ. Ipsa igitur imago rei, quæ in speciendi instrumentum reciperetur, *species* dicta. *Speculum*, in quo ea, quæ videntur, non sunt; sed eorum species. A Catullo dictum est *imaginosum*, à rerum imitatione, quas objectas repræsentaret. *Conspicillum* apud Plautum, per quod conspicitur. *Conspicilium* vulgò: rectius tamen *conspicillum*. ita enim vult analogia: ut *baculus bacillus*, *scamnum scabellum*: ita *speculum specillum*, & postmodò *conspicillum*. *Circumspectus* est, non qui circumspicit, sed, ut Homerus dicebat, qui circumstantium ora, atq; oculos in se convertit: id quod cùm fiat ob ejus præstantiam, actum admirantium transtulere ad significandum causam, propter quam admirarentur. Julius Cæsar Scal. c. 86. 150. de c. L.L. *Auspicium*, quasi *avis spicium*: à more veteri sumtum, quo omnia gesta auspicatò, & præsertim in bellis. *Auspex*, οἰωνοσκόπος *auspicor*: à spectandis avibus. Hodie, nisi me ratio fugit, nimis crebrò, aut etiam aliquando improbulè utimur; *auspex*, *auspicium*, *augurium*, & si quæ hujus generis. Vt, *oratio inauguralis*, *auspicium novi anni*, *auspicato venit*, *auspice DEO*; & similia. Sitne DEVS auspex, qui auspicia detestatur & prohibet? Scio, quid contrà argutentur: Auspicem hîc esse autorem vel adjutorem: auspicium esse initium, autoritatem, ductum: atq; ita de cæteris. Sed ad eundem lapidem impingunt. Nam & ista pariter ab Ethnicis. Auspex, ubi jam observârat aves, dux & autor erat, ut inciperent, aut agerent, quod expediret. Ex eo auspicium erat initium: auspicatum idem erat, quod felix, quia ab avibus, deorum nuncijs, probaretur. At ô miseras hominum mentes, ô pectora cæca Gentium! *Suspicio* tertiam à fine producit. Idq; tam autoritate, quàm ratione. Plaut. amph. a. 1. s. 2.

Et ne in suspicione ponatur stupri.

Et clandestina ut celetur suspicio.

Idem asin. a. 4. s. 1. Suspiciones omnes ab se segreget.

Exempla etiam habet in Ausonio, in Martiali: quorum hic lib. 11. ita:

Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ.

Idem vult Frid. Taubmanus poëta cultissimus. Et magnus ille Scaliger l. 7. poët. c. 2. s. p: satis (inquit) liquet, duas in unam vocales coaluisse. Namque ab eo, quod esset *suspicitum*, *suspicitio* fuit. Itaq; ubi erit brevis, tùm intelligetur syncope: ubi longa, synæresis. Hæc ille. Vt igitur à *suspicitum* fit *suspectum*: ita à *suspicitio*, *suspectio*, postea *suspicio*, quod proprietatem integri retinet, i. e. quantitatem.

Thebæ, Eustathio teste Iliad. 2. διὰ τὸ ἡσθῆναι τὴν βοῦν: quòd bos, Cadmi dux, eò usq; cucurrerit: quam cum ille immolasset, civitatem vocavit Thebas. Alij è lingua Phœnicum faciunt, inde interpretantes arcam, aut navem formâ arcæ. Alij à Syris: quibus βοῦς bos est, ut ita cum priori consentiat, ex Eustathio. Eadem urbs dicta est διόσπολις & βοιωτία, ex Diodoro. Ab alijs *Heliopolis*, *Pelusium*, & *Stives*, ex Stukio. Hieronymus scribit

ad Galatas, vocatam suo tempore *Thebestim*.

Thensa. Muretus nimis generatim opinatur, quasi Tensam, à tendo. Propriùs noster Julius Cæsar Scaliger l. 1. poët. c. 32: Fuit thensa, inquit Servius, currus, quo deorum simulacra portabantur, διὰ τὸ θεῖν. Ad eundem usum thensarum meminit & Cicero.

Therapia Julius Cæsar Scaliger in Th. de pl. distinguuntur inter se θεραπεία & ἰατρεία. Illa cultus tantum est, secundum Theophrastum, id est, opera, quâ obsecundamus naturæ plantarum: hæc, cum aliquid facimus, quo avertantur noxia, aut vitia tollantur. Et tamen θεραπεία tam est σωφυλακτικὴ, quàm ἀφαιρετικὴ. Quin accuratiores ita existimant: vocem Syram esse, primâ syllabâ θ adjectitiâ. ῥαφ namque Syris est medicina. Hoc ut placet: ita placet etiam τὸ θ neutiquam otiosum esse: sed in eo mysterio divinitatem quandam ineſſe, i. e. fit θεοραπεία. Ut idem fit, quod est in divino nomine Raphael, Hebræi ita: רְפוּאֵל

id est, medicina, remedium. רָפָא sanavit, medicatus est, curavit morbum.

Theriaca θηριακὴ: à θηρίον id est, fera. Siquidem *Theriaca* est, ut ait Avicenna, adversum venenata. Nam θηρία quidem universim bestias significant: sed à medicis speciatim modò pro venenatis capiuntur. Qua ratione θηριοδήκτους dici, non à bestijs, sed à *venenatis læsos*, animadvertimus. Quin & Arabes è Græcorum linguâ corruptâ voce *Thiron* vocant viperam, genere, pro specie certâ. Hinc etiam à quibusdam dicitur *Theriaca* propriè, quæ ex *Therio* i. e. viperâ conficitur. *Fera* à φὴρ: Doricè pro θὴρ, θηλέα. Sed & Hebræos attende: פְּרָא. Nam פָּרָא idem est, quod *fera*: & speciatim *onager*, à fructificando. A quo similiter est etiam Germanicum Farr: פָּר i. e. juvencus, filius bovis. J. C. Scal. in Theo. de pl. *ferox* (inquit) aliud, quàm *ferum*. *Fera* ovis in Scythia, quæ nullis errat custodita pastoribus. At eadem neutiquam *ferox*. *Ferox* Alexander in Clyti cæde: intra opi-

opidi mœnia nunquam *ferus*. Apud Hebræos פֶּרֶךְ ferocia, εἶδος.

Thesmophoria, sacra Cereris: quæ θεσμοφόρος καὶ θεσμοφόρος: Marom *legifera*:

Ovidius:

Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.

Δέω, δεσμὸς, per inversionem, à עֶסֶר i. e. conjugatio, συζυγία, colligatio duorum.

Thiasus, θίασος; παρὰ τὰ θεᾶσθαι. Athenæus θιάσους dici vult, quasi σώτους, à σῶς, pro θεὸς.

Thiras, Thraciæ, seu populorum in Thracia autor est, &, ut videtur, etiam *Tyrigetarum* vel *Turingorum*. Ex quo *Hæræ* fluvij interluentis Erfurdiam, nomen esse factum apparet: & *Erfurdiam* ipsam appellatam quasi *Tyrofurdum*, vel *Ferefurdum* per syncopen. Chronicon autem Turingicum ait nominatam esse *Erffurdiam* ab *Erf*, molitore, & *Furt*, quod est transitus, inquit Dresserus.

Thomices, restes sunt è sparto tortæ. Dictio est è Græco ad Latinam formam efficta.

θώμιγξ est funiculus. θωμίζω est fune constringo.

Thorax, θώραξ. Hebræis חֲזֶה, quod idem notat.

Statius:

Nexilis emissâ penitratur arundine thorax.

Thronus, θρόνος. Et sic *tholus* à θόλος.

Ovidius:

Mox didici curvo nulla subesse tholo.

Θολὸς autem, id est, sordes turbidæ; θολόω turbo: à רָפַשׁ, turbavit aquas pedibus.

Thuscum. Pomp. Festus: *Tuscos* quidam dictos ajunt, à Tusco rege, Herculis filio. Alij, quòd unicè studiosi sacrificiorum, velut θυσκόοι. θύω, θύσω, θύω id est, sacrifico. A quo θυμιάω, θυμίαμα. *Thymiama* θυμίαμα, Plinio vaporatio: Ciceroni *Suffimentum*. *Thyades* id est, sacrificulæ Bacchi. *Thyone* mater Semeles matris Bacchi: qui propterea *Thyonæus* audit. Omnia à θύειν. Vel propter sacrificia, vel furorem & impetum solennem. *Thyrsus*, θύρσος nec aliunde: erat enim Baccho sacer.

Thynnus, & *Thunnus*, Græcè θύννος: non iniquè ab Heb. תַּנִּין i.e. serpens, aut animal marinum.

Tiara, τίαρα: ab עָטַר id est, circumdedit, cinxit. עֲטָרָה est tiara, corona.

Tibris. Festus, à Tiberino rege Albanorum, quod in eo cecidisset.

Ovid. 14. met.

-- ante fuit regnum: Tiberinus ab illis
Cœpit & in Thusci demersi flumina undæ
Nomina fecit aquæ ---

Idem 2. Fast.

Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis.
Reddidit, hibernis fortè tumebat aquis.

Servius Tiberis nomen ipsâ etiam Albâ vetustius esse contendit: ideoque nominis ejus originem ad Thybrin potiùs Hetruscorum regem — referendum existimat, qui Latium crebris latrociniis infestans, tandem circa hunc fluvium est occisus. Cui sententiæ Virg. favet. & Aen.

Tum regem, aspero immani corpore Thybrim

A quo post Itali fluvium cognomine Thybrin
Diximus ----

Alij non tam à nomine regis, quàm injurijs & vi ejusdem *Thybrin* nominari volunt, quasi τὴν ὕβριν. Quod si verum sit, Græcanicum erit. *Thybris*: Latinum *Tibris*, & *Tiberis*, unde *Tiberinus*. *Thybris*, Θύβρις, Dionysio: πίβρις καὶ Θύμβρις Stephano.

Timor, est metus mali approximantis, Cic. 4. Tus. Julius Cæsar Scaliger Exer. 312: *Timor* est expectatio eorum censuræ, qui in dignitate sunt constituti. περὶ τὰ τιμᾶν. Vnde ἐπιτιμᾶν. Species, sive notio, quâ permovemur in eo affectu, dicitur *objurgatio*. Nec culpandum, si Latinum à δείμω, δείμα ducatur: quod à δείδω, ab Heb. דָּחַם, territus est, timuit.

Tina, est nomen vasis vinarij. Planè Heb. orig. טֶנָא id est, tina, vas, quo aliquid continetur. Hieronymus vertit cartallum id est, sporta, aut canistrum in summitate amplum & extentum —, secundùm interpretes.

Item

Item עֹמֶר est tina, vas mulctrale.

Tingo, τίγω: Tinctus, τίγμα. A tinctum: ut à cultum cultura: à natum natura: à positum positura, apud Lucretium: ab arsum arsura, apud Varronem: à consitum consitura, apud Ciceronem: à conditum conditura, apud Senecam: ab incisum incisura, apud Plinium. Hæc enim est analogia.

Tinnio, *tinnitus*, *tintinabulum*; propter *II* & *NN* sunt rerum exiliter sonantium: quales laminæ aureæ, æneæ. Ita aures *tinnire* dicuntur —. Talis enim ille sonus. Sic etiam, adhibitis *liquidis* Hebræi צְרָצְלִים vocant tintinabula. A צָלַל, unde & ψάλλω, *Psallo* elicitur. Jul. C. Scalig. c. 13. de c. L. L: Tinnitui sese dat *N*: canere, hinnire.

Tipulæ & *Tipulæ* non sunt vermes, sed potiùs aliud insecti genus, quod semper in rivis & fontibus visitur, summâ celeritate superficiem aquæ percurrens: quas vulgus Aquitanum, & accolæ Garumnæ *Capras* vocant. Itaque

dictæ sunt παρὰ τὰ τίφη. Τίφεα τὰ ἕλη, ubi *tipulæ* versari solent.

Tiro opponitur veterano: & fit, ut τίρω, à τείρω, τείρομαι. Id est, tener, rudis, domandus aut formandus.

Titillatio est dissipatio spirituum in partibus laxioribus: quo motu subsiliunt — sensoriæ partes. In laxis enim facilior fit spirituum subsiltio, ait J. C. Scalig. Ex. 317. s. 5. Et pòst: fit titillatio levi tractatione. Igitur est à πίλλω, geminatâ priori syllabâ, id est, vellico, attrecto leviter.

Titivillitium, apud Plaut. in Cas. Festus: nullius significationis est, ut apud Græcos βαλλυρὰ, & σκαδαψὸς. Jos. Scalig. *Titivillitium* inter ea censendum, quæ Græci — Critici vocant ἐπιφθεγματικὰ. Latini *effutilia*. Turnebus censet esse compositum è *textu* & *vilitate*, quasi *textivilitium*. Rectè ita explicatur: *Titivilitium*, quasi *totivilitium*, i. e. totum inane & vile. Aut melius, quasi *totivillitium*, à *villus*. Id est, totum ne villi, aut pili æstimandum. Ita loquimur: flocci facio; pili facio. Pariter titivillitium à

villo: ut capillitium à capillo. Et, non emo titivillitio, i. e. οὐδὲ ὀλίγε ποιεμαι, non uno pilo dignor.

Titulus. J. C. Scal. lib. 1. poët. c. 9. *Titulus* est inscriptio nominis: non à *tutando*, ut ajebat Varro: sed παρὰ τὸ τίειν. Honor enim & titulus idem nomen dico tam autoris, quàm fabulæ. Τιμὴ honor est.

Titus. Τίτος: deminutivum, *Titulus*, ἄτιτος, non honoratus. A Latinis Græci suum accepere, πίτλος.

Tityrus, Satyrus, σάτυρος. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 8. Diomed. lib. 1. J. C. Scalig. lib. 1. poët. cap. 12. *Satyros* Ælianus ἀπὸ τῆς σεσηρέναι, quia essent dicacissimi. Sicuti σιλλωὺς παρὰ τὸ σιλλαίνειν: σιλλοὶ enim ψόγοι interpretantur. Satyrorum id etymon confutavimus in libris originum. Σάθυ salacitatem dixere veteres. Nihil caprâ salacius. *Capripedes satyri*: quos item *Tityros* dictos ajunt. *Tityrus* autem capellam significavit priscis Æolensibus. Josephus Scalig. in Varr. de re rust: *Sisara* est *Erica*, quæ alter Athenienſibus dicebatur *Tetralice*. Erat enim *Sisarra* ovis major. Quam vocem puto fluxisse è Græcia. Σισυρος enim ἀνέβατον. Argumento σισύρα: id est, μαλλωτὴ, apud Aristophanem, & alios. Quare, ut Tarentini, quos Romani sequuti sunt, pro σύ, τὺ dicebant: sic pro σίσυρος, πίτυρος: ut πίσυρες, τέτορες. Vnde Servius rectè dixit sectarium vervecem à Siculis πίτυρος vocatum. Isaacus Casaubonus lib. 1. cap. 2. de Sat. Ridiculum est, quod multis veterum placuit, dictus esse σατύρους παρὰ τὸ σεσηρέναι: quod more irridentium detorto ac depravato vultu essent. Id enim est σεσηρέναι, ut explicat Galenus. Vel ab irriſu & cachinnis. Nam etsi ingenio & imaginibus pleriſq; Satyrorum etymum convenit, quorum erat proprium τὸ σιμὰ σεσηρότας μυκτῆζειν, ut loquuntur poëtæ: non tamen admittendum, quia caret analogiâ, cujus semper præcipua habenda ratio. Probabiliùs alij, quia *Satyros* in Venerem pronos credebant, à voce σάθη, quæ eam partem significat, quâ viri

viri sumus, unde σαθρωτες, *bene vasati*, σατύρους derivarunt: non quasi *Sathuros*, quod ineptè scribitur apud Macrobium: quum lingua Græca eam formam non agnoscat: sed quasi *satheros*. Rara quidem formatio, sed quæ exemplo non careat. Nam ut ab ἄλμη ἁλμυρὸς: sic à σάθη σαθυρὸς: & corruptione literæ unius, σατύρος, libidinosus. Hesychius σατύρων, ἡδυπαθῶν: nempe ὑπὸ τῆς ἀφροδίσια. Melius verò σατύρων accentu in postremam retracto. Ita enim exigit analogia, quando est nomen prædicationis. Cùm autem transit in aliam formam, tùm mutatur accentus. Σατύρα, nomen scorti apud Athenæum. Sic etiam σάτυρος, cùm pro Satyro accipitur. Quamobrem non temere elevanda fides huic veriloquio. Etsi non minus probabilia possint afferri alia. Immò fortasse verius est, sicut de vocibus κωμῳδία & θρῆνος docet Philosophus; Dores illas sibi vindicasse: ita hoc quoque vocabulum proprium eorum Dorum initio fuisse. Σάτυρος enim aut σάτυρος in illorum dialecto ludere significabat. Vnde & Λακεδαίμονες pro Λακεδαίζειν, Lacedæmonij usurparunt. Hesychius Λακεδαίμονες, Λακεδαίζειν, Δάκωνες. Et paulò post. Quoniam antiquissima quæque Græcorum verba Hebr. sunt originis, sicut liquidò probamus alibi: non absurdè aliquis putet σατύρους quasi שְׂעִירִים, Saturim (à verbo סָעַר) esse dictos, qui in speluncis atque montibus latere putabantur, unde in hominum conspectum rarò venirent. Hæc Casaubonus.

Teculio. Turnebus: Etiam Ciceroni non neglecta vox ad Atticum: Id est, minutus, seu pusillus fœnerator. A τέκος enim per deminutivum fit τεκύλιον: unde & τεκυλίων, id est, fœneratorculus.

Tollo, à τέλλω: aut potiùs τελάω τελῶ, ab Hebr. הָרָא vel הָלַל, i. e. sustulit, in altum tulit. Item נָטַל est tulit, sustulit. *Tollo, tuli, tlatum*: pòst *latum*, T præciso. Ita dicebant *sflites, sflatum*: ut alibi monitum. *Sustollo, sustuli*: à *Sus*. Fero, quale præteritum habeat, suo in loco vidimus.

Tomentum, à tondeo, tonsum & tontum: ut à moveo, motum, momentum. Joseph. Scal. in con: propriè sunt ex cilicijs pilis: *Borram* vulgo vocamus. *Iis* igitur tomentis, aut cilicijs pilis implebant culcitas. Tamen olim, ut etiam hodie culcitæ infertiebantur acere & glumis spicarum. Et quidquid tomento inculcabant, vorebant *culcitam*. Vnde ei nomen. Hæc ille⌣. Nonnemini *tomentum* est, quidquid abscinditur, minutum. Τέμνω, τόμος. Vnde quoque Latinum *Temno*, *contemno*. *Tomacula*, quia fiat è concisis: τομὴ. Ἄτομον, *atomon*. Cic. 1. de fin: atomi, id est, corpora individua, ut solida, levia, & rotunda corpuscula. J. C. Scal. Ex. 107: *Temese* opidum Plin. in tertio dicit, à Græcis *Tempsam* dictum. Statij carmen ipsum fabricâ nobilitavit. Vbi non vulgaris addita est eruditio. Nam populi, qui suprà pontum colunt, quorum chalybas vicinos dicebamus, simul cum ijs, qui Tartari nominantur, ferrum etiam nunc *Temir* vocant. Quamobrem ex antiquæ vocis vestigijs Græcum item verbum τέμνω agnoscant, par est. Hoc enim ferri maximè proprium est.

Topazium, τοπάζιον & τοπάζιος: à τοπάζειν, τόπος: quia magno olim studio quæreretur. Lege Plinium lib. 6. cap. 30. Sed error iste nimiùm popularis. *Pazion*. πάζιον, primum fuit: deinceps ex incuriâ dicam, an insciti, articulus τὸ coaluit cum nomine, τὸ πάζιον. *Pazion* ab Hebræo פָּז, quod est gemma illa, itemque aurum purissimum. מְפֻזָּז, inauratus est, obductus est auro optimo, & topazio. A τόπος autem fit τοπάζιον, τοπάζιος. *Topium*, *Topiarium*. κατ' ἐξοχὴν ita dicebatur peculiaris locus, arboribus & herbis bene consitus, ad voluptatem & delicias. Sic ὄρνις generatim est avis: postmodò κατ' ἐξοχὴν gallina: Ita & Topium. Τόπος verò à תֹּהוּ inversè. *Atopon*, ἄτοπον: quod nullo loco habendum.

Torqueo, παρὰ τὸ τρέπω .i. non recti, seu inflexi & curvi: ὅτι πέπλωκεν ἀπὸ τῆς ὀρθότητος, J. C. Scal. in Theoph. de plant. A sup. est *tortor*, *tortura*, *tormentũ*: alijsq; τόρνος. A torqueo item fit *torques*, propter flexum. Veluti apud Hebræos itidem nominantur cathenulæ, שַׁרְשְׁרוֹת, quia sint intortæ, aut flexæ. A שָׁרַר torsit. *Torquatus*, id est, torque ornatus. Ab eodem etiam est *Torcular*. Q enim è C coaluit. De medij quantitate litigãt. Priscianus, Beda & alij, nec pauci, nec indocti producunt. At quid commodi analogiæ respondeant, nondum conspicor. *Specular* quippe brevis est medij. Et *torculus*, *torculum* breve est: quidni etiam *Torcular*? Sunt enim ejusdem matris. J. C. Scaliger in Ata: Scapos, labella *torcula*, aclidem, scalmos.

Trabs, τράφηξ, Lycophron Tamen Ennius *trafax*, vel, ut est apud Festum, *trifax*, dicit, pro trabe, fude, vel conto: ut permaceret paries percussu' *trifaci*: Scalig. in Conject.

Tragœdia nomen traxit ab hirco, nullam aliam ob causam, nisi quia in ejus numinis honorem ageretur ejusmodi fabula, cujus victima esset hircus. Eo igitur victores donati rem illi divinam fecere. Primùm sanè agi cœptam vindemiarũ tempore scriptum est. Vnde occasio data Grammaticis, uti παρὰ τὸ τρύγημα nomen ducerent, quasi τρυγῳδίαν, quam vocem integram etiam apud Aristophanem habes, ἀοχαρνεῦσιν. Qui eam primus dederit, haut ita pro comperto habetur. Satis constat illud, à Thespide poëta factam nitidiorem, qui primus pensiles scenas in plaustris circumegit, addiditq; nudis oribus fecem pro personâ. A quibus fecibus vinaceis alij Tragœdiæ nomen deductum maluêre. Id enim significat τρυξ: quemadmodum τρύγημα vindemiam. τράγος autem est caper. J. C. Scaliger lib. 1. poët. c. 6.

Trames, id est, transversa via: à trans & meo. Plautus: domum ire cœpi tramite dextra via. A *trameando*, quod scilicet transversi scandant vias rectas. Nec insolens *TRA* pro *Trans* in compositis. Vt trado, quasi transdo: tralatitium, translatitium: tramitto, & transmitto: *traviare* pro *transviare*. Ita *trames*, quasi transmes: facilitatis causâ.

Transenna est in tendiculâ pedica, sive funiculus extentu,

tus, & ex eo apta machinula, quæ adhibetur ad turdos capiendos. Servius ad illud 5. Æneid. & volucrem trajecto in fune columbam; notat: trajecto, extento: unde *transenna* dicitur extentus funis. Plaut. Bacch. a. 4. f. 6: nunc ab transennâ hic turdus lumbricum petit. *Transenna*, quasi *transtenna*, aut *tenta*. Si è Latio elicias. In Hebr. est אֲשְׁנָב, i. e. transenna, per quam adspicimus. A שָׁנַב. *Senna*: & compositum, *Transenna*, quo utimur.

Tremor, ait *Gifanius JCtus*, *propriè pro motu*. Immò aliquid plus, quàm motus. Alioquin omne motum, etiam tremeret: nos, quia in continuo motu, semper tremeremus.

Lucretius:

- - invitos cogens tremere atque moveri.

Si *tremere* idem, quod *moveri*, sententiâ Gifanî; non foret πλεονασμὸν? Sed *tremere*, est pavere ita, ut unà quis concutiatur, Igitur motus ubique comitatur tremorem: nec ipse tamen est tremor. J. C. Scaliger Exerc. 312: *Tremor & Horror* corporis affectus sunt, ex affectibus animi pendentes. Tremor est motus ex motibus contrariis, ex Galeno. Græca tota vox, & factitia. Tremo, τρέμω, τρέω, τρόμος. Est item posita in motu corporis *Trepidatio*: cùm tremor ita nos occupat, ut etiam consistere nequeamus. Aristot: οἱ ἀγωνιῶντες τρέμουσι τοῖς ποσί. Hoc enim est *pedere* & *repedare*, apud antiquos. Itaque non rectè invenias aliquos Agoniæ vocabulo usus esse. Inde colligimus: *Tremere* esse propriè pavere aut metuere, sed cum quadam concussione aut motu. Quod etiam *Tremendus*, *tremefacio* & cætera deducta confirmant. Dum igitur *Ennius* lumen vocat tremulum: *Lucretius*, tremulos ignes; tremulum jubar ignis: *Virgilius*, tremulas flamas: *Horatius*, trementes ilices: *Cicero*, tremulos cometas; omnes, inquam, loquuntur tropicè & intelligunt varium illum & paventi aut terrefacto similem motum: qui partim ab aêre ἀκινήτῳ evenit, partim ab oculo, veluti trementè, ubi species clarior videnda datur. Apud Hebr. est רָתַת: inde, si libeat, τρέω. Item רָטַשׁ idem est.

Tria-

Triarij. Varro lib. 4. de ling. Lat: *Hastati* dicti, qui primi hastis pugnabant: *Pilani*, qui pilis: *Principes*, qui à principio gladijs. Dicti quoque *Pilani Triarij*, quod in acie *tertio ordine* extremis subsidio deponebātur. Eo, quod hi *subsiderent*: inde dictum *subsidium*. De quo Plautus: Agite *subsidite* omnes, quasi solent *triarij*.

Tribulus, τρίβολος: nomen herbæ, a trino cuspide, βόλος, vel aculeo. Item stimulus, ab eâdem figurâ. *Tribula*, apud Virgilium; quâ terebantur, aut exprimebantur grana è frumentis: à θλίβω: unde etiam *Tribulo*, verbum priscis incognitum. Mutato L in R; ut solet. Vt ita sit tribulo idem, quod premo, affligo. Nisi allubescat, fieri à τρίβολος, ut etiam tribula.

Tribus. Julius Cæsar Scaliger lib. 1. poët. cap. 9. Romulus universum populum tres in partes cum divisisset, inde *Tribus appellatæ* sunt: tametsi major deinde numerus additus est: manfit tamen nomen. Inde *tribuo*, quasi in tres partes, aut classes elargior. Varro lib. 4. de Lat. Ling: *Tributum* dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, *tributim* à singulis pro proportione census exigebatur. Ab hoc ea, quæ assignata erat, *attributum* dictum. Ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, *Tribuni* ærarij dicti. Id, quod *attributum* erat, æs militare; hoc est, quod ait Plautus a. 3. Aul: cedit miles, æs petit. *Tribules*, qui ex eadem tribu. *Triens* à numero ternario. Dividitur enim AS in 12. uncias, quarum pars tertia est triens. Julius Cæsar Scaliger lib. 3. poët. cap. 24. prisci Latini *strenam*, quasi *Trenam* sunt interpretati: à tertia officij repræsentatione. Præponitur S, ut in stlite, & stloco. Festus: *Strenam* vocamus, quæ datur die religioso, ominis boni gratiâ, à numero, quo significatur, alterum tertiumque similis commodi, veluti *Trenam*. *Tres*, τρεῖς: *Tria*, τρία, *Trefis*, id est, trium assium: ut apud Græcos τριώβολον, Triobolon.

Ternus,

Ternus, quasi *Trenus*, ut tres. *Tertius*, *tertio* verbum, id est, tertiâ vice itero, τριτόω. Verba *tertiata* interpretantur esse imperfecta, lapsantia, & ex pavore nutabunda: quando homo exanimatus, non integra verba enunciat, sed vix *tertia* quæque profert, medijs in perturbatione suppressis, aut quasi semesis. Ego sic existimo: *Verba tertiata* sunt propriè tertiùm repetita & pathetica. Hoc in luctu & doloribus evenit, ut idem semel atque iterum dicatur: qualia hei, hei, ah, ah. Affectus vulgo cognitissimi.

Virgil:

Heu pietas, heu prisca fides.

Terent. Adel: quid faciam? quid agam? quid clamem aut querar? O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni. Hoc est tertiare verba. Pariter tertiare agrum, est tertiò proscindere, τριτολεῖν. J. C. Scalig. c. 73. L. L: omnis numerus *ternione* continetur. Nam unum numeri initium tantùm est. Dualis, primus numerus imperfectus. Ternio autem primus numerus verus. Quod enim æquales in partes dividi potest, Finiti habet rationem: quod non potest, Infiniti. Et ternio ipse & numerum cõtinet, & numeri principium: at dualis non nisi in principium, idq; unũ, resolvi potest. Itaque potentialis numerus potiùs sit: quippe numeri potentiâ, i. unitatem bis continens. Ternio autem actualis, qui quidem divisibilem fecerit indivisibilem. Quare Græci quoque ἄτμητον nominavere. Nempe quem si dividas, invenias infiniti habere aliquam imaginem, quæ superfit.

Tricæ, τρίχες: flatu omisso. Hinc flectitur *Tricinus*, pro tardo, & impedito, vel exucco: ut sunt capilli, aut crines. Apud Varronem *Tricinus* quæstus & uber, invicem opponuntur. *Intrico* mediâ longâ. Horatius:

Mercedem, aut nummos unde unde extricat.

Histrix, ὕστριξ & ὕθριξ: ab ὗς & θρίξ: quia animal pilis suis, aut quasi jaculis quibusdam; ut vocat Mantuanus:

-- & canibus jaculis bicoloribus histrix
Noxia --

Trigla, τρίγλη, quasi τριγλή. Oppianus: accipiunt *Trigla* terno cognomina partu.

Triremis, τριήρης: sicut δίκροτος, biremis. Ab ἔρετμος, ἐρέσσω, ἐρέσω. Latinum *Remus* non alium agnoscit patrem, quàm ἔρετμος; amputato capite: id est E.

Tristo, ἀ θρύπτω, τρύπτω, id est, turbo, affligo. Virgilius propterea conjunctim posuit, ut verbum magè aperiret vim nominis:

-- Tristi turbatus pectora bello.

Triumphus, θρίαμβος. tralatâ aspiratione in ultimam, aut sublatâ. Quamvis ἔτυμον reponat. Ab ἀμφὶ. Ideo apud poëtas sæpe

-- tempora circum.

Δρέπειν verò est folium, frondes. Perversus enim, victori datam esse coronam è frondibus lauri, myrti, palmæ, oleæ, quercus, hederæ, apij. Etiam é gramine, aut herbâ. Ex quo venit: *dare & accipere herbam*. Maro:

Labitur infelix studiorum atq; immemor herbæ

Victor equus --

Herbæ i. e. pabuli, aut rectiùs victoriæ. Neque enim de omni equo loquitur in agro, aut pascuo: sed de eo, qui certaminibus destinatur, aut bellis. Ideo præponit studia, hoc est, labores, cursum, saltum, quæ eò pertinent. Et addit, victor: ut quid velit per herbam, meliùs explicet. Nonius apertè: *herbam* veteres palmam, vel victoriam dici voluerunt. Et luculentè Plinius l. 22. c. 3. 4. Corona nulla fuit graminea nobilior, in majestate populi terrarum principis, præmijsque gloriæ. Gemmatæ & aureæ, vallares, murales, rostratæ, civicæ, triumphales post hanc fuere. Cæteras imperatores dedere: hanc solam miles imperatori. Dabatur viridi è gramine decerpto inde, ubi obsessos servasset aliquis. Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat herbam porrigere victos: hoc est, terrâ & altrice ipsâ humo, & humatione etiam, cedere. Quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

Trochus, τρόχος: à τρέχω: quod à רָהַט *Trochæus*, τροχαῖος: pes, à volubilitate. Itaque etiam *Rotatilis* dictus est Scaligero. Sic *Anapæstus* ab ἀνὰ & παίειν: quia contrà, quàm in Dactylo pede terram feriebant. *Dactylus*, δάκτυλος: in poëticis pes, ab

artis

articulis digitorum. Ita *Molossus* à natione, quæ eo oblectabatur.

Tropæum: ita enim scribatur, absque litera H. Quia Græcis τροπαῖον. A τρέπω. Est monumentum τῆς τῶν πολεμίων ἢ ἐχθρῶν τροπῆς: erigiturque eo in loco potissimùm, ubi hostes fusi fugative. Nonius: spolia hostium stipitibus affixa tropæa vocantur. Inde Suidas *Tropæa* reddit νικητήρια: Hesychius τύμβολα νίκης. τρέπω ab Heb. דָּבַר, vertit, sermonem vertit.

Trossulus. Pomp. Festus: *Trossuli* equites dicti, quòd opidum Tuscorum *Trossulum* sine operâ peditum ceperint. Nonius: *Trossuli* dicti sunt, *Torosuli*, quasi habitiores: à torosâ pinguedine. Jos. Scalig. Autor glossarij, *Trusulus*: ὁ ἐν νικῇ παχύς. Videtur velle, quasi torosulos dictos, quod ego valdè amplector. Varro Sesquiulysse: Nunc emunt trossuli nardo nitido volgo Attico talento equum. Inde *Trossula* trabea dicitur apud veteres. Hæc cocco purpuraque prætexta erat: quam etiam auguralem vocabant: Græci ἐφεξόμενα.

Trudo. J.C. Scalig. in The. de pl. Vsus fuit hîc verbo *Trudo*, non temerè. Est enim *trudi*, *terrâ edi*. Non ignoravit omnium doctissimus poëta cùm cecinit:

Truditur è sicco radix oleagina ligno.

Trulla. Jos. Scalig. ad Varron. lib. 4. Inversum est pro *torulla*. Hinc Græci τρύννη. Aristophanes Avibus: ἕτερος δ' ἐπιθυμεῖ δεῖ τρύννης καὶ χύτρας. Interpretantur τὸ κινητήριον τῆς χύτρας esse: unde & *Trudere*, τὸ κινεῖν, apud veteres. Idem in Festum: *Redamptruare* dicitur in Saliorum exultationibus, cùm præsul *amptruavit*, quod est, motus edidit. Secuti sumus veterem scripturam. *amptruare*, pro *antruare*, ut *temptare*, pro *tentare*, *sumptus* pro *sumtus*. Verum est à *trua* dictum *amtruare* hoc est, circumvolvere: ut cum *Trua* olla circum movetur.

Trutina, τρυτάνη: à τρύω id est, tero.

Trygodæmones, apud Aristophanem in Nebulis dicuntur poëtæ, quòd fecibus, quas Græci τρύγας vocant, faciem obliti, ne cognoscantur, publicè

blicè sua carmina recitent, & prætereuntes cavillis incessant. Cic. de Vniv. quos Græci δαίμονας appellant, nostri, ut opinor, *lares*. δαίμων, quasi δαήμων. i. sciens, gnarus: δαίω, scio. δαΐω, δαείω, δαήμων, δαίμων principaliter ab Hebr. יָדַע, novit, scivit. Item יֶדַע, notitiam habuit, οἶδα. Hinc δαιδάλλω: δαίδαλος, *dædalus*, ut sit solers, ingeniosus, sciens. Apud Ennium Minerva: Lucretium terra, item lingua: Virgilium Circe dædala vocatur.

Tubalcain, תּוּבַל־קַיִן i. e. terrenus possessor, seu Vulcanus, magister æris, sive metallorum. Nam ferri, ærisque usum docuit. A Rad. תֵּבֵל i. e. orbis, terra habitabilis. Diodorus: Vulcanus ferri, æris, auri, argenti, omniumq; quæ igne fabricantur, artem invenit, eamq; cæteros docuit. Vnde nomen *Vulcani* factum, ecquis ambigat? Nam & is magister ignis, & Jovis faber creditus. Cui consentit etiam Græcorum, ἥφαιστος: ex Heb. אֵשׁ i. e. ignis.

Tumultus. Cic. 8. Phil. quid aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major *tumor* oriatur? Vnde & nomen ductum, quasi *tumor*: *Vitus* est terminus. Alijs *timor*. Sed rectius *Tumor* legitur. Ita idem Cic. tumorem rerum vocat. Item negotia tument, ad Att. Prop. l. 2. El. 16. Custodum tumor i. e. densa corona, & fretum illud turbæ, autore Palmerio. A tumore, *tumulus*. 7. Aen. aggere composito tumuli. Est enim locus à terra eminens. Quomodo Judæis תֵּל à תָּלַל i. e. eminuit, tumulavit. A *tumeo* faciunt etiam *tuber*: aut potiùs ab Heb. טַבּוּר id est, locus eminens. Julius Cæsar Scaliger in Th. de plant. aliud est *turgere* medicis, & philosophis, aliud *tumere*. *Turget*, quod urgetur ad motum, ut materia furens in morbis, atq; efferveſcens. *Tumet* absceſſus sæpè, neq; turget, cùm materia percocta est, aut cùm factus est tofus. Turget in sene semen post allij, & piperis usum. At nihil tumet. Arbor, quæ fœtum meditatur, non ubique, non semper tumet.

Tumor est ὄγκος græcâ origine, & patriâ τύμβος. *Tumba*, sepulcrum est & locus concavus. A *tumeo* est *contumax*: qui tumet pertinaciâ. Alijs à contemno. Ab ὄγκος est *uncus*, *aduncus*. Idq; ob tumorem, qui fit, dum reflectitur. Et ὄγκινος est *uncus*, *uncinus*, hamus: apud Scholiast: Aristoph. & Pollux. Nec non apud Hesychium ὄγκη, ης, ἡ est angulus. *Ancus*, apud Festum, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit.

Tunica, à tuendo corpore, secundum Varronem. Alijs ab *inducendo*, ut *inducula*. Longiùs petita est, inquiat aliquis. Quia vix duæ literæ in deducto, Tunica, apparent: quæ in primis vel indao, vel tueor. Certè plures sunt in Hebræo, immò omnes: si primam colloces loco posteriori: כְּתֹנֶת i.e. tunica. Manente sic primâ, Græcum habes, χιτὼν, quod idem.

Turba, τύρβη: Atticè, pro τύρβις. Deminutivum *Turbella*. Alij volunt *turbela*: sicut suadela. Non bene. Regula talis est: ubi nomen fit à verbo, ut nulla significetur deminutio, ibi L unum sufficit. Vt *loquor loquela*: *suadeo suadela*: *tueor tutela*: *obsequor obsequela*: *candeo candela*: *niteo nitela*. Contrà ubi subest deminutio, rectiùs geminatur L. *Furca furcula furcilla*: *puer puerulus puellus*: *mamma mammula mammilla*: *tener tenerulus tenellus*: *catus catulus catellus*: *os osculum*, *oscillum*. Sic *turba*, *turbula*, *turbella*. *Turbo* dicitur, ut ait Apulejus, qui repentinis flatibus profilit, & omnia turbat. A Lucretio, ventus *versabundus*. Turba ab Heb. הֲרֻבָּה, multitudo, copia.

Turca κατὰ μετάθεσιν, à קֵדָר, qui est secundus filius Ismaëlis filij Abrahæ ex Hagar Gen. 25. habetq; nomen à luctu. Ita viri docti suspicantur: qui idem ferunt judicium de *Muscovitis*. Dressserus 1. Mil. *mesech* vel *Mosech* (à Rad. מָשַׁךְ i. e. protraxit, produxit cum mora) tendens arcum, *Mysis* & *Moschis*, vel *Muscovitis* initium & nomen dedit. Quamvis Muscovitæ Græcam originem habere videantur, ex voce μόχος vitulus: & βίος, vel βίοτος: quasi ex pecore viventes.

Turma Var. l. 4. *Turma terma* est: E in V abijt: quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnium, & Lucerum fiebant. Turnebus ad illud: *Turma Terma*, vetus *terima*. Curiatius quoque apud Festum, quasi *Terimam* dictam refert. Jos. Scalig. *Turma*, τύρμη, τόρμος rotunditas, ut cohors: quia cohortes villaticæ rotundæ. A τέρω, τερῶ τόρμος: ut à φέρω φορμὸς, à κείρω κορμὸς, à μοῖρα μορμών.

Turris, τύρρις, τύρσις. Vt Atticè τέρσος τέρρος: κέρσω κόρρη: ita τύρσις τύρρις. Dicta à Tyrrhenis turrium inventoribus. Nisi illi magis ab istis. C. Rhod. lib. 6. cap. 18. Dionysius ait à Tyrrhenis densiùs extructæ domus vocantur *Tyrses*. Sed & hinc conciliatum nomen *Tyrrhenis* produnt nonnulli, à *tyrsium* monumentis: velut Mossynoecis in Asia de turribus dicunt: *Tyrses* nominat quoque Xenophon. Apud Heb. צוּר est petra, vel turris habens aciem angustam. A Rad. צוּר id est, angustavit, compressit, constrinxit. Inde turrim trahere satius.

Tus, alijs à θύειν. J. C. Scal. lib. 1. de pl. dicitur à tundendo, tusum. Nec immeritò. Nam & apud Hebræos aroma item à contusione nomen accepit: נָכֹת. Plautus Aulul. ut vitium senis triparci ubique delinearet, *tusculum* fecit.

Typhon, τυφὼν, ventus quidam ignescens: Plinio est vortex. A τύφω, fumum excito, accendo, inflamo. Ab Heb. דָּבַח id est, fumavit, emisit fumum, & vaporem. *Typhoëa*, τυφώεα pro τυφώνα, apud Virgilium: Item Typhoïa, τυφαόνια, id est, ardentia, fumantia.

Typus, τύπος est figura impressa ab aliquâ vi. A τύπτειν, ἔτυπον. Heb. תָּפַף, id est, pulsavit, percussit. Et quia *Tubi* cavi, à τύποι. A τύπτω est *Tudo*, *tundo* ut *tago tango*. Et *tudito*, in Festo, Ennio, Lucretio. *Tudes*, quo pulsamus. Item *Tympanum*: sicut Hebræum תֹּף, id est, tympanum è radice appositâ.

Tyrannus, τύραννος. Vsitatè à τύειν. Sed hoc postmodùm contigit. Igitur verior quærenda nobis origo. Initio enim nomen fuit honestum & amabile.

Virgil. 7. Aen.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Exinde degeneravit, nequitiâ quorundam. Sicut etiam alia multa: ut *Sophista*, *latro*, *parasitus*, *pappas*, *magia*: Schofft, quo abuntur Germani à שׁוֹפֵט id est, judex. item *Calmeuser*, à כָּל־מוֹסֵר, ut sit homo omnis doctrinæ, φιλόμουσος ἢ πολυίστωρ. Sic *Tyrannus* origine vox honesta: à τύρρις, τύρσις. Turres enim & arces tyrannorum aut gubernatorum propriæ. Sic ἄρχων id est, celsissimus vel princeps, fit ab ἄρχω. ἄρχα φέρειν id est, πρωτεῖα, primas partes ferre. Sic Jupiter nuncupatur ἄρχης, à celso loco, vel arce, vel monte. Et apud nos à *pyrgo* dicuntur *Burggravij*.

V

Valetudo, cùm sit à *valeo* i.e. sanus, potens sum: κυρίως notat ἐυεξίαν corporis. Cic. 2. off. *valetudo* sustentatur notitiâ sui corporis, & observatione, quæ res, aut prodesse solent, aut obesse. Oritur ab οὖλος. i. sanus: ἄλιος, ἕλω, ἁλίω & ἁλόω. Quoties enim O abit in V? Inde *valeo*. *Validus*, qui valet. Opponitur *invalidus*. Item *valetudo* adversa, sicut vires infirmæ. Meliùs enim apponitur *Adjectivum* quoddam, distinctionis causâ; licèt in trivio sit μέσον. Ita Glossariũ adversam valetudinem interpretatur νόσον. *Valetudinarius* usitatè est νοσερός. *Valdè* per contractionem, à *valide*: sicut *caldum*, pro *calidum*. *Valdius* Horatio, pro *validius*. Cæterùm invenias quoq; *valitudo*, secundâ brevi. Et suspicatur Manutius, duplex esse supinum: ut *olitum* & *oletum*: sic *valitum* & *valetum*. A quorum illo *valitudo*: ab hoc *valetudo*.

Horat:

Dura valetudo.

Vallo, βάλλω i.e. jacio, figo, pono. βλος, jactus. βόλιτον seu βόλβιτον & βολβίτης i.e. stercus, quoniam excernitur. Inde Latinum priscum, *imbulbitare* id est, stercore inquinare, ἐμβολβίτω. βάλλω ab Hebræo פָּלַח, discidit, disjecit, βαλε. διαβάλλω, trajicio: πρωτικῶς calumnior. διάβολος, *diabolus* i.e. calumniator. In sanctâ linguâ est שׁר i.e. vastator: unde κέτλιος. A Rad. שׁוּר i.e. vastavit exterminavit. Ibidem שָׂטָן i.e. adversarius, *Satan*. A Rad. שָׂטַן i.e. adversatus est.

Varius, βαλιὸς & βελίος, à βάλλω. A abit in R: ut ex σίλφιον, *Sirpe*. Et contrà R in L, ut *lilium*, λείριον. *Lirinon*, λείρινον, liliaceum.

Varus. Jos. Scalig. in Con: Erant *vari* propriè bacula furcillata, ut interpretatur Varro, & informia. Alij scribunt *Varri*. Vnde *Varrones*, duri & σκληροὶ homines. Ex *varo* fit *vallus*. Hinc *Vallum*, quod ex ijs fieret. *Intervallum*: vox rustica. i.e. spatium inter bacula i.e. *vallum*. Nunc ἐν πλάτει sumitur. A *varus* est *varicari*, *prævaricari*. Cicer. in part. *prævaricator* significat eum, qui in contrarijs causis, quasi variè esse positus videatur.

Vas, *vadis*. Sponsor erat sistendi aliquem judicio, sive publico sive privato. A *vado*, apud Julium Cæsarem Scaligerum cap. 29. L. L. quòd is, qui *vadem* dedit *vadere* possit i.e. aliquà decedere, & sua componere. Vadari, vades postulare. Vadimonium, sponsio comparendi in judicio ad diem certum. Idem Scaliger ibidem: *Vadum*, quâ vadere i.e. flumen transire licet. A βαδίζω, βῆμι. Expressit Plautus in Asin. *Badizas*, aut *badisses* tollutim i. e. ut *tollas* pedes more equorum. *Evadere* pro fieri. Cicero in Verr. Tu ejusmodi evasisti in furis, & divisoris disciplinâ educatus. In orat: E Philosophorum Scholis tales ferè evadunt. Livius l. 1. Juvenis evasit veræ indolis regiæ. Ita dicimus Latinè: *Evadit* vir magnus. Vulgo, evadit in magnum virum. Illo scilicet Terentiano decipiuntur: Evadet in magnum malum. Sed hóc aliud i. e. erumpet.

Vasallus. *Vasarij* nomine intelligitur omnis illa supellex, & instrumentum, quo magistratus in provinciam abiturus instruebatur: hodieque nobilium clientes *Vasalli*, tanquam in Vasario eorum sint, & vasa eorum censeantur, appellantur. ICti itaq;

Vasallus. ὑποθελικῶς, deminutivo nomine, inferioris ordinis cliens: id est, qui in vaßi fide, & clientela est. Lege Hotoman: in Disputat. Feud.

Vebo, ab ὀχέω. ὄχος. currus. A vectum *vectigal*, ita æs dicitur, quod ob tributum ac stipendium & equestre & ordinarium, populo debetur, Festus. A veho, vectum, vexum: est *vecto*, *vexo*, item *convexum*. Glossar. *convexum*, συναφερές. *Devexum* καταφερές. Agell. lib. 2. cap. 6. *Vexo* grave verbum est, factumque ab eo videtur, quod est vehere: in quo inest jam vis quædam alieni arbitrij. Non enim sui potens est, qui vehitur. Vt trado, à trans & do: sic *trabo* à trans & veho: *tractum travectum*. A tractum *tracto*: ut à captum capto: à raptum rapto: à *mactum* (quod à *mactum*, *mauges*, q. *magis augeo*) macto. Lucretius dixit, tractare vitam: quod Virgilius, ducere. *Tractatus* quid sit propriè, manifestarium: usitatè est ἐξήγησις, δήλωσις, explicatio. Item quid *atiretto*, *contretto*, origo jam edita ostendit.

Vellus, quòd ante tonsuram *vellteretur* lana, Varr. l. 4. de L.

Ling. Nec Græcorum dissimile, μαλλὸ. ἀμφίμαλλον, utrinq; villosus. Apud Plinium, *amphimalla*. A vello *vulsum*, est *vulsella*, vel *volsella*: instrumentum, quo pilos è cute radicitus evellunt, τριχολαβίς. *Vello* autem ab ἕλω, ἁλλομαι, ἐξέλλω, ejicio: εἰλέω, εἰλεὸς. Ileus: item inde *Helix*, ἕλιξ, & εἵλιξ. μαλλὸς ab Hebr. מְעִיל tegimentum, pallium.

Velox, à volando. *Volucris* id est, volatilis. *Volaticus* est Ciceroni homo levis, Græcis μετέωρος καὶ ἀκροπόδαλλος. Item à *volo* non paucis dicuntur *velites*, quasi *volites*: qui, ut Aelianus scribit, levissimè omnium armantur. Etiam nominantur levis armaturæ milites: Cæsar. l. 7. Bell. Gall. Lege Valer. Maxim. l. 2. c. 3. Inde *velitatio* id est, levis exercitatio, aut veræ pugnæ simulacrum, γύμνασμα, προμάχια. A volatu etiam frequentiori fit *vultur*: sicut in sanctâ linguâ רָאָה, id est, vultur, eodem modo dicitur: à rad. רָאָה id est, volavit ociùs & continuò.

Vene-

Venetus color, inquit Vegetius, cœruleus est & marinis fluctibus similis. J. C. Scalig. Exerc. 325. sect. 10: De Veneto colore quid sentirē, diu anceps dubitavi. Nondum enim apud veterum quempiam reperiebam. Recentiores alij aliò tendere. Domitio tam in sexto, quàm in décimo apud Martialem & dissimulavit & præterijt. Egnatius semel atque iterum scribit eum esse, quem vulgus Giallo vocat. Dictio mera Germanica. Gesn. Inveni tamen apud Cassiodorum, quatuor fuisse aurigarum factiones totidem similes temporibus anni. Prasinā veris viriditati. Roseam æstatis incendijs. Candidam ab auctumni nivibus. Cœruleam ab imbribus hibernis. Quæ tametsi non omninò quadrant, tamen id, quod est, docent: Cœruleum esse Venetum. Olympiodorus in primo Meteoron ait: Prasinum & Venetum in nocte non videri. At Gesn refert lucis speciem. Non est ergo hic ille.

Venio. J. C. Scalig. c. 27. L. L. *Ai* mutatur in *E* breve, βαίνω, venio. Imperitè nam-

que verbum hoc ita sunt interpretati, quasi *versus nos eo*. βαίνω, βημι, βάω, βῶ, Hebr. בּוֹא, i. e. venit. *Convenio*, id est, simul, unà venio. *Revenio*, i. e. rursum venio. Qui eam vocē flagellant, non possunt discernere inter τὸ *redeo*, *revenio*, *revertor*: quæ sanè differunt. Et unà flagellant Plautum, Terentium, Ciceronem. *Invenio* est in rem venio: quod est εὑρίσκω *Advenæ*, qui adveniunt: ut *convenæ*, qui conveniunt. Plautus Mil. Glor. Qui amantes unà inter se facerem convenas. i. e. ut conveniant & conspirent. *Venia*, quæ optanti venit, aut per quam venire licet. *Ventus* à *ventum*: omnis ventus venit, aut excitatur. Congruit ad illud: *Ventus est aër motus*. Venire est moveri. A *ventus*, *ventulus*: & verbum *ventulo*, postea *Ventilo*. Item *adventus*, *inventus*, *conventus*, *proventus*. Apuleius: Lucrosum prosperumque proventum nunciavit. Dicitur de frugibus terræ & fructibus. Vt Hebræorum תְּבוּאָה à בּוֹא, venit. *Venilia* Josephus Scaliger in conject. ad illa Varronis: venilia à veniendo, ac vento illo, quem Plau-

tus (Ciſt. act. 1. ſc. 1.) dicît: quod ille dixit, qui ſecundo vento vectus eſt, Tranquillo mare ventum gaudeo; notat: Etymon Venilię deducit Varro ab eo genere loquendi, quo advenientem aliquam excipiebant, cum dicebant: ventum gaudeo: quod uſurpat Plautus in verſu à Varrone adducto. Ad quod idem alluſit facetiſsimè in Cur. CVR: obſecro hercle quid &c. Nam τὸ ἰμπίζειν dicebant ventum facere. C. Licinius Imbrex, vetus comicus: Reſupina, obſtito capitulo, ſibi ventum facere tunicula. Quanquam meliùs & frequentiùs dicerent, Facere ventulum: ut paraſitus correxerit imperitum juvenem ob inſolentiam loquendi. Teren. Eun: cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito. Vertranius putavit hîc agi de vento ſecundo. In quo inſigniter lapſus eſt. Nam quòd Varro non poterat ſatis exprimere genus illud loquendi; iccirco adduxit verſum Plauti. Si enim de vento ſecundo intellexiſſet, non opus erat verſum Plauti laudare.

Venter, quia huc omnia

feruntur. Potiùs ab ἔνλεγον, per augmentum Ϝ V. ab Hebr. בֶּטֶן, quod idem. Vt à funis funiculus; à collis colliculus: Sic à *venter ventriculus*: & ſonat, quaſi minor venter. Ab ἔνλεγον, ἐνλερεύω eſt *Entero*: & quod uſitatum, *Exentero*; ἐξενλερέζω, inteſtina extraho. *Dyſenteria*, δυσεντερία. Celſus inteſtinorum formina exponit: quod infert δύς.

Venum, non *vænum*. Dicimus enim *vendo*, non vændo: quod eſt *venum do*: & integrè, *venundo*. *Veneo*, eſt venum eo. A *venum*, ejecto T. Quod vendebatur publicè, id venire aliunde dicebant, & comportari. Joſ. Scal. in conject. *venire contra aurum*, eſt magno venire. Ita enim veteres ſemper ferè dicebant, metaphora à lance momentaneâ, in qua appendebatur æs. Nam quod præponderat, id contra eſſe, h. e. ἀντιῤῥέπειν dicebant. Vnde æs contrarium vocabant æs grave, autore Feſto: ſcilicet ἀντίῤῥοπον. Hæc Scaliger. Plautus, *talento contrà carus non eſt*. Et in Epid: non carus eſt auro contrà. *Non carus*, id eſt, non æſtimandus,

dus, aut metiendus auro contrà dato. Carum enim eſt propriè, ex idiom. Heb. quod æſtimatur, quod ſingulare precium requirit. Ergo non carum auro eſt, non æſtimandum auro, non comparandum auro; tanti precij, ut aurum contrarium, vel contrà oppoſitum non ſufficiat. Germani pariter: **Es iſt nicht mit Gelde oder Golde zubezahlen.** Cæterùm à vendo, *venditum*, eſt *vendito*, id eſt, aſsiduè aut crebrò vendo: poſtea venditionis cauſâ oſtendo, vendere cupio, apud Ciceronem.

Venus. Cic. de nat. deor. quę dea ad res omnes veniret, *Venerĕ* noſtri nominaverunt, atque ex ea potiùs *venuſtas*, quàm *Venus* ex venuſtate. Et certa eſt analogia, ut à vetus vetuſtus: ab onus onuſtus: ita à *Venus venuſtus*. Dicitur *Acidalia*: ab ἀκὶς, ἰδος. Quis neſcit ſpicula amoris? Et Cupido dictus eſt Orpheo πτεραλκὴς. Ovidio, *pharetratus* puer: Senecæ, teliger. *Aphrodite*, ἀφροδίτη, ἀφρὸς: quia è ſpumâ maris emerſerit.

ἀφρὸς ſpuma eſt. *Frutinal* eſt templum Veneris *fruti*, apud Feſtum: quod eſt ab integro ἀφροδίτη. Joſephus Scaliger: Veneris *Fruti* meminerunt, Solinus, dum ait: ſimulacrum dedicat Veneri matri, quæ *Fruti* dicitur. Auguſtinus lib. 4. de civit. cap. 21. quam divam *Fruti* vocat. Gloſſæ: Sine dubio *Fruti* detruncatum eſt ex ἀφροδίτη. Nam cùm poſt tempora Numæ in urbem Venus recepta ſit, non potuit habere nomen Latinum, ſed Græcum, *Afrodite*, quod diſtortum in *Fruta*, ſeu *Fruti*. Eadem appellatur *Pontigena*: ἐπιτονπία, Heſychio: *pelagia*, Artemidoro: ἁλιάδης uſitatè. Orta enim è mari. 5. Æneid.

Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis - - -

Ovid. 4. Met:

- - *aliqua & mihi gratia Ponto eſt,*
Si tamen in medio quondam concreta profundo,
Spuma fui, gratumq; manet mihi nomen ab illâ.

Causam affert Johan. Baptista Porta: lib. 8: Sal (ait) optimè genituræ consulit. Nam non solùm Venerem titillat: sed etiam fœcunditatem præstat. Ægyptij suos canes ad coitum inertes salsamentis alacriores ad Venerem reddunt. Argumento est quoque fœcunditatis, quòd naves maritimæ, Plutarcho teste, tam immensâ murium prole, & fœcunditate onerantur: nec desunt, qui fœminas mures absque masculi coitu, solo salis linctu concipere affirment. Et salsamentariæ mulieres incontinenter pruriunt, & spectatæ sunt fœcunditatis. Ob id Poëtæ Venerem ἁλιόβοιν, i. e. sali vel mari ortâ finxerunt. Ægyptij sacerdotes, eodem Plutarcho teste, à sale, & salsis edulijs religiosè abstinēt, cùm illa tentiginem, & libidinem excitent.

Vepris. Sunt *vepres* ab Æolico dicti. Nam βρῶσες ipsis dicuntur, qui ab alijs ῥῶσες: ut βρόδινον, βράχος, pro ῥόδινον, ῥάχος. Et Alexander Ætolus apud Macrobium dixit de Diana: βρυτεμον ἴππαν, h. e. ῥυτεμον ἵππαν, inversis elementis, fit à קָרַע, id est, scidit, rupit.

Ver, quasi *iver*, quòd omnia vivere eo tempore incipiant, Varro. Rectiùs ab ἔαρ, & contractè ἦρ: Jonicè βῆρ. Inde *ver*, *veris*, *verinus*: postea *vernus*. A ver, *vernus*, *vernalis*: ut à lethum, lethalis: à majus, pro magnus, *majalis*, postea ita sus appellatus, scilicet à magnitudine, aut ἐυεξίᾳ. Vtrumque verò & *vernalis* & *vernilis* in usu: sicut juvenalis, juvenilis: præstatum præstitum. & cætera. *Verculum* à vere, deminutivū. *Vernæ*, qui in villis vere nati, quod tempus, duce naturâ, fœturæ est Festus. ἔαρ ab ἰάω: quòd tum tellus omnia denuo emittat.

Verbum. J. C. Scal. c. 110. L. L. *verbi* vocabulum ab ipsâ aëris materiâ, quæ *verberaretur*, propterea quòd vox esset aëris impulsi sonus. Sic Plautus in Amp. voce facit verberari aures Mercurij. Idem: *proverbium*, quod ipsum verbum ex se sit, ac præterea pro alio verbo, id est, sensu supponatur. Apud Hebræos est דָּבָר, verbum: inde fortean quæritur Latinum. De illo è sacris.

VERMIS: si Gamma Æolicum præponas, à רמת

רִמָּה, vermis; è materie putridâ natus. Aut à רָמַשׁ, id est, reptavit רֶמֶשׁ, reptile. Quod vermibus proprium. A vermis *vermiculus*: ut à venter ventriculus. Verbum est *vermiculor*, à vermiculis arrodor. *Vermiculatum*, tropicè de opere dicitur pictoris, sculptoris, & architecti: quod ita pictum aut fictum sit, ut vermiculos referat: quod ita exscalptum aut exesum quasi sit, ut à vermibus solet.

Versutus. Cicero de Nat. deor. *versutos* eos appello, quorum mens celeriter versatur. Suidas, γιγλύμους πολυστρόφους, i. e. cardine versatilior Plautus Epid. a. 3. s. 2: *versutior es*, quàm rota figularis. Virgil:

Animum nunc huc, nunc dividit illuc.

Vertex, à vertendo: propter flexum capillorum, quòd in girum inibi quodammodo vertantur. *Vertumnus*: Prop:

Opportuna mea est cunctis natura figuris.

In quamcunq; voles, verte, *decorus ero.*

Idem:

Vertumnus verso *dicor ab amne deus.*

Seu quia vertentis *fructum percepimus anni.*

Vertumni rursus credidit esse sacrum.

Ovid.

Nomen ab averso *ceperat amne deus.*

Versicolor quid sit, docet J. C. Scalig. in Theoph. de plant. mihi quidem non omnis novatio videtur necessaria: verè tamen *versicolor* erit in pavone, aut columbâ, aut anate mare, pluma colli; quoniam colorem mutant suâ versione. Sic panni quidam serici, quos iccircò vulgus *Cambiantes*, flexionis origine græcâ, vocat. *Diverticulum*, à diverto: aut, ut in Glossar. *deverticulum*, id est, κατηφόδιον, ἐπίσημον. Cùm de viâ, vertimur ad παιδοχεῖον. *Adversaria*, sunt codices tumultuarij: quia semper præstò, & ad manum sunt, *adversi*, i. e, objecti. Aut ab *advertendo*, & scitu necessaria consignando. *Versus* etiam à *vertendo*, *versum*: de quo Scalig. lib. 2. poët. c. 5: *Vertere* idem est, quod sulcare, aut scalpere: tollere aliquid è superficie ita, ut depressio relinquatur. In ceris igitur stilo cùm ducerent notas, frequentativo usi sunt, sicut & agricolæ.

Vertunt enim terram, quia quod subtus erat, suprà ut sit, faciunt. Sic Cicero dicit *lineas exarare*. Ad eum modum *versus* dicti sunt lineæ illiæ, sive sulci, quibus verba scribebantur. Itaque in omni scripturâ tractus singuli orationis *versus* sunt appellati. Posteà cùm redegissent cantum ad numerum castigatiorem, antiquum *versus* nomen sibi fecere peculiare. Hæc Scaliger. Vbi mirum, quid Viris doctissimis in mentem veniat, quòd pro *vertere*, substituant *Verrere*. Planè contra mentem Scaligeri: & præter rationem. *Verrere* est σαίρειν, quisquilias colligere scopis, & ita postmodum trahere. At *vertere* est sulcare, aliquid tollere è superficie, ut depressio relinquatur. Et *versus* dicti sunt sulci: quomodo igitur à *verro*, id est, traho, ut explicant? Non enim dum *verris*, sed dum *vertis*, sulcos facis. Neque *verso* est frequentativum à *verro*: sed *verto*. Neq; *verrere*, sed *vertere* competit agricolis. Vt Græcis τὸ ἀροῦν est etiam vertere agrum, aut arare: πεπολῶ, est Terra ter proscissa aut versa. Sic igitur & Latinis est *vertere*.

Plinius: quo in genere censoria castigatio erat, minus arare, quàm *vertere*. Virgil: *Versando terram experti*

Ita rustici nostrates etiamnunc suâ linguâ utuntur τὸ *vertere*. Postea ab agricolis id verbi tralatum est ad animum & scripturam. Ad animum: Cicero, si me amas, diligenter *adverte*. Idem: Etiam illud pro tuâ prudentiâ debes *animadvertere*. Ad scripturam: Quinctius Atta,

Vertamus ferrum, à cerâ, mucroneq; aremus

Osseo

Et hinc *Adversaria* quoq; dicta. Iterùm more Græcorũ, qui ἀρόω, βουστροφῶ, βουστροφηδὸν, formam scripturæ à conversione bovis arantis nominant: ut notat Pausanias, & Marius Victorinus; cui etiam etymon versus à versurâ placet. *Cetera de genere hoc longum est, si dicere coner.* Satis, quæ posui: & vel unum elidat omnia, quæ pro *verro* aliquis afferat: inprimis librum Scaligeri impressum. Fateor, in eo est satis expressè τὸ *verrere*: sed semel, & culpâ typographei. Quod docent sequentia: & rationes. Quibus utrum plus fidei dandũ, an Typothetæ, disputare quid opus? *Vesper*

Vesper, ἕσπερος, *hesperus*. *Vesperna*, i. e. cœna, Plauto. Plinio, *vesperum* tempus, i. e. vespertinum. *Vesperugo*, quia vesperi prodit, seu apparet. *Vespillones* dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, quia vespertino tempore eos efferunt, Festus. *Vespertilio*, quasi *vespertinio*. Est enim vespertina avis.

Ovid. 4. Met:

Tectaq; non silvæ celebrant, lucemq; perosæ
Nocte volant, feroq; tenent à vespere nomen.

Græcis eodem modo νυκτερίς, *Nycteris*. Et Hebr. est עַטַלֵּף i. e. vespertilio, avis, quæ in caligine & obscuritate volitat, interdiu latet. Ex עִיט i. e. volavit: & עָלַף, id est, velavit.

Vestis, ab ἑσθὴς. Quanquam J. C. Scaliger abnuat cap. 26. L. L: Neque (inquit) quod possent suspicari, vestis ab ἑσθὴς: sed à ve & ἕννυμι, Græcâ origine, Latinâ terminatione. *Prætexta*, scilicet vestis, quòd prætexeretur purpurâ: in extremitatibus, aut oris; quod notat τὸ præ. In Plutarcho est περιφόρφυρος, id est, prætextatus & ipsa

prætexta. A *vestio*, *investio*, fecerunt *Investitura*: scitum sanè & dignum elegantiâ Lõgobardorum. *Vestifica*, quæ vestem spicit, id est, tuetur, ἐπόπτις. Vt *vestificus* in Mascul. (aut etiam *vestifex*) id est, vestium custos, inquit Nonius. *Induviæ*, ficut *exuviæ*. *Inducula*, *indusium*, ab induo, *indutum* & *indusum*: non quòd intus erat, ut Varro opinatur. Græcum est ἐνδύω. Sicut ἐνδύω, exuo: quasi *exduo*. *Subucula*, quasi *subducula*: velut *inducula*. Simplex est δύω: Latinum *duo*; quod saltim in compositis. δύω, i. induo, ab Hebr. יָעַט vestijt. δύω, id est, subeo, ab עָרָה subijt, ingressus est. Ita Græcorum λάτρον, i.e. vestimentum: λέτρον, λέπρα, i. e. cortex, liber: à לְבוּשׁ. quod idem.

Via. J. C. Scaliger cap. 29. L. L. E in I abit *veha*, *via*, ut vult Varro. Aut ab οἶα, in Apollonio: docẽte Filio Josepho. Idem ibidem: à *via*, est *villa*. *Avium*, id est, à via ἀνόδολον. *Pervium*, per viam. *Obvium*, ob viam: conjuncte *obviam*: & verbum *obviare*. A vijs facit Varro *vicum*.

Aut

Aut ab Hebræo שׁוּק, per metaſtaſin. Id eſt platea, vicus. A *vicus*, *vicinus*: ut à mare marinus, à fera ferinus. Nam *NVS* eſt clauſula terminalis.

Vibex. Joſeph. Scaliger in conject. ἴβικας Græci vocant σιγμὰς, Heſych. Inde vibices.

Victimæ, erant majora ſacrificia. Joſeph. Scaliger in Catal: ad illa: Et maxima taurus *victima*, notat: Vides doctiſsimum poëtam Virgilium victimam de magnis dixiſſe; certus, veteribus illis, qui purè loquebantur, obſervatum fuiſſe. Quod verum eſſe manifeſtò Plautus docet in Pſeud. ex verbis lenonis: Nolo *victimas*: minimis me extis placari volo. Nam *minima* exta oppoſuit *victimis*. Sed ludit comicè in voce *minimis*, reſpiciens ad minas viginti, quibus ſibi litari volebat. Adoleſcens verò jocum non percipiens, jubet arceſsi agnos: quia eæ ſunt minimæ hoſtiæ, & quæ verè victimæ dici non poſſunt, cùm ait: propera, quid ſtas? arceſſe agnos. Itaque male legitur hodie, *agninis extis*. Vox fluit à *victum*, *vinco*. Ita apud Agellium legimus *hoſtiam* poſt cæſos hoſtes à ſacerdote quovis immolari ſolitam: *victimam* ejus, qui viciſſet, manibus.

Ovid. 1. Faſt:

Victima, *quæ cecidit dextrâ victrice, vocatur*:
Hoſtibus á domitis hoſtia *nomen habet.*

Vinco eſt à vi: de quâ alibi. Nec admodum diſſonat, νικάω, ὦ: παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, à non cedendo. *Provinciæ* appellantur, quod Pop. Romanus eas *provicit*, i. e. ante vicit. Feſtus. *Nice*, νίκη. *Eunice*, ab εὖ & νίκη. *Veronica*, φερενίκη, quæ victoriam reportat. *Epinicion*, ἐπινίκιον: quod fit partâ victoriâ. *Nicolaus*, i. e. victor populi, λαὸς: ſicut *Menelaus* eſt robur populi, aut animus: μένος. λαὸς ab Hebr. לְאֹם, id eſt, populus: vel à לְעֵז, id eſt, *Laicus*. Nicolao reſpondet *Demoſthenes*: à δῆμος, & δέω, δέος, id eſt, Robur. δῆνος à חָסַן, id eſt, corroboravit. Item *Demonicus*, & inversè, *Nicodemus*. At *Demetrius* eſt terror populi: τρέω, id eſt, tremo. Alioquin δημήτριος eſt Cerealis. Δῆμος verò eſt populus. *Epidemius*, ἐπιδήμιος, ἐπίδημος.

Damium eſt ſacrificium, quod pro populo fiebat: δήμιον i. e. publicum: δημόσιον i. e. publico. Δῆμος ab Heb. עָם: ut ſit δῆμος propriè multitudo copioſa, aut agmen populi confertum. A Rad. עָמַם: unde & ἄμμος, arena collecta, quâ operitur ſolum. Ab ἄμμος eſt ψάμμος.

Video. Macrob. 1. Sat. c. 15: quod Græci εἰδεῖν dicunt: nos V literâ additâ *vidēre* dicimus. εἰδῶ, εἰδέω, εἶδος, ἰδὲ & reliqua, ab Heb. יָדַע, novit, vidit. *Invidia* tùm eſt, cùm invidetur. Ab invidendo a. *invidentia* rectè dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum deductum eſt, à nimis intuendo fortunam alterius, ut eſt in Menalippa: *Florem quisnam Liberûm invidet meûm?* Male Latinè videtur: ſed præclarè Actius. Vt enim *videri*, ſic *invideri*, *florem* rectiùs, quàm *flori* dicitur: nos conſuetudine prohibemur. Poëta jus ſuum tenuit, & dixit audaciùs: 3. Tuſ. Cicer. qui ibidem, invidos liveſcere ex nimiâ videndi curâ, ait. *Inviſus*, ἀνοίας eſt *non viſus*: vulgo inimicus, cui oculos q. denegamus: quale & verbum eſt, Deſpicio. *Inviſitatus* id eſt, non ſæpè viſus, haut ſemel apud Livium eſt, teſte Lipſio: apud Apulejum, Colvio: qui etiam *invidere*, pro non videre præſtat. Et *inviſus*, pro *non viſus*, Cicero dixit in orat: ſuper Aruſp. Reſp. *Non inviſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra*: notante Scaligero contra Eraſmum. Ita Caſaubonus in Apolog. Apuleji: digna, inquit, vox Apulejo *invidere*, pro, non videre: ut *inviſus* pro non viſus apud M. Tullium. Si quis propter hujusmodi voces faſtidiendam putet hujus eruditiſsimi ſcriptoris orationem, eum ego cenſeo quid ſit Latinè ſcire prorſus ignorare. Nam certum eſt, optimos quosque Latinitatis autores plerisq; compoſitis cum *re* & *in* & *ex* multifariam uti ſolitos. Hæc ille. *Invidendus*, ut *acumen invidendum*, cui invideri poſsit: aut, quod *Futurum* ingerit, non videndum ampliùs: i. e. rarum, ſingulare, excellens, quale futura ſecula non videbunt, aut ferent. *Provideo* i. e. ante video. *Prudens*, quaſi *providens*. Cic. 1. de Leg. qui ingenij aciem exacuerit ad

ad bona deligenda, & rejicienda contraria: quæ virtus ex providendo est *prudentia* appellata. Græci melius φρόνησιν appellant: mentem potiùs, quàm sensum intuiti. Nî velis prudens, à φραδῶν. *Midas*, quasi μὴ ἰδὼν. Hujus nota est insipientia, & aures asininæ. *Videlicet* est videre licet, vel videas licet: suæ originis casum interdum retinet, Turneb. l. 15. c. 1. J.C. Scal. Exer. 325. *Viridis* à vegeto affpectu: à video. Et: *vitrum* veteres à videndo nominarunt. In antiquissimis libris est בַּרִח, viror: & בָּרַח, viruit. Inde potiùs *vireo* est. Et *DIS* in *viridis*, à vireo, est πανσάληξις κατὰ συγκοπήν. Vt *DVS*, in vividus à vivo: *LIS* in labilis à labor: in nobilis à noscо. Ab εἰδέω est & ἰδέα, & εἰδία: quod ratione accentus medium producit: alioquin apud Latinos corripit. Cic. 1. Acad. εἰδέων à Platone nominatam, nos rectè *speciem* possumus dicere. *Idyllion*: quod imitatione aliquid repræsentaret, à specie i.e. imagine: εἰδύλλια παρὰ τὰ εἴδη καὶ τὰς ἰδέας dixere, deminutivo flexu: vel propter brevitatem, vel ob modestiam, ac rei humilitatē. *Idolum*

εἴδωλον, idololatria i. e. imaginum cultura, ab εἶδος. *Idoleum*, εἰδωλεῖον i. e. delubrum, aut ædes idolorum. Formatur ut δοχεῖον, μνημεῖον, χορηγεῖον, ζευγηλατοῦμεν. 1. Cor. 8. ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον. i. e. in fano aut ede superstitiosâ.

Prudentius:

Et quis in idolio recubans inter sacra mille - -

De epulo, aut convivio qui accipiat; non de loco. Hellenismi ignarus est. In *idolum*, Prudentius mediam corripit. Quod alij per systolen excusant: alij aliter. Tryphon Grammaticus per εἴδεων, quæ fit στοιχεῖε ἢ στοιχείων ἐλάτ[illegible]σις: ut σκῆπτον, pro σκήπτρων: εἴδολον, pro εἴδωλον. Ios. Scal. l. 2. Auson. c. 25: In Græcis nominibus non quantitatem, sed accentum spectabant: quia, ut etiam notat Servius in libello de accentibus, Latini eundem accentum, quem Græci habent, efferunt in Græcis nominibus. v.g. quia Græcis vox hæc εἴδωλα habet accentum in prima, Latini eodem accentu extulere, idōla. Quæ quidem vox semper est dactylus apud Prudentium. Græcis dicitur ἐνυπνίδιον: eodem accentu Latini semper extulerunt. Propterea penultimam

timam producit Sidonius, non quantitatem, sed accentum Græcum secutus. Orchestram quatit alter Euripides. Ijdem Græci dicunt μαρτύας. Propterea secundam producit idem: Marsyæ; timet manum, ac rudentem. Ijdem Græci pronunciant ἄρατος: nomen ejus, qui scripsit phænomena. Sidonius contra veterum Latinorum morem, qui mediam semper produxerunt, corripit: *Diversas Arato vias cucurrit.* Denique; inspice totum Sidonium, totum Prudentium, & alios: invenies semper eos, non syllabas Græcas, sed accentum Græcorum esse secutos. Sic Ausonius in voce τείχων facit, quia accentus non est in media, quæ lōga est: propterea eam corripit: Per totidem partes Trigonorum regula currit. Et: Fulgur tetragono aspectu vitale coruscat. Quis audebit dicere, Ausonium ignoratione Græcarum literarum hoc commisisse? Nemo sanus quidem, ut puto. Sed ijs temporibus stultè videbatur non ibi producere syllabam, ubi accentus esset: quia is est mos linguæ latinæ adeò, ut Plautus in hoc secutus sit judicium vulgi: quia

non cum doctis, sed cum plebe sibi rem esse videret. Nam semper apud illum Phædromus est dactylus: quia Græcè Φαίδρομος. Item quia φίλαυτος dicitur, accentu in primâ, eodem modo mediam corripit. & nunquam aliter invenies apud Plautum, quin mediam in nomine Philippus corripuerit. Quod mirum est in positione. Sed quærenti causam, accentum semper prætexet. Talia multa sunt apud Plautum, &c. Contrà ætate Plauti, ut in quantitate syllabarum: sic & in declinationibus Latinismos admittebant. Dicebant enim Nestōrem, Hectōrem: quomodo rectorem, mensorem.

Vinum à Græc. οἶνος. Aeoles, quos maximè repræsentant Latini, φοῖνος. Ab Heb. יַיִן i.e. vinum. *Vitis* à vino, inquit Varro: videlicet ejectis aliquot elementis, quasi dicas, *vinitis*. Heb. גֶּפֶן est vitis. *Vinea*, locus aut septum, in quo vites plantantur, οἰνέα. Etiam bellicum instrumentum, aut machina ita dicitur.

Lucanus:

Tunc adoperta levi præcedit vinea terræ

Sub

Sub cujus pluteis & tectâ fronde latentes
Moliri nunc ima pavent, & vertere ferro
Mœnia - -

Vnde elicitur, cur vinea dicta. Quod etiam notavit Horomannus: quòd, ut in plerisq, locis vineæ sepibus vimineis, ita hæc tectis vimineis muniri soleant, à *demendo vino*: quando uvæ decerpuntur de vitibus. Metaphoricè aliò tralata cernitur. Plinius: prima mellis *vindemia* melior. Columella mox vere transacto sequitur mellis *vindemia*. Græci carmen peculiare frequentarunt tempore torcularium, seu vindemiæ, quod vocârunt λήναιον καὶ ἐπιλήναιον: in honorem Liberi patris. ληνὸς est lacus præli torcularij. Inde & *Lenæus*, ληναῖος, non à leniendo, ut quidam pertendunt. Porrò *villum* deminutivum est. Prius *vinulum*, deinde contractè *villum*. Quid *vinnulum*, aut *vinulum* sit Dousa exponit: Nugatorium hoc verbum est (inquit) *vinula*. Quocirca cum Nonio potiùs rescribatur *vinnula*. Sic Isid. l. 2. orig. *vinnulata* vox est lenis, & mollis, atq; flexibilis. & *vinnulata* dicta à *vinno* i.e. cincinno moliter flexo. Vnde nunc primùm discimus vocem *vinnulam*, seu *vinnulatam*, ad fractas & concisas illas effœminatissimis modis in concentu musico flexiones propriè pertinere: quod modulationis genus chroma indigitat Boëthius, quasi tu coloratam vocum compositionem interpretêre, minuritioni citandæ uniter accommodatam. Et festivè Plautus, qui ab hac formâ *vinnulam* orationem appellat, blanditias meritricias chromaticæ illius musicæ in modum flexuosas, cincinnitasque, nec nisi affectibus commovendis excogitatas, in est, dicta infracta, & quasi modulata voce labijs emissa modò, non autem è pectore penitissimo enunciata, notâ meritricum arte. Hæc ille. Mihi sic videtur: *orationem vinnulam* esse dulcem, mollem, liquidam, quia *vinum* redoleat; à *vino*: adeoque planè amatoriam: qualis è vino contingit, & inter pocula. Tunc enim miris modis jocamur, immò inepti-mus. Notum: Sine Cerere, & Bacchо friget Venus. Scribendum etiam esse *vinnulum* cum

Nonio, ut sic distinguatur à *vinulum*, quod deminutivum. Vt ita nihil opus sit *vinno* i. e. cinno Isidori, nec tam remotâ interpolatione. Plautus suo more i.e. lepidè vocat *vinum sine dentibus*, vetus. Senex enim γλυκύς. Vel dulce, quod non radat palatum, & fauces, sicut acidum, austerumve. Empedocles vinum vocat *aquam in ligno coctam*. Euripides γάλα τῆς ἀφροδίτης. Romani in sacris, *Lactonæ deæ*. Vinum recens dicitur *mustum* usitatè: καθ' ὑπερoχήν: & ex eo *musteum* pro dulci aut amabili. Aliâs est lati significatus, idem, quod novum, νέον. Ita Plauto *musta* luvenca est nova. Et monet idem origo, quam suggerit Jos. Scalig. in Varr. de re rust. Græci quidquid novellum, vocant μόσχον, ut

Homerus:

- - - μόσχοισι λύγοισι.

Latini idem retinuerunt. Nam ab eo manifestò dictum est *mostum*: seu, ut nunc scribitur, *mustum*: ut *musta* poma, *musta* ætas, Nævio: *mustum* vinum.

Viola: ὑποκοριστικῶς (ait Jos. Scaliger) ab ἴον: quod

idem significat. Sicut & *vigil*, ab ἀγρυπνὸς. Vnde ἀγρυπνιάω. Tantùm hîc, fateor, superfunt literæ aliquot radicales. Nec mirum. Vulgus ita solet, & tam res, quàm verba in alienâ linguâ sæpè detorquet, ut à suis civibus, si qui ab illo ævo prisco redirent, difficulter agnoscerentur.

Vipera, quasi *vipara*, quòd cum *vi pariat*. Sicut *puerpera*, à *puer* & *pario*. Basilius, viperas utero devorato fama est in lucem prodire. Quod idem testatur Plutarchus, Horus lib. 2; Apulejus in Magia, Hieronymus, Rhodiginus lib. 6. cap. 13. Sed & Græcis *Echidna* ἔχιδνα, ἔχις dicitur; παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γονὴν ἄχρι γενέσεως.

Virgilius. Eustathius in Navium catalogo apud Homer: *Vergilius* scripsit: ut & Johannes Baptista Pius. Contrà Donatus, Politianus, Ethnicographus Virgilium mavult: sicut & in Græcis plerumque epigrammatis. Nam & collectaneorum 2. apud Græcos, item in rusticis præceptis sic comperi annotatum: βιργιλιῶν. In fragmentis

Cæcilij Minutiani Apuleji veteris Grammatici scriptum comperi; *Virgilium* à *virgis* esse cognominatum, inter quas sit natus. Cui suffragatur illud Calvi:

Et vates cui virga *dedit memorabile nomen*
Laureæ--

Huic sententiæ Priscianus quoq; adjicit calculum.

Virtus: ut ἀνδρεία, ab ἀνὴρ: unde nomen, *Andreas*, proprium; *Andronicus*, i. virorum victor: *Andruare*, vetus verbum: ἀνδρίζεσθαι. Ita, secundum Cic. 2. Tusc. appellata est ex *viro virtus*. *Viri* enim propria maximè fortitudo, ujus munera duo sunt maxima, mortis doloris que contemtio. Et J.C. Scal. *virtus* apud majores nostros pro fortitudine tantùm accipiebatur. Plaut. Asin. ista *virtus* est, quando usus est, qui malum fert fortiter. A *viro* sunt *vires*, *vireo*, *virga*, *virgula*, *virguletum*, postea *virgultum*. *Virago*, Festo *vira*, more Hebræorum: quia è *viro*, & ad *virum*: contracte *virgo*. *Vir* à *vi*, non secus atq; Heb. אִישׁ, i. vir, qui præstat virtute & potentia, flectitur ab inusitato אַשׁ, i. viribus valuit, virum se præstitit. *Vis* est ab ϝίς, præposito digamma. A *vi* est etiam *vieo*, & *vigeo*. Item *vix*. *X* enim additum est in *vix*, adverbio, à *vi*: quod negat facilitatem. Vnde *vices*: nam quod per vices fit, videtur difficile esse, & *vix* fieri. Fortasse etiam rectum ipsum fuit *Vix*, *vicis*, à *vi*. Omnia tamen primò, & vix, & vir, & vis, & ἴς & ἰσχὺς & ἶσα, & reliqua manant è fonte Israëlis, quê citavimus, יְשָׂרָאֵל.

Cæterùm à *vir*, est *evirare*, apud Nonium, & Varr. Sicut effœminare, à fœmina. Jos. Scal. *Levir*, ἀνδρόδελφος, ex Græco δαὴρ. Quare propterea prima producitur ut apud Senecam in Octavia. Sic etiam ex Græco *socer*: nimirum ab ἑκυρὸς. Et *glos*, per contractionem, à γαλως.

Vitricus, P in V, quasi *Vatricus*, *Patricus*, πατρικὸς, πάτριος. Vox sapiente consilio facta. *Vitricus* enim neq; ipse pater est, neq; alter. Vtrumq; natura negat. Et tamen *patrius* ille est, non alienus, non hostis. *Patrius*, quia patri succedit: quia fide & amore complectitur privignum, non vulgari, sed patrio. Et hoc juris est. Illud verò facti, quod notant alij. *Vitricus*, inquiunt, dictus à *vi* & *trico*: quod per vim irrumpat in ædes & familiam alienam: uti plerumque solet imperiosum & impetuosum istud hominum genus.

Vitulor, Nonius à *vita* deducit, quæ interdum lætitiam, lubentiamq; signat. Vnde dea hilaritatis præses *Vitula*. Nævius:

Ducite eò argutis linguis mutæ quadrupedes
Vi in venatu vitulantes *ex suis*
Locis non mittant Pœnis decoratos feris.

Neq; aliter Ennius apud Festum: habet is coronam *vitulans* victoria. Varro, à *vitulo* deducit, quod Jos. Scalig. rectum putat. Id enim est μοχθεῖν Græcè apud Menandrum. Atq; istum Nævij versum ita laudat: Vt in venatu vitulantes ex avijs Locis &c. Lipsius l. 5. Ann. L. c. 22. *Vitulus* est ab ἰταλὸς, quod taurum notat, autore Hesychio. Agell. l. 11. c. 1. refert, quòd Timæus & Varro *Italiam*, ab ἰταλοῖς denominarint; quorum inibi magna copia fuerit, buceraq; in ea terrâ gigni, pasciq; solita sint compluria. Alij vocem hujus regionis non discernunt ab αὐτυλία, mutantq; υ in α, & ad imitationem dialecti *Aeolicæ*, vel κατ' ἀφαίρεσιν a, initialem literam abjiciunt. Romani enim, qui Latinæ gentis fuere caput, linguâ sunt olim usi, quæ ad Aeolicam proprietatem accedit, Dionysio Halicarnasseo teste, cui Priscianus assentit & Quinct. l. 1. c. 9. Jos. Scalig. ita: *Italia* quasi *Aitalia*. Sanè Αἴτης est nomen Lydium & Phrygium. *Lydos* verò in Italiam veniisse nemo dubitat.

Vivo, ζιόω, ζιῶ. *Vita*, ζιωφία. ἀμφίζια i. e. utrobiq; viventia. A ζιῶ deducit J. C. Scal. lib. 7. L. L. c. 149: *Beatus*, divitem notat, qui multa bene, ac benigne potest agere: at *Beatus* passivum est participium, quem bonis, ut appellant Græci ζῖον, fortuna voluit beare. *Beo*, ζιῶ. Olim *beati*, μακαρίτας, dicebantur mortui διὰ τὸν εὐφημισμὸν. Theoc. id. 2. Aeschyl. in Pers: ubi Scholiastes male notat, μακαρίτας dici τὰς τεθνεώτας: μακαρίους δὲ τὰς ζώντας. Neque enim id perpetuum.

Nam & νεκροὶ μακάρεσι dicuntur eodem sensu, quo μακάρεσσι. Sic & *felix* Latinis. Horatius: Omnes composui *felices*: nunc ego resto. Ita enim Scaliger hanc vocem ibi accipit. Sunt autem mortui dicti felices, aut beati: non quia mortui: enim θάνατος τῶν φοβερῶν φοβερώτατον ex Aristotele: sed quia meliorem vitam ingressi etiam Ethnicis credebantur. A *vivo* est *vivarium*, ubi continentur vel aves, vel pisces, vel feræ, quæ dumtaxat ad victum spectant, Valla l. 1. *Redivivus*: Jos. Scal. *Redivivum* ædificium est ex vetusto renovatum. Est enim verbum tectonicum. Vnde Cic. in Verrem: Vtrum existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide *redivivo*. Itaq; veteres magistri vertunt redivivus, παλιγκαπῆ. Sic Catullus pontem *irredivivum* dixit, qui prolapsus denuò instaurari non possit. Sed Tropicè: quasi ædificia, sint ἔμψυχα. Propriè *redivivus* est, qui redit in vitam. *Cœnobium*, κοινὸς βίος. *Convivo*, συμβιόω. Plautus, tecum convivere. Cic. Senect. Bene ma-

jores nostri accubationem epularem amicorum, qui vitæ conjunctionem haberet, *convivium* nominarunt: meliùs quàm Græci, qui hoc idem tum *compotationem*, tum *concœnationem* vocant. Omnium optimè Germani addunt τὸ εὖ ζῆν, Wollben. *Convivator*, qui instruit convivium, aut præest. *Magistrum*, vocat Juvenalis Sat. 3. *dictatorem* Plautus: *patrem cœnæ*, Horat. l. 2. s. 8. *Convivij dominum*, Agell. l. 13. c. 11. *modiperatorem* Varro l. 10. *regem convivij*, Sidonius l. 9. Nota; olim jactu talorum fuisse electum convivatorem; quod facit, ut autores multi intelligantur. Plautus in Mostel: Vide *tali* ubi sint. In asin: Jace pater *talos*, ut porrò nos jaciamus. Talorum jactus varij: *Venus*, *Canis*, *Senio*, *Chius*. Qui Venerem jecerat, magister convivij erat. Index Horatij lib. 2. od. 7: - quem *Venus* arbitrum Dicet bibendi? - - Etiã aliæ (ut quidam volunt) imagines, aut icunculæ insculptę talis fuere: ut vulturis, Herculis & similium. Quò referunt illud Plautinum Cistel: *Herculem* jacto *Basilicum*.

Qui

Qui tamen Lipsio idem, qui Veneris. Legatur Julius Pollux, Turnebus in Adversf. Plautus Taubmani, & alij.

Vlna: Servius, ulna propriè est spatium in quantum utraque extenditur manus. Cur hoc proprie? Quia Maro: Tres pateat cœli spatium non amplius *ulnas*. Alius: *ulna* propriè brachium. Quare? usu aliorum, nominatim Catonis: Pueri instar bimuli tremulâ patris dormientis in *ulnâ*. Et hoc rectè. *Vlna*, ὠλένη brachium, cubitus. Ex eo deinde sumta mensuræ ratio, aut spatij. Suetonius unum exponit cubitum: scilicet ex origine. *Vlna* ὠλένη, ὤλνη, si e excludatur. ὠλένη cubitus, brachium, πῆχυς. Hinc ἀκρωλένια, extremitates cubitorum. Et Juno dicitur, λευκώλενος, à candidis brachijs. Et ὠλεκρανίζειν Comicis est ferire cubiti aut brachij extremo, quod κρᾶνον, aut κρανίον, καθ' ὁμοιότητα ita nuncupetur. Poll. lib. 2. c. 4.

Vmbilicus, ὀμφαλικὸς, ὀμφαλὸς: φ in B, ut vulgo obsonium. In Plauto, ad *umbilicum*, id est, ad mediam partem. *Vmbilicus* enim media

pars in corpore. Cic. 6. in Verr: qui locus, quòd in mediâ Insulâ situs est, *umbilicus Siciliæ* nominatur. Apud Horatium epist. 14: promissum carmen, Iambos Ad *umbilicum* ducere, pro fine usurpatur. Solebant enim veteres librorum tegimenta *umbilicis* ornare; & tum opus erat perfectum. Mart. lib. 4. ep. ult. Jam pervenimus usq; ad *umbilicum*.

Vmbo. Turneb. in Var. & Jos. Scal. in Conj. Lego in Varr. *umbones* à Græco, quod ἄμβωνες. Græci ἄμβωνες vocant quidquid extumidũ est, & prominet, ut ventrem ampullarum, Plutarchus Lycurgo. In montibus quoq; ὑψηλὰς πέτρας ita vocant. Itaque quidam poëta vetus sic scripserat - - ἐπ' ὄξεσι ἀμβώνεσσι. Sic quoque Latini umbonem in eam significationem usurparunt. Statius Achil:

- - *undisonæ quos circuit* umbo *Maleæ*.

Id est, quod Poëtis Græcis, πρὼν. Idem in Theb:

Stant juga & objectus geminis umbonibus *agger*.

Idem in via Domitiana:

Tunc umbonibus *hinc & hinc* coactis.

In Theb:

- - vasto metuenda umbone *ferarum.*

Satis apparet, cur postea umbones in clipeis appellarunt, quos vocat ἐμφαλὰς. Polyb. lib. 6.

Vmbra: reperies quoque *humbra*. Non secus atque *ulcus*, *hulcus*, ἕλκος. Veteres enim, teste Quinctiliano, interdum negligebant flatum: *ircus*, *oedus*. Vulgo dicitur *umbra, aër carens sole, quod fit à dicujus corporis objectu, præsertim nubium.* Duplex erratum. Neque umbra aër est; sed in aere, ἀνωσία φαλός. Neque fit objectu inprimis nubium: sed terræ, & cæterorum, propter terram. Hæc enim, ut corpus opacum, spargit umbram in alteram partem à sole aversam. Atque sic efficitur nox, quæ nihil aliud, quàm umbra terræ, quod Cicero testatur. Ovidius:

Vmbraq; telluris tenebras induxerit orbi.

Lucretius:

- - nigrai noctis ad umbram.

Et:

- - terram nox obruit umbris.

Virgil:

- - noctis discesserat umbra.

Vmbra itaq; à terrâ, cujus etiam *color* dicta veteribus: &

inde ducta appellatio, *humi obroa*, χθόα. Post *humbra*, *umbra*. id est, terræ color. Is niger sive ater. Cujus proportionem habet umbra, nox, tenebræ. Ovid:

Jam color unus inest rebus, tenebrisq; teguntur
Omnia - - -

Nec quēquam fugit, noctem à colore illo solere describi, *nigram, atram, opacam, obscuram, fuscam*, ἐρεβεννὴν, μέλαιναν, ὀρφναίαν, μελανόπλεθρον, &c.

Virgil:

- nigrâ carpebat nocte quietem.

Idem:

- - ponto nox incubat atra.

Idem:

- - dono noctis opacæ.

Idem:

- - nox cùm terras obscura teneret.

Vnda, quasi *uda*, ab ὕδω, ὕδωρ. *Abunde*, quod plus satis. Itaque vulgo dicitur: *Satis abundeq;*. Ab *undâ* sunt verba, *abundo*, *exundo*, *redundo*. *Sudor* est aqua, quæ è poris à calore apertis manat; ὕδωρ: sicut ab eodem est ἰδρὼς. *Clepsydra*, à κλέπτω: quia furtim, & clam aquam subtrahendo, ut vix sentiri potuerit, apud veteres, horas distinguebat: velut arena apud nos. *Sudum*, quasi *se udum*, id est, sine udo

h. e.

h e. pluviâ & tempestatibus. Jul. Cæsar Scal. in Throph. *Vdum*, *uvidum* & *udor*, ab ὕδωρ & ὕειν. ἰνμὰς ad verbum, *mador*. Quæ vox Græcos etiam parentes habet, τὸ μαδᾶν. *Madidus*, *maduſa*, i. e. ebrius, apud Festum. Græcum pendet ab Hebr. מָטַר, i. e. irrigavit, pluit. מָטָר pluvia, mador. Scalig. ibidem: hoc est *uber* glebæ Virgilianum dictum à succo, ὕειν. Vnde *uligo*, quasi *udeligo*: sicut à *vitia vitiligo*. Jos. Scalig. Quia Syri, unde Græci per Cadmum acceperunt ὕλη aquam dicebant. Alijs *uber*, ab ὕδωρ. Sicut Homerus, ὕδατι ἀρούρης: Ita Maro, *ubere glebæ*. ὕδωρ Hebræum videtur: à יָהַר, i. e. uberavit. De *uligine* J. C. Scalig. repetit Ex. 39: cùm in Græciam Cadmus, simul cum literis, non paucas voces attulisset, ὕλη quoque importavit, quod aquam Syris priscis significavit. Vnde *uligo* & *ulva* etiam apud Latinos. Aliàs Hebr. אגל, uligo est & humor è rore rarefacto.

Vnus ab obliquo ἰνὸς, mutato E brevi, in V longum. *Vnio*, ἕνωσις. *Vnicus* est idem,

qui singularis, solus. Plaut. Capt: *Tibi ille unicus est, mihi est unico magis unicus.* Festus: Sardanapalus fuit *unicæ* luxuriæ, i. e. solius. Postea quia id, quod solum excellit: unicus est etiam, qui eximius, præstans. Afranius: quis tam sagaci corde, atque ingenio unico? id est, præclaro. Turpilius: homo *unicâ* est naturâ, & singulariâ. Plaut. asin. 4. 1: Tu poëta es prorsus ad eam rem *unicus*. i. eximius: vel etiam solus. *Vllus* ab *uno* ducitur. Fuit primò *Vnulus*, post contracte *Vllus*. *Nullus*, *ne ullus*. *Nullus dubito*, existimatur elegantius, quàm *Non dubito*. At parùm subest elegantiæ. Nam & origo & ratio reclamat. Quid enim est? *Non unus dubito*: aut *ne ullus ego*. Efficaciùs & commodiùs negatio fit, ubi adverbium præcesserit. *Trinunus* quod novè, sed optimè DEO tribuitur: facit obliq. *Trinunius*, non *Trinuni*. Nisi hoc per archaismum excuses. Dicebant enim *uni*, *uno*. *Propriùm* est *prope unum*. R interceſit, ut eò robustior sit vox. Cæterùm â Græco est *Catbena*, κατ' ἕνα, ex ordine, quo unum alteri & quidem simili jungitur. Nec inscitè à κατηχεῖν.

Voco, φωνέω. J.C. Sc. lib. 7. poët. c. 1. f. p. facit à βοάω φωνὴ, quasi φῶς νοὸς: quia sit nota mentis, ut quidam conjiciunt. *Invocatus*, i. non vocatus. Plaut. Cap. Et quia *invocatus* soleo esse in cõvivio. Nam *IN* & privationem & augmentum sæpè infert. *Vox* dicitur contractè: unde obliqui producuntur, φωνὴ: sicut lux. Inde est *convicium* q. *convocium* κατὰ βόησις: ut quãdo voces duorum velut colliduntur, ut alter præ altero vix audiatur. Festus, à *vicis* mavult. Pessimè nonnulli à *vitio*. Multa super eâ voce Valla lib. 6. El. c. 52: non pauca perperam.

Volguinus, i. e. Nicolaus, Demonicus. Volkwin. Balduinus, Ταχύνικος, qui citò vincit. *Albuinus*, *Alboinus*, *Alguinus*, & *Alcuovinus*, i. παντόνικος, omnium victor. *Andoinus* (inquit Lutherus) si Italico more, N pro L scriptũ est, idem quod *Alboinus*. Illi enim scribunt *Bononia*, cùm dicant *Bolonga*. Aliquin erit Handvvin, i. dextera victrix. Gosvvin videtur esse Husvvin, i. e. victor domorum. Aut melius *Fauquin*, quod nomen insignis ruffus in Belgio fecit celebre. Est verò deminutivum à *Fost*, corrupto: integrum est *Fustus*.

Volpes, aut *vulpes* usitatè. Jos. Scalig. in Conj. ἀλώπηξ, æolicè Fαλώπυξ, *Valopes*: quæ deinde *volpes*, non *volipes*, ut Varro.

Voro, βορῶ: mos ferinus. βορὸς, *vorax*. βορὰ esca, propriè animalium brutorum. Vorago barathrum profundum, omnia velut absorbens.

Voveo. J. C. Scal. Exerc. 310. sect. 1: optatio affectus est, hactenus præteritus à Philosophis. Est enim aliud à *voto*; quod ad aras, aut in periculis, contentiore voce fundebant populi preces dijs suis: παρὰ τὸ βοᾶν. *Votũ* igitur, ut aliquid ex antiquorum ritibus acutè dicamus, & provocatio deorum ad beneficia. Dabant enim aut pollicebantur, ut acciperent. Pocilium vini, aut mulsi, Mezentius Jovi, si vicisset. *Optatio* est idem, quod votum: sed sine stipulatione; simplex. Cùm *opem* à DEO petimus: hæc enim in ipso verbo sunt: id est, cùm oramus animo (nam vox in optatione accidens est, non necessarium) ut supplementum mittat Deus inopiæ nostræ. *Votum* Cicero vocat *sponsionem, quâ obligamur DEO*. Philo *petitionem boni alicujus à DEO*. Jos. Scalig. *optare* est eligere, considerare: ut, pars *optare* locum, i. e. eligere. Est optio electus, ab ὄπλα.

Vpupa quòd rex fuerit, poëtæ fabulantur, & mutatus in hanc avem, quæ etiam nunc filium Itym clamet, & desideret, jugulatũ à matre Procne; ultora stuprum sorori illatum à marito. Ovid. 6. Met. Vox toto est à sono avis istius proprio. Vt verò figmẽtum de metamorphosi poëtæ facerent plausibilius, sumserunt Græcorum ὅπου πῶ, i. e. ubi, ubi: quod est citantis & inquirentis. ὅπου, & Doricum πῶ, ab Hebræo אֵי פֹה, quod idem.

Vrbs, ab Heb. עִיר quod idem. Alij faciunt ab antiquo *urbare* & *orbare*: unde & *orbis*. Nec displicet. Est enim circulo circumscribere, aut termino. Ab ἔρδω, ἔρδω. Orbis uno termino clauditur, i. e. circulo. Vrbes eodem, aut saltim certo designantur limite, qui circulum majori parte repræsenter. Virgilius de Æneа:

-- humili designat mœnia fossâ, i. e. urbem definit, ὁρίζει.

Vrgeo, propriè est ad opus faciendum hortor, aut impello: nec aliter Autores capiunt. Ab ἔργω, urgeo, ἐργέω: quòd tantùm in compositis extat, ἀγαθεργέω, κακεργέω, γεωργέω. Ab urgeo facit Isaacus C. Saubonus, *Indulgeo*. Aut: indulgere propriè est contrarium *Surgere*. Ea enim origo vocis. Indulgere pro Inurgere dixerunt, inserto D: ut indolescere, pro inolescere: unde est indoles. Deinde L pro R posito. Vrgere est severi ἐργαθόωλος, qui pensum morose exigit. Indulgere est ejus, qui de summo jure aliquid remittit: ut ferè parentes liberis.

Vrim & Thummim fuisse in pectorali, θέσπιδια Pontificis è 28. Exodi satis appareret. Quid fuerit, non ita. Eleazar, Aaronis successor, jubetur consulere *Vrim*, Numer. 27. Et: non respondit ei Jehova, neque per somnia, neque per *Vrim*, 1. Samuel. 28. E quibus per *Vrim & Thummim* responsa divinitus esse data certum est: quo-

modo, incertum. Pleriq; putant, luce pulchriùs micante, Si DEVS annuisset. Neque id temere. אוּרִים sonant lumina: ab אוֹר, nituit, splenduit. תֻּמִּים perfectiones: à תָּמַם id est, omnibus modis perfectus est. Has voces 70. interpretantur, declarationem & veritatem: Chaldæus, ut mos Hebræorum fuit mysteria condere, servavit ἀνεμνήστως.

Vro, πυρόω: πῦρ ignis. Primò enim fuit *Buro*, postea *uro*, πυρῶ. Reliquum est *comburo*: & *bustum* i.e. locus propriè ubi cadaver combustum esset. Statius eam ob causam dixit, *fumantia busta*. Et Lucretius *Busto* addit. *Cinefactum. Pruina*, quæ densior & compactior est nive, ideoque ob partium constitutionem *urit*. Vnde nomen. *Vrit ergò plus*: Sicut arundo ignita plus, quàm stupa; J. C. Scalig. Mantuan. Frigent urentibus arva pruinis. Eâdem causâ etiam *Prunæ* dicitur quamvis evidentius urat & graviùs. Idem Poëta: — *prunis torrentibus ardens*. *Burrhus* πυῤῥὸς i.e. rutilus, in-

star ignis. Festus, rustici *burram* appellant buculam, quæ rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo, ac potione ex prandio *burrus* vocatur. Quod verbum in eodem sensu retinet Hispanica lingua. *Burracos* enim vocat ebriosos: & vas vinarium, *burraceam*. *Pyra*, πυρὰ & Jonicè πυρὴ i.e. strues lignorum, cui ignis subjectus. *Pyramis*, πυραμὶς: quia structura instar ignis, acuminata: quam ob rationem inde etiam *pyrum*, *pyrus* flectitur. *Pyrites*, lapis quoniam ignis insit: Latini *ignarium* vocât; quidam *vivum*. *Pyrrhichiũ* vocant, ut ego arbitror, ab *igneâ* celeritate, inquit J. C. Scal. l. 2. Poët. c. 3. Item *pyrgus*, πύργος: unde Germ. Burg. Apud Hebræos בִּירָה est arx, τεῖχος: à quo *Baris*, βάρις. Apud Syros בּוּרָא est ignis. πῦρ autem est originaliter ab Heb. אוֹר i.e. ignis, focus. Rad. est אוֹר i.e. illuxit. Item בָּעַר est arsit. Et חָרַר ustus est. A πυρῶ est quoque factum à Romanis, *Puro* Ignis beneficio omnia fiunt pura, ut aurum. *Purum putum* dicimus ita, ut — pu-

putum sit à *putando*, non à *puro*, apud Agell. l. 6. c. 5. Alijs *putum* à πυθὸν dicitur: Sed est ferè alius significationis, habetque primam longam, autoritate Juvenalis. Apud Hebræos verò expressè est בָּר id est, purus, בָּרָה pura. Rad. בָּרַר i. e. purificavit: Si inde allubescat ducere Latinum. A *purus* est & *purgo* i. e. purum ago, seu facio: Sicut *indago*, quâ de formâ alibi monitum. Ab *uro* etiam fit *urtica*, quia *urit*. Est enim, quod ait Macrobius, *igneæ naturæ*. Simili modo in sanctâ linguâ סָרָב dicitur urtica, quæ adurat. Cognatum est זָרַב i. e. adusit. *Ira* quasi *ura*. Hebr. חָרָה i. e. exarsit irâ: & חֳרִי i. e. ardor: hinc & ὀργὴ. Affine est חָרַר i. e. aruit, exustus est. Nam *ira* est ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος ἢ θυμός l. 1. de anima c. 1. Quo nomine etiam — *excandescentia* Latinis dicta. Dum verò Valla — lib. 6. cap. 11. aliunde causam venatur, vel à sole, igne, vel mari, aliquid conatur quidem, sed conatur —

tantùm, parùm efficit. Inter alia sic ait —: quod Sol quanto candidior, tanto ardentior: ita animus dum — ira concitatus est, inflammatus, incensus, & excandescens dicitur —. Sed hoc est ἀπαιτεῖσθαι τὸ οὐ λεχθέν. Id quæritur enim, cur homo dicatur inflammari, aut excandescere quando ira subit. Causam ex Aristotele dedimus. Græcorum κοτέω, κότος est à קוּט vel קָטַט id est, ægre tulit, pertæsus fuit, aut iratus. *Dirum* est à *DEI irâ*, ait Julius Cæsar Scaliger in Theo. de plant. Apud Heb. est דְּרָאוֹן id est, diræ. Ab *ira* est & *irrito*; ἐρέθω consonat. Nî fortean à *ritu*: sicut *prorito*.

Vrina, οὖρον, ἐρέω, urinam reddo. *Palinurus*, παλίνουρος, qui iterum meijt. *Lyncurium*, id est, succinum, ita nuncupatur; quia crediderunt esse glaciatam Lyncis urinam. Alij malunt *Lingurium*, quasi *Ligurium* — quod Theophrastus in libro de Lapidibus in Liguria — effodi prodidit: & Strabo, Ligures lingurio abundare

voca-

Vocatur etiam *Electrum*, ἤλεκτρον: à fulgore solis æmulo. ἥλιος ὁ ἥλιος sol: ejusdem ortus cum ἠλέκτωρ, non, ut Græcis commentari libuit. *Succinum* verò, quia ab initio succus: & is quidem mollis aut fluidus ita, ut bestiolæ implicentur, quæ postmodum, ubi induruit, intus apparent. At unde ille succus? Ex arboribus quibusdam: sensu aliquam multorum.

Virgil:

Pinguia cortieibus sudent electra myricæ.

Claudianus:

Roscida frondosæ revocant electra sorores.

Isidorus lib. 16. c. 8: Fertur arboris succus esse, & ob id succinum appellari. Alij succum, & quasi sudorem quendam terræ aut saxorum existimant: & ad classem bituminis pertinere. Quod ut verum libens accipio: ita nec veterum traditiones planè obeliscо configendas puto. Nam ex arboribus etiam manare succinum potest: non omnibus, sed certis aliquibus, & illis, quæ latè sint in locis succino abundantibus. E terrâ succinum: ab hac derivatur in arbores: ex his iterum in terram. Quale enim solum, tales sunt arbores.

Vter est ὁ ἕτερος. J. Cæsar Scalig. cap. 127. L. L. *Vter* pronomen esse constat: non enim differt à *Qui*, nisi per modum: quoniam duobus tantùm apponitur, *Vter*: *Qui* verò pluribus. Et cap. 93. *Vterque* non habet relationem à duobus ad singulos: sed à singulis ad duos transfert significatum. Nam cùm dicas, *Vter*? unum intelligis ex duobus. Itaque colliges ambos in responsione sic: & hic, per conjunctionem *Que*, *Vterque*. Itaque non est dividuum, sed dividuo contrarium. *Neuter*, quasi *ne uter*. Recentiores delicati malunt dicere, *Generis neutrius*: quàm *neutri*. Sed antiqui sic inflexere, *Vter*, *utri*, *utro*: sicut *unus*, *uni*, *uno*, *unum*, *une*, ut est apud Catullum. Et Terentium mihi solæ.

Vtor, χράομαι, unde Latini fecerint, Jos. Scaliger in Conj. ἐυστόχους tradit: ἔθω, ἔ-οιθα, unde ἔοιθε factum: ut ab εἶκα, ἔοικα. Ab illo ἔοιθα, *oitor*, *oisus*: *utor*, *usus*: ut μοῖσα, μᾶσω.

Vxor,

Vxor ὄαρ, quasi *unxor*. Ita dicta, quia adipe lupino, secundum nonnullos, postes novi mariti *ungeret*.

X

Xenium, ξένιον, ἢ ξένιος i. e. donum hospitale, seu munus, quod datur hospiti. *Xeniola* deminutive Apulejus. *Proxeneta*, προξενητὴς: *Proxenus*, πρόξενος. Ab excipiendo hospites. Dein laxiùs fusa significatio. *Polyxenus*, πολύξενος: quasi tu dicas, multorum hospitum. *Xenodochium*, aut *Xenodocheon*, ξενοδοχεῖον: à δέχομαι id est, hospitum receptaculum. ξένος ἢ ξεῖνος ab Heb. זוּר id est, in hospitium divertit.

Z

Zamia: Plautus Aul. ubi manum injicit benignè, ibi onerat aliquâ *zamiam*. *Zamia* ζαμία, ζημία. ζημία: à זָמַם, damnavit, ut pernicioſum rejecit. Vel à זָעַם detestatus est, repudiavit.

Zea ζέα ἢ ζειὰ. *Zeopyron* nomen habet è *Zeâ* & *pyro*: quod mediam inter illa naturam, & quasi ex ipsis compositam sortiatur: Galen. l. 1. de alim: Fac. c. 13. De *zea*, ut & alijs J. C. Scal. de Insom. *Ptisanæ* nomen deductum etiam ad alias materias, ex Horatio scimus: qui ex oriza *ptisanarium* dixit, voce deminutivâ. Quâquam ex alijs frugibus certâ sibi nomina comparavit: Vt apud Græcos, χόνδρος, quem corrupto nomine *Candarusium* vocant Arabes: Latini *Alicam*. Ea ex Zea fiebat. Ex frumento quoq; factam ait Plinius, tam apud Latinos, quàm apud Græcos, translato nomine ab ipsâ fruge, ex quâ fiebat, in rem ipsam factam. Siquidem *Chondros* tritici genus, ex quo quæ fieret *ptisana*, *chondros* quoq; dicta fuit. Eodem modo *Zea*, quam nunc *speltam* vulgus vocat, *alica* quoque dicta est: ex quâ quæ fieret ptisana, nihilominus alica nominaretur. Sed & ars finxit nomina. Nam ex viridi hordeo *polenta* dicebatur.

Ptisa-

Prisana ex integro percocto, atq; excreto: *omelysis* ex molito. *Polentam* quoq; ex tosto facit Galenus.

Zebaoth. Græcis, κύριος σαβαώθ i. e. dominus Sabaoth. Hebraicè צְבָאוֹת, Zebaoth i.e. exercitus, στρατιά. A radice צָבָא, militavit. Vnde etiam ξιφος, instrumentum militare. ensis. *Xiphias*, piscis, item cometa & herba: ab illius figurâ. ξιφίας.

Zephyrus, ζέφυρος: optimè quasi ζωὴν φέρων. Plinio, *genitalis* mundi Spiritus.

Zizanium, ζιζάνιον: quod exprimit Syrus: zizane, זִיזָנָא. Suidas: ζιζάνιον, ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρος. In trivijs flectunt παρὰ τὸ σῖτος: quasi σιτοφόνιον, aut σιτοζάνιον. Quod frugibus innascatur & noceat. Quia verò pleraq; hactenus sive ducta, sive tracta sint nobis, ex Hebraicis: & hoc faciamus à צִיצִי. Istæ enim herbæ præter flores, & eos quidem speciosos plerumque, nihil ad esum conferunt, ut fruges. Dico, ad esum, non usum; quem medici experiuntur. Vt ita *zizania* sint, quæ tantùm florent, sine fructu ζρωσίμων. Vt sunt ononis, gnaphalium, ptarmica, anagallis, centaurium, galiopsis, stœchas, linaria & alia, quæ omnibus obvia.

Zodiacus, Aristoteli λοξὸς κύκλος. Vulgo ἀπὸ τῆς ζωῆς: quòd vitam & vigorem sol cum cæteris planetis sub isto circulo, nobis largiatur. Verius ἀπὸ τῶν ζωδίων (quanquam & hoc à ζωὴ, ζάω): i.e. ab animalibus. Quorum & configurationes & nomina publicitus trita. Similis est Græcanica vox: τὸ σημειοφόρος. Lucanus & Claudianus appellant *signiferum*. A duodecim signis, aut animalibus.

GRATIAS TIBI DOMINE JESU.

PRÆTERMISSA.

Pag. 96. col. 2. v. ult. adjiciantur sequētia: κάβαλλος Græcis & Latinis caballus, non quivis equus dicitur, sed jumentum d ossuarium, παλαιρρῆν. Hor. *-olitoria rura mercede caballum*; aut pistrense, Ausonius: Cui &c.

Pag. 147. a. sub sign. †

Cyclops. κύκλωψ, id est, habens oculum instar cycli. Non dubium est, quin & *Coeles* à κύκλωψ. Sic duplices Græcorum literas desinentes Latini mutant in S. Joseph. Scaliger in Conject.

Pag. eadem. b. sig. *

Cypselus, κύψελος; nomen avis, apud Aristotelem: ab Hebræo קִפְּזוֹן id est, *cypselus*. E genere hirundinum. Græci faciunt à κυψέλη: ob causam, quam juxtà nobiscum ignorant.

Pag. 292. b. sub sig. [†]

Metior. Meta est propriè congeries, seu strues in acutum tendens. Ita ajunt: & audio, sed præter verba nihil, quod persuadeat. Aliter origo docet: aliter usus Autorum. Lucretius aptè:

-- Vt verras metas ad solstitiales.

Est enim *meta* propriè terminus, sed justo modo aut μέτρῳ peculiariter definitus. A *metari, metiri*: ficut stare, stire. Et ubique ita reperies in omnium libris. Ita meta lactis, meta fœni dicitur: quando lac, fœnum, è confuso, è dispersо redigitur ad certum terminum, aut modum, aut figuram: qualis etiam sit, modò aliqua & certa. *Metior* & *metor*, à μετρέω. *Metrum* μέτρον. *Metreta* μετρητὴς. Vltimò ab Hebræo מַד id est, metrum. Rad. מָדַד id est, dimensus est, metatus est. *Symmetria*, vox (Vitruvius & Scaliger vocant *commensum*) magis congruit cum re, quàm *condecentia*, ut loquitur Cicero. *Geometra*, γεωμέτρης: in Glossario, Agrimensor.

Pag

Pag.401.a.ante Pumillus:

Puls, ἀ πολτος, apud Athenæum, probante Jos. Scalig. Aut potiùs ab Heb פּוֹל, scilicet à materia, ut sunt fabæ, pisa, oriza, & alia legumina. A puls *pulmentum*. Plautus: Ipse ego pulmento utor magis unctiusculo. Apulejus: Quàm mellitum pulmentum apparas.

Pag.465.a.sig. †

Sphinx, σφίγξ. Statius, Si sphingos iniquæ Callidus ambages te præmonstrante resolvi. σφιγγω, stringo: à שָׁפַח destrinxit.

Pag.ead.b.sub sig. *

Spuo, πτύω, quasi πτύω & σπύω. A sputum *spuma*. Macrobius, Spiritus ex animâ calidâ spumas agit albas.

INDEX

INDEX.

A	27
Aaron	224
Ἀάζει	303
Ab	27
Aba	357. 486
Abactor	43
Abbas	357
Abarca	27
Abare	486
Abazea	27
Abazos	27
Abdo	157
Abdomen	157
Abel	28
Abies	174
Ablectum	163
Ablegmina	163
Ablego	163
Aborigines	341
Aborigines populi.	15
Abrotonum	28
Abs	396
Abscondo	157
Absconsum	157
Absinthium	28
Absolutum	456
Abstemius	488
Absurdum	480
Abunde	532
Abyssus	28
Ac	27
Academia	28
Acanthis	116
Accendo	108
Accentus tres	110
Accido	27
Accipiter	221
Accubatio veterum	131
Accubuus	144
Accuratum	137
Accusatio	118
Acuso	118
Acerbus	31
Acersecomes	135
Acervus	31
Acesco	31
Acetarium	31
Acetum	31
Achates	373
Achelous	64
Achæmenes	29
Achæmenij	29
Acheron	30
Acherontius	113
Achillea	30
Achilles	30
Ἀχθω	78
Achivus	70
Ἀχίω	45
Achor	310
Achores	30
Ἄχω	30. 45.
Ἄχυες	31
Acicula	31
Acidalia	517
Acidus	31
Acies	31
Acinaces	31
Acinus	31

НБ ОНУ імені І.Мечникова

Aconitum 31. 32
Acre 30
Acribes 30
Acrimonia 30
Ἄκρον 30
Acrocerannia 121
Acroſtichis 30
Acta 264
Actus 244
Actutum 45
Aculeus 31
Ἀκτάω 79
Acus 30
Acutum 31
Ad 320. 326
Adagium 43
Adamas 158
Adeps 32
Adgrettus 212
Adiantum 32
Adiaphoron 188
Adipiſcor 61
Adjugo 243
Adminiculum 279
Adolabilis 158
Adolphus 415
Adorea 168
Ador 168
Adorioſus 168
Adſeſtrix 330
Adſum 391
Adverſaria 319
Adulor 32
Adulterium 47
Adur 169
Adus 169
Adytum 32
Ædes 33
Æditimus 34
Aëdon 373
Ægilips 132
Ægis 34
Ægoceros 138
Ægritudo 34
Ægrum 34
Ægyptus 34
Æneas 35
Æneatores 37
Æneolum 37
Æneus 37
Ænigma 35
Æquidiale 152
Æquimanus 278
Æquinoctiale 152
Æquivoca 222
Æquor 35
Æquus 35
Aër 33
Ærarium 37
Æreficium 37
Ære diruti 37
Æripes 37
Æripes 37
Aërius 33
Ærumna 36
Eruſcare 37
Es 37
Αἴσιμόω 479
Æſtas 36
Æſtus 36
Ætas 39
Æternus 38
Æther 37
Æthiops 176

Æthon 39
Æthra 38
Æna 39
Aëtus 216
Æviternus 39
Ævum 39. 154
Affabilis 184
Affamen 184. 327
Affaniæ 96
Affatim 184
Affligi 237
Africa 413
Africanus 247
Ἀγάπαω 51
Agaſo 76
Agatha 42
Ἀγαθὸν 42
Ἀγχόνη 400
Age 42
Ἀγέλη 42
Agellius 40
Agellus 40
Agenos 246
Ager 40
Ager novalis 40
Ager reſtibilis 40
Agger 41
Ἄγω 41
Agmen 43
Agnatus 207
Agnes 41
Agnomen 322
Agnus 42
Ago 42
Agolum 43
Agon 42
Agonalia 42
Agonius 42
Ἀγορά 347
Agoræus 233
Agrippæ 368
Agroſus 40
Ah 306
Aha 306
Αἰάζω 45
Ajax 45
Αἰβοῖ 306
Αἰδὼς 33
Αἰδὼς 126
Αἶγος 35
Αἶξ 34
Αἶρος 242
Αἴρω 186. 400
Αἴτιος 118
Al 166
Ala 372. 372
Alabaſtrum 46
Alacre 30
Ἀλαλάζω 303
Alapa 133
Alaricus 442
Alaſtor 46
Alban 46
Albertus 442
Albinus 534
Albis 46
Albus 46
Alce 46
Alcides 46
Alchymia 166
Alea 118
Alkum 46
Alemani 75
Alembic 166

НБ ОГУ имени И.Мечникова

Ales 372
Alesco 48
Alga 47
Algeo 46
Algus 47
Ἁλίεαν 385
Alica 539
Alid 47
Alioquin 47
Alius 47
Aliuta 47
Allegoria 395
Allodium 47
Ἅλως 47
Almanac 166. 175. 289
Almageste 166
Almities 47
Alpes 46
Alpha 48
Ἀλφὰ 48
Ἀλφεῖν 48
Alphonsus 415
Alsine 48
Ἅλσος 48
Altare 48
Altellus 48
Altè ligatus 48
Alter 47
Altero 47
Alteruter 47
Altum 48
Altum pro mari 48
Alucinor 217
Alumen 239
Alumnus 48
Am 55. 156
Ἄμαλα 292
Amanuensis 218
Amaracus 50
Amarantus 50
Amarus 281
Amazones 283
Ambages 43
Ambarvalis 73
Ambaxi 45
Ambegnus 42
Ambidens 60
Ambigo 43
Ambiguum 43
Ambimanus 279
Ambio 173
Ambo 50
Ambrosia 316
Ambub 447
Ambubaiæ 447
Ambulo 50
Amen 50
Amentum 62
Amethystus 50
Amicio 229
Amicitia 51
Amiculum 229
Amistis 147
Amita 51
Amitto 295
Ammoniacum 29
Ἄμμος 523
Amnis 50
Ἄμνος 42
Amœnus 308
Amolior 171
Amo 50
Amor igneus 51
Amor quid 51

Amphibia 529
Amphimalla 514
Amphitrite 196
Amphitryo 196
Amphora 187
Amplector 446
Amplum 52
Ampluſtre 52
Ampulla 95
Amputo 404
Amſegetes 434
Amtermini 490
Amtruare 508
Amuletum 171
Amurca 52
An 237
Analecta 163
Analogia 164. 500
Analogia quid 24
Anakim 86
Anapæſtus 507
Anas 53
Anaſtaſius 240
Anathema 53
Ἄναξ 86
Ancæſa 100
Anceps 113
Anchuſa 69
Ancile 49. 291
Ancilla 53
Ancora 395
Anctum 69
Anculæ 53
Anculi 53. 148
Anculo 53
Ancus 519
Andinus 534
Andreas 115. 528
Andronicus 528
Androſæmon 54
Androſaces 54
Andruare 528
Anellus 55
Anemone 54
Ἄνεμος 54
Antractus 196
Angari 55
Angario 55
Angelus 55
Angeronia 70
Angina 69
Angiportus 70
Anglia 75
Ango 69
Angrini 75
Anguillæ 70
Anguis 70
Angulus 70
Anguſtus 69. 137
Ἀνία 365
Anima quid 55
Anima 55
Animal 55
Animus 55
Anitas 56
Anna 240
Annales 56
Anniculus 56
Annona 56
Annulus 55
Annus 55
Annus vertens 56
Anodis 319
Anſa 65

НБ ОГУ имени И. Мечникова

Ante 61
Antecanis 109
Antecellere 120
Antemna 50
Antenor 247
Antes 61
Anteſto 461
Anthracothejoſalenitrum 319
Antiæ 61
Anticum 60
Antidotum 157
Antigena 206
Antilogium 165
Antipagmenta 61
Antipas 358
Antipathia 360
Antipodes 368
Antiquum 61
Antiſtes 461
Antlare 53. 179
Antlium 179
Antruare 61
Antrum 61
Anulus 55
Anus 55
Anxur 233
Apage 41
Apella 438
Aperio 412
Apes 61. 366
Apex 61
Apher 41
Apheſios 23
Aphrodite
Ἀφρώ 317
Aphroſelinon 368
Apiaſtrum 62
Apicæ oves 209
Apinæ 46. 148
Apiſcor 61
Apium 62
Apo 61
Apollo 62
Ἀπολογῆς 62
Apologia 62
Apologus quid 62
Ἀπορέω 160
Aporiari 160
Apoſtolus 469
Appareo 354
Apparitor 351
Appello 438
Appeto 379
Appetones 379
Apricum 413
Aprilis 63
Apſis 28
Aptus 61
Ἅπτω 28. 61
Apua 63
Apud 326
Apulia 220
Aqua 64
Aquælicium 65
Aquagium 65
Aquæliculus 64
Aquælicus 64
Aqualis 64
quila 65
quilex 65
quilo 65
quilus 65
A r 65

Arabs 72
Arachne 65
Aram 71
Aranea 65
Ἀραιότης 117
Ἀραιόω 302. 413
Aratrum 72
Arbilla 72
Arbor 66
Arca 66
Arcanum 66
Arceo 66
Arcerra 67
Arceſſo 66
Architectus 67
Archivum 93
Arcio 66
Arcirma 67
Arctophylax 67
Arctos 67
Arcturus 67
Arcubiæ 66
Arcus 66
Arcus cœleſtis 242
Ardea 33
Ardelio 33
Ardeo 67
Arduum 3. 33
Ardum 67. 69
Area 262
Arena 68
In arenam deſcendere 128
Areo 67
Areopagus 282
Ares 400
Ἄρης 400
Ἀρετὴ 400
Arferium 188
Argas 70
Argentangina 69
Argentum 69
Argilla 70
Argivus 70
Argus 70. 339
Argumenta ab etymis 13
Argumentatio 70
Argumentum 70
Arguo 70
Aridum 68. 69
Aridus amor 51. 68
Ariel 400
Aries 70. 400
Arieto 71
Arioniſtus 415
Arioviſtus 415
Aripertus 442
Ariſtolochia 71
Ariſtophorum 188
Ἄρκτος 76
Ariſtoteles optim. Philologus 6
Arma 71
Armenia 71
Armentum 72
Armilla 71
Armiluſtrum 71
Arminius 75
Armus 71
Arnoldus 415
Arnulfus 415
Aro 72
Aroma 332
Arrha 72

Arrhabo 72
Arrilator 71
Ars 400
Arſe verſe 335
Arteria 72
Artium quarũdam initia 65
Articulate 72
Artitus 400
Artocreas 348
Artopta 348
Artotrogus 348
Artua 72
Artus 72
Arvina 72
Arvipendium 73
Ἄρυσσω 72
Aruſpex 65
Arvum 72
Arx 66
As 88
Aſcenas 73
Aſcia 45
Ἄση 78
Aſellus 76
Aſer 76
Aſia 36
ἀσκὸς 420
Aſina 247
Aſinarij Judæi 76
Aſinus 76
Aſotia 17
Aſphaltites 77
Aſparagus 77
Aſper 82
Aſſentari 32
Aſpiratio Græca 25

Aſpis 146
Aſſa 68
Aſſa vox 68
Aſſamenta 68
Aſſeres 45
Aſſidelæ 330
Aſſiduus 330
Aſſo 68
Aſſultor ephial. 144
Aſſum 68
Aſſyria 76
Aſtarte 77
Aſter 77
Aſtræa 78
Aſtropæus 78
Aſtrum 77
Aſtus 78
Aſylum 78
At 320
Atad 78
Atat 306
Ate 78
Ater 492
Athenæ 78
Athenæum 78
Ἀτυὶς 476
Atomi 502
Atopon 502
Atque 218
Atramentum 492
Atrienſis 78
Atrium 78
Atropos 355
Atrox 492
Atta 357 486
Attalaricus 442
Attalicum 81
Attaminatus 136
Attenuo 489
Attigere 485
Attila 443
Attonitus 489
Attubernalis 483
Auarus 72
Aucha 79
Auctionari 80
Auctor 80
Aucupari 13
Audax 81
Audio 78
Ave 79
Avellana 81
Aveo 79
Avernus 79
Averruncare 418
Aves veterum auſpic. 448
Aufero 188
Ἄυλη 292
Augeo 80
Augurium 205
Auguſtinus 80
Auguſtus 80. 137
Auguſtus Cæſar 7
Avium 521
Aula 81
Aulæum 81
Aῦρα 68
Aura 79
Aurea 79
Auriga 79
Auris 79
Aurora 81
Aurugo 82
Aurum 81

Auſculto 79
Auſpicium 494
Auſter 217
Auſterus 82
Aut 218
Authepſa 82
Autor 380
Autumnus 80
Autumo 80
Avunculus 358
Avus 358
Auxilium 80
Axicia 454
Axilla 371
Axioma 156
Axis 45
Ἄχθ 371

B.

Baal 84
Βαβάζειν 27. 303
Babel 82
Baccæ 299
Bacchus 83
Baculus 83
Badiſſare 513
Βάθος 28
Βαίνω 515
Balæna 84
Balare 344
Balatro 85
Balduinus 534
Balineum 84
Balla 346
Balliſta 117
Βάλλω 512
Balneum 84
Balſamen 423
Balſamum 84
Balteus 278
Balthaſar 84
Bamma 84
Bamoth 29
Bandophorus 84
Baptiſmus 84
Barathrum 85
Barba 312
Barbara 282
Barbar 85
Barbarus 85
Barbiton 85
Βάρβος 220
Bardus 85
Barjeſus 86
Βάρις 536
Baro 373
Barrire 304
Bartholomæus 86
Bartimæus 86
Βασιλεὺς 86
Baſilius 86
Baſis 52
Baſium 52
Βασκαίνω 185
Baſſareus 83
Baſſus 236
Batalus 86
Batecha 365
Batillum 357
Batrachus 305
Batualia 87
Batuo 86

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

Battus 86
Batus 86
Βαῦ 305
Baubari 305
Baucalium 305
Baucal 89
Baxeæ 87
Βάζω 27
Bdellium 89
Bdolach 89
Βῆ 344
Beare 529
Beati mortui 529
Beelzebub 310
Bel 88
Bellaria 157
Bellerophon 87
Belua 87
Bellum 87
Bellus 87.157
Βηλος 487
Belus 87
Bene 157
Beneficium 182
Benevolus 190
Benignus 157
Benus 157
Bernhardus 95
Bes 88
Βήσσειν 303
Beta 88
Bethel 89
Bethlehem 89
Beto 174
Βία 528
Bibliotheca 4
Bibo 383
Biclinium 138
Bicus 89
Biga 243
Bidens 60
Biduum 152
Bifariam 184
Bigamus 89
Bignæ 206
Bimus 56
Βινέω 161
Binomius 321
Binus 161
Bipennis 376
Bitienſes 174
Bitire 174
Bitumen 377
Bivira 229
Blatero 89
Blæſus 89
Blammata 182
Blaſphemus 182
Blatta 182
Βλιχάδμαι 344
Blennus 89
Blepharo 89.480
Bliteus 89
Blitum 89
Boare 304
Bobus primbre. 90
Bocas 91
Bohemia 90
Bohemundus 442
Boja 90
Boletus 91
Bolis 91
Bolus 91
Bombalio 302

Bombarda 302
Bombilo 302
Bombus 302
Βωμὸς 65
Bonum 157
Boo 91
Βοσκαλίζειν 301
Boreas 92
Bos 90
Boſphorus 91
Botrus 92
Bovinator 472
Βᾶ 515
Brabeon 93
Braca 93
Brachium 93
Βράχω 196
Brattea 93
Branchiæ 93
Brandeburg 93
Βραγχὸς 304
Braſica 93
Braunſchweig 94
Βρεχεκεκὲξ 305
Βρέγμα 114
Βρέχω 93.416
Βρέμω 301
Brenno 93
Βρύειν 303
Brevia à longis 265
Breviſtirpia 381
Bria 451
Briſæus 83
Bromius 301
Βρυγτᾶν 301
Bruma 94
Bruno 93
Bruta 94
Brutum 94
Βρύκειν 304
Bux 95.236
Bubare 305
Bubo 305
Bubulcitare 91
Bubulcus 91
Bubulus 90
Bubſequa 91
Bucæda 91
Bubus 91
Buccina 94
Buccinum 300
Bucera 91
Bucolica 91
Bucula 90
Bugloſſus 261
Bulbus 94
Bulla 94
Βύλομαι 190
Bumaſtus 95
Buo 235
Buphthalmus 95
Bupreſtis 91
Bura 91
Burchardus 95
Burdo 95
Burggravij 280.512
Buro 536
Burra 536
Burrus 87.536
Bus 91
Buſiris 91
Βυσσοφὴς 510
Buſtum 8.536
Butes 91

НБ ОНУ імені І.Мечникова

Buttubata 95
Butyrum 91
Buxus 278
Βυσσος 28
Βύσσ 305
Byſſa 476
Byſſus 96
Βυθος 28

C.

Cabala 96
Caballus 96
Cabus 428
Καπέα 305
Cacabare 305
Cacabus 97
Κάκκη 305
Cachinnor 97
Cactivora avis 304
Caco 304
Caculæ 275.399
Caculatus 399
Cacus 399
Cadaver 98
Cado 97
Caduceum 98
Caduciter 98
Caducum 98
Cadus 99
Cædo 99
Cælo 100
Cæmentum 244
Cæſar 99
Cæſaries 99
Cæſones 99
Cæſtus 116
Cæſum 135
Cætera 100
Καινὸς 172
Cajus 247
Cala 104
Calabria 101
Calam 130
Calamiſtrum 100
Calamitas 100
Calamus 100.148
Calare 101
Calaſis 102
Calathus 110
Calator 101
Calcar 105
Calceus 105
Calcitro 105
Calco 105
Calculus 105
Calendarium 101.175
Calendæ 101
Caleo 119
Caligæ 102
Caligo 102
Calix 103
Calixtus 450
Calleo 105
Callidi 105
Calliope 309
Callis 105
Callus 105
Κάλλ 134
Calmeuſer 512
Calo 101
Calones 104.189

Calon 102.104
Καλὸν 134
Calopodium 104.368
Calpe 105
Calpurnius 25
Calumnia 104
Calvo 104
Calvus 129
Calx 105
Καλύπτρα 104
Calyptra 104
Calyx 104.147
Κάμακες 245
Cambiantes 519
Camena 111
Camera 106
Caminus 106
Campania 226
Camphora 106.447
Κάμπτω 111
Campus 106
Camurus 146
Cana 110
Canalicolæ 107
Canalis 107
Cancelli 107
Cancer 107.202
Candaruſium 539
Candela 108
Candeo 107
Candidati 108
Candidum 107.108
Canicæ 109
Canis fœmina avidior 109
Canis 108.109
Caniſtrum 110
Canna 107
Cannabis 110
Cano 110
Canon 410
Canta 110
Cantharus 214.220
Cantharis 214
Cantherij 214
Canthus 111
Capedo 113
Caper 112
Capero 112
Capillus 114
Capio 112
Capis 112.118.147
Capiſtrum 114
Capitale 114
Capitium 114
Capito 114
Capitolinus 232
Capitolium 114.232
Captare 475
Caprificus 112
Caprimulgus 112
Capripes 112
Caprotinæ 112
Capſa 113
Capularis 113
Capula 112
Capulum 113
Caput 113
Carabus 107
Caracalla 114
Carbatus 124
Carbatinæ 142
Carbo 115

НБ ОНУ імені І.Мечникова

Carbunculus 115
Carcinus 107
Cardueelis 116
Carduus 116
Careo 115
Carere 116
Caritas 115
Carmen 111. 116
Carmino 116
Carna 115
Carnifex 116 425
Caro 115. 425
Carolus 115
Carpo 115
Carpobalſamum 84
Καρρώσις 115
Carrus 159
Carthago 97
Carum 115 516
Caryon 328
Caſa 119
Caſeus 119
Caſia 116
Caſina 119
Caſpar 287
Caſsis 201
Caſsita 202
Caſſum 115
Καστόω 480
Caſtellum 372
Caſtigo 116
Caſtor 116
Caſtus 116
Catamitus 202
Catampo 50
Catapulta 117
Catarracta 328
Cataſta 461
Catax 117
Catharis 42
Καθαρὸς 42
Catharma 117
Cathena 533
Catillare 109
Catinus 357
Κατηφέω 150
Cato 109
Cato emendatus 61
Catogeum 117
Catonium 117
Catulus 109
Catus 109. 372
Κάτω 117
Caveo 118
Cavillare 118
Cavillum 118
Caula 118
Caulis 118
Caupo 336
Cauponæ 336
Cauſia 119
Cauſa 118
Cauſa vocum corrupta 43
Cauter 119
Cautus 118
Cavum 118
Cedrus 119
Κείω 129
Κελαδίζειν 301
Celebris 101
Celer 120
Celes 119
Celeusma 120
Cella 120

Celſo 120
Κελεύω 120
Celox 120
Celtæ 75
Κείρω 121
Cenſeo 120
Κῆνσος 120
Centaurus 487
Κεντέω 121
Centipeda 121
Cento 121
Centrum 121
Centum 121
Centurio 121
Cera 121. 448
Κηφήν 138
Κῆφος 138
Cerauniæ 121
Κεραυνὸς 121
Κερόω 141
Cerberus 121
Cercolips 332
Cercurus 121
Cerdo 122
Cerebrum 114
Ceremonia 122
Céres 123
Cereviſia 122
Cereus 121. 200
Cerniculum 123
Cerno 123
Cernuo 123
Cernuus 123
Ceroma 121
Cerrones 205
Certo 123
Certus 123
Cervus 338
Cerus 122
Ceſtus 116
Χαίνω 193
Χαλκεῖον 119
Chalybs 124
Chamædrys 160
Chamos 135
Character 235
Χαράσσω 235
Charis 115
Chariſtia 407
Charum 115
Charybdis 124
Chatti 415
Χείρων 288
Chelæ 124
Chelidonia 222
Χελιδών 222
Chelys 124
Chermes 124
Cherubim 436
Χέω 213
Chilias 293
Chilo 245
Chilus 125
Χυλὸς 12
Chirographum 481
Chirotheca 280
Chirurgus 340
Χίτων 510
Chius 319
Chlamys 209
Chlæna 249
Χλιανὸν 249
Χλόη 195
Chloris 195

НБ ОНПУ імені І.Мечникова

Cholera 124
Chondros 539
Χώρα 338
Choragus 139
Choraules 139
Chorda 124
Chorea 139
Chorus 139
Χρέω 217
Chremes 4
Χρεών 242
Chriſtus 234
Χρῆμα 124
Chromaticum 124.526
Chryſanthemum
Chryſites
Chryſolithus
Chryſomallus
Chryſomela 125
Χρυσὸς
Chryſopolis
Chryſoſtomus
Χρὼς
Cibus 125
Κιννάβαρι 305
Cicada 125
Cicer 126
Cicero erymolog. 6
Cicero 126.246
Cicindela 108
Cicum 126
Cieo 126
Cilium 135
Cillus 477
Cimbri 210
Cimmerij 210
Cinædus 126
Cincinnus 127
Κινάρα 126
Cingo 127
Cingulum 127
Ciniflo 127
Cinis 127
Cinnamomum 128
Cinnus 127.477
Cinyra 129
Κινύρεται 129
Cinxia 127
Circenſes ludi 129
Circino 129
Circius 129
Circulus 129
Circum 129
Circumflexus 111
Circumſpectus 499
Circumſtantia 462
Circus 128
Ciris 129
Citrus 129
Cis 129
Ciſſybium 147
Ciſta 113
Ciſterna 113
Cithara 129
Cithæron 353
Citharus 129
Citaris 130
Cito 126
Cittim 241
Civis 174.387
Civitas 174
Clades 100
Clam 130
Clamare 130

Clandeſtinus 130
Clangor 94
Clarus 101
Claſsicus 101
Claſsis 101
Clathrus 130
Clava 133
Claudius Imper. 6
Claudo 130
Claudus 130
Clavis 130
Clauſtrum 130
Clauſula 130
Clavus 133
Clepo 82.187
Clepſydra 8.532
Cleropeplon 316
Clerus 316
Clima 130
Clino 130
Clio 309
Clitellæ 131
Clivia 448
Clogmus 306
Clotho 355
Clozare 306
Cludo 130
Cludus 336
Cluo 131
Cluſius 241
Clutum 131
Clypeus 104
Κλώζειν 306
Cnaſon 210
Κνίφαι 142
Cnephoſum 142
Cneus 247
Coaleo 48
Coaleſco 48
Coax 305
Coaxo 305
Coccyx 131
Cochlea 131
Cochlearium 131
Cocles 541.331
Cocula 44
Κωκύειν 306
Cœlebs 132
Cœlum 131
Cœlum an coloratum 132
Cœmeterium 26
Cœnacula 392
Cœnaturio 392
Cœna terreſtris 391
Cœnipeta 392
Cœnum 329
Coëo 173
Coërceo 67
Cœruleus 132
Cœſius 132
Cœtus 173
Cogito 44
Cognomen 322
Cogo 44
Cohors 133
Cohortales aves 133
Cohum 132
Coinquio 69
Κοινὰ ἔτη οἰκεῖν 321
Coitio 173
Colaphus 133
Colica 135
Collactaneus 246

НБ ОНЗМеНІ Печніка

Collativum 188
Collegæ 163
Collis 106
Collum 135
Colluvio 268
Colluvies 268
Colon 135
Colophon 133
Color 133
Colossus 134
Columbaria 134
Columbus 134
Columen 145
Columis 145
Columna 145
Coma 135
Combito 174
Comesor 135
Comes 173
Cometa 135
Comire 173
Comissari 134
Comiter 134
Comitia 173
Comma 135
Commator 284
Commeatus 289
Commentari 297
Commictilis 287
Comminisci 297
Comminus 279
Commodum 287
Communis 308
Como 135
Comœdia 134
Comparativa unde 393
Comperendinare 153
Comperio 412
Compernes 365
Compesco 356
Compilo 375
Compita 379
Complices 446
Compos 390
Comus 135
Con 411
Conatus 223
Concapes 114
Concerrones 205
Concieo 126
Conciliare 135
Concilium 50. 101
Concinno 127
Concio 126
Concipilo 150
Concisum 99
Conclavia 130
Concors 136
Condalium 136
Condo 157
Conducit 160
Condus 157
Condylus 136
Κονδυλος 128
Confarreatio 185
Confero 188
Confit 192
Confusio ling. qualis 82
Congeniculo 205
Congero 41
Congruo 213
Κονις 127

Coniffo 127
Conjugium 243
Conjux 243
Conniveo 327
Connubium 327
Conopeum 202
Conquiniscere 109
Confidero 441
Consilium 49
Consistorium 463
Consivius 241
Consobrinus 197
Consolatio 458
Conspicillum 494
Consponsi 465
Consternatio 120
Consto 462
Consualia 49
Consuetudo 27
Consul 49
Consus 49
Contagium 485
Contamino 136
Contemplor 488
Contestor 493
Contignum 485
Contor 136
Contubernium 483
Contumax 510
Contus 136
Convena 515
Convexum 514
Convicium 534
Convivere 539
Convivij magister 530
Convivium 539
Conus 136
Copa 336
Cophinus 136
Copia 335
Copis 335
Coprias 425
Κοπρια 481
Copula 136
Coquo 44
Corax 139
Cor 136
Coralium 137
Coram 137
Corbitor 139
Corculum 136
Cordolium 158
Cordum 224
Κορδη 137
Corinna 119
Cornicen 4. 111
Cornicum oculos configere 137
Cornix 305
Cornu 138
Cornus 138
Corollarium 139
Corona 138
Coronæ variæ 507
Coronis 133
Corpus 115
Cors 133
Cortina 133
Corvinus 248
Corvitor 139
Cotus 137
Coruscо 208
Κορυς 128
Cotussare 128

Corvus 139
Corymbus 139
Coryphæus 133
Cos 31
Cosmus 140
Cota 143
Κοτίω 537
Cottabus 140
Coturnix 305
Cotyla 253
Covali 140
Coxo 117
Κοτύλαι 30
Craber 191
Crabro 191.304
Crama 141
Crambe 141
Cracere 191.211
Κρανεία 138
Cranium 114
Crapula 141
Crater 141
Crates 141
Κρέζω 130
Creber 141.191
Credo 157
Crembalum 302
Cremo 119
Crenæ 363
Creo 122
Creperum 142
Crepida 142
Crepido 142
Crepo 142
Crepundia 142
Crepuſculum 142
Cres 143
Creſco 142
Creta 143
Cribrum 141.191
Crimen 123
Crinis 123
Κρίνω 124
Criſpus 143
Criſſare 143
Criſta 113
Κρίζειν 303
Crocitare 306
Crocotium 143
Crocotula 143
Crocus 143
Κρόκος 257
Crotalum 143
Κρόζειν 306
Κρόος 143
Crudus 144
Crumena 283
Cruor 143
Crus 146
Cruſta 137
Crypta 144
Κρύπτω 144
Cryſtallus 144
Cteſius 234
Cubile 144
Cubo 144
Cubus 144
Cuctio 71
Cuculus 131
Cucumis 145
Cucurbita 145
Cudere 405
Κυδάω 405
Cudo 145

Cugurrire 306
Cul 405
Culcita 105.502
Culeus 145
Culigna 103
Culina 110
Culmen 145
Culmus 145
Culo 331
Culullus 103
Cum 411
Cumatile 64
Cumbo 144
Cuminum 145
Cumprimis 411
Cunæ 127
Cunctio 71
Cunctor 335
Cunctus 335
Cunire 329
Cunradus 146
Cupa 336
Cupedia 336
Cupreſſus 106
Cura 137
Κυρέω 159
Curgulio 210
Curia 137
Curriculum 159
Curro 159
Currus 159
Curtus 146
Curvus 146
Cuſpis 146
Cutis 438
Cyclas 104
Cyclopeus 202
Cyclops 541. 331
Cygnus 333
Cylindrus 104
Cyllenius 290
Cyllus 290
Κυλίω 104
Κύμα 64
Cymba 147
Cymbium 147
Cynalopex 109
Cynosbaton 109
Cyperus 106
Κυφὸς 205
Cyprianus 126
Cypſelus 541
Κύπτω 205
Cyriacus 147
Cyrillus 148
Cyrus 147

D.

Dacnades 148.249
Dacryma 249
Δάκρυα 249
Dactylus 156. 507
Dædalus 509
Dagon 77
Δαίμων 509
Δαίω 509
Dama 439
Damium 522
Damnum 148
Dan 425
Daniſta 157
Δάϊστος 157

Dapinare 148
Daphne 148
Daps 148
Dapsilis 145
Δαρδάνω 150
Datatim 468
David 170
Davus 438
De 382
Debilis 215
Decas 449
Decem 440
Decempeda 368
Decius 247
Decrepitus 143
Decumanus 440
Dedolere 158
Defendo 148
Defloccati 195
Defunctum 30
Degenero 207
Degenhardus 95
Deglubo 209
Deglutio 209
Dego 44
Degulare 213
Δειμὸς 498
Deinceps 113
Δεινὸς 177
Δεῖπνον 391
Delactatus 246
Deliburus 235
Delicatus 243
Deliciæ 243
Delius 63
Delibro 259
Delictum 162
Deliquium 162
Delphin 149
Δελτὸς 48
Δημήτηρ 284
Demetrius 522
Deminuo 294
Demonicus 522
Demo 256
Demori 173
Demosthenes 522
Δῆμος 522
Denaso 315
Denicales 318
Denominativa 223
Dens 168
Denſus 149
Dentale 168
Dentex 168
Dentifricium 168
Dentiſcalpium 168
D nuo 324
Depannis 383
Depeſta 254
Depilis 376
Deplere 382
Depſo 82
Depudicare 383
Deris 149
Deſidero 441
Δεσμὸς 497
Deſpicio 494
Deter 491
Deterius 491
Detrimentum 491
Devexum 514
Deud 442
Deunx 88

Deus 151
Deus quomodo præpotens 390
Dextans 88
Dextra 448
Δέω 497
Diabolus 513
Diaconus 128
Diadema 153
Diæta 154
Dialecticus 163
Diana 154
Diarium 152
Δίκη 154
Dicis cauſa 154
Dico 154
Dicterium 155
Dido 170
Dido 157
Didymus 155
Dierectus 152
Dies 152
Dieſpiter 232
Differo 188
Digitus 156
Dignus 156
Digobertus 442
Dijovis 232
Dilaniare 251
Dilaudo 351
Diligo 155
Diluculum 270
Dimidium 286
Diminuo 294
Diobolaris 330
Dionyſius 83
Diplois 161
Diploma 161
Dipſas 156
Dipſacus 156
Diribere 156
Di, dis 155. 161. 230
Dis 151. 152
Δὶς 155. 161
Diſcepto 113
Diſcere quid 13
Diſcere duplex 13
Diſcidium 329
Diſtinctus 127
Diſco 154
Diſcretus 123
Diſcordia 136
Diſcrimen 124
Diſcupio 351
Diſpar 351
Diſparatum 353
Diſpeſco 356
Diſſero 434
Diſſertatio 434
Diſsidium 329
Dietreich 442
Dithyrambus 83
Ditio 152
Diu 152
Diverticulum 519
Dives 152
Divinatio 152
Divinus 152
Divina 229
Dium 152
Diurnus 152
Dius 151
Do 156
Doceo 158

НБ ОГПУ имени Мечникова

Dodanim 158
Dodonæum 18
Dodrans 88
Dolabella 246
Dolor 158
Dolus 158
Domare 158
Dominus 158
Domus 158
Δονῶ 42
Donum 157
Dormio 150
Dormito 151
Dormitorium 151
Dorotheus 284
Δόρτον 391
Dos 157
Drachma 159
Draco 159
Drama 159
Δρῦς 159
Dromo 159
Druidæ 160
Dryades 159
Dualis numerus 506
Dubenus 158
Dubitatio 160
Ducenti 121
Duco 160
Duellona 87
Duellum 87
Dulcacidum 31
Duidens 60
Duo 521
Δύω 521
Duplex 446
Duplus 161
Durateus 161
Durus 161
Δῦς 161
Dyſenteria 516

E

Ebaldus 433
Ἔαρ 518
Ebriulare 451
Ebrius 451
Ex, Ec 457
Ecaſtor 314
Eccardus 146
Ecce 237
Eccleſia 101
Ecere 314
Echidna 527
Echo 161
Ἔχω 215
Eclipſis 162
Ecloga 162
Eclogium 166
Ἔδαφος 456
Edax 168
Edeatræ 168
Edepol 314
Edo 125
Edom 34
Ἡδονὴ 191
Ἡδὺς 191
Edurus 161
Eduſa 384
Efflictim 238
Effœtus 195
Eggero 41

Ἐγγὺς 968
Ego 176
Egregius 393
Eheu 306
Eja 303
Εἰκὼν 235
Εἰκὼς 235
Εἰδέω 523
Ejulo 306
Elaphus 169
Ἐλαία 174
Elecebræ 248
Electrum 538
Ἠλέκτωρ 538
Elegia 169
Ἐλελίζω 303
Elementum 170
Elicatores 248
Elias 170
Elices 248
Elicius 232
Eliminium 260
Elimino 260
Eliſa 170
Eliſabeth 170
Elixo 104
Ellogium 166
Elul 23
Elyſium 170
Ἥμαρ 94
Embamma 84
Emendo 294
Emericus 442
Eminus 279
Emo 393
Emolumentum 171
Emplaſtrum 382
Emporium 160
En 237
Encœnia 172
Enchiridion 280
Encomium 172
Ἐνθουσιάζειν 173
Enim 237
Enimvero 237
Endo 236
Enneo 318
Ἔνη 56
Enormè 321
Entelechia 172
Eo 173
Entero 516
Eos 179
Epænus 172
Epar 175
Epha 175
Ephemeris 56. 153. 175
Ephemeron 175
Ephialtes 144
Ephippium 222
Ἥφαιστος 509
Ἠῶϊος 150
Epibda 175
Epicedium 175
Ἐπιχειρεῖν 21
Epicrocum 143
Epinicion 522
Epiredium 67
Ἐπιστέλλειν 303
Epiſtola 469
Epiſtylium 474
Epitaphium 175
Epitogium 150
Epol 314

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Epomis 144
Epops 175
Epos 276
Equirine 314
Equus 162
Equidem 176
Equiſetum 222
Ἐρᾶ 492
Eraſmus 52
Eraſtus 52
Erato 309
Ἐρχομαι 338
Erebus 177
Eremus 316
Ἐρέω 432
Erfurdia 497
Ergaſtularius 339
Ergaſtulum 339
Ergo 340
Erhardus 95
Eris 177
Erneſtus 415
Erneum 220
Eros 52
Ἐρύω 177
Ἐρείφω 342
Erro 177
Eructo 177
Erudio 409
Ἔρυμα 414
Ervum 178
Ἐρυθρὸν 34
Eryngium 178
Eſca 125
Eſcaria 125
Eſculetum 125
Ἐχέω 36
Eſculus 125
Eſtur 168
Eſuries 168
Eteſiæ 177
Etha dicendum 141
Et 320
Ethicum 177
Etjam 320
Ἦθος 177
Ἔτος 39
Etymologia quid 4. 164
Ἔτυμον 164
Etymorum utilitas 8. 9. 10
Evadere 513
Evangelium 55
Evax 344
Εὖ 79
Εὐχομαι 79
Euclyo 131
Eudidæon 178
Euge 237
Eugium 178
Eviro 528
Evius 344
Eulalia 250
Eulogium 166
Εὑρὼ 178
Eunice 522
Eunuchus 178
Euphemia 182
Evæ 344
Evo 344
Euphonia 26
Euphrates 178
Euripus 178
Europa 178
Eurus 179

Euterpe 309
Exactum 30
Examinatio 120
Exantlo 179
Exbuæ 236
Exbuo 236
Excandeſcentia 537
Excello 120
Excidium 92
Excipulum 113
Excipuum 113
Excurio 137
Excuro 137
Exemplum 52
Exenrero 516
Exequiæ 199
Exerceo 66
Exercitus 66
Exedra 330
Exiguum 43
Eximius 393
Eximo 393
Exitium 173
Exodium 292
Exoletus 470
Exordium 180
Expars 354
Expecto 494
Expedio 368
Expergo 354
Expergiſcor 411
Expers 354
Expes 458
Expilo 376
Exploro 236
Exta 455
Extemplo 173. 488

F.

Faber 191
Fabianus 126
Fabius 126. 246
Fabula 184
Fac 180
Facetus 183
Facies 190
Facio 386
Facior 180
Factus 180
Facultas 180
Facundus 183
Fagus 370
Falantum 345
Falæ 345
Falarica 345
Falco 182
Fallo 182
Fallus 182
Falx 182
Fama 182
Famella 182
Fames 370
Familia 371
Familiaris 371
Famul 371
Famulus 370
Fanum 184
Far 185
Farcimen 184

НБОРЗ імені І. Мечникова

Farcio 184
Fari 182
Farina 185
Farrago 185
Farreatio 185
Farreum 185
Fas 182
Fascia 186
Fascis 186
Fascinum 185
Fasti 183
Fastrada 415
Fastigium 183
Fastus 183
Fateor 183
Fatigo 44
Fatim 44.184
Fatisco 184
Fatuellus 183
Fatum 182
Fatuus 183
Faveo 182.266
Favitor 266
Favonius 183
Faustus 182
Febris 189
Februare 189
Februarius 189
Feciales 180
Felix 186
Feltra 138
Femur 186
Fendo 149
Feneſtra 186
Fera 496
Ferculum 186
Fere 188
Ferentarij 186
Feretrum 186
Feriæ 190
Feriari 190
Ferme 188
Fermentum 189
Fero 186
Ferox 496
Fertile 186
Fertores 186
Fertum 186
Ferveo 189
Ferus 496
Feſceninum 189
Feſti Origin. 6
Feſtum 190
Fiber 191
Ficedula 191
Ficoſiſsimus 190
Ficus 190
Fides 379
Fidicen 111
Fiduſtum 137
Filius 192
Fimbria 191
Fingo 190
Figulus 190
Figura 190
Findo 193
Finis 191
Fio 192.476
Firmamentum 192
Firmum 192
Fiſcina 193.355
Fiſcus 193.355
Fiſsiculo. 193
Fiſtula 193

Fixæ ſtellæ 380
Flagitium 193
Flagitator 194
Flagitò 194
Flagro 194
Flagrum 194
Flamma 194
Flameum 327
Flavus 417
Flecto 194
Fligo 238
Flo 194
Floccus 194
Flora 195
Flos 195
Fluctus 64
Flumen 64
Fluo 64
Fluſtrum 173. 268
Flutæ 195
Fluxum 64
Focale 477
Focillo 195
Foculare 195
Focus 195
Fœcundus 195
Fœdus ferire unde 421
Fœmina 195
Fœnus 195
Fœtus 195
Folium 196
Follis 385
Fomentum 266
Fomes 266
Foramen 187
Foras 186
Forbea 196
Forceps 113
Forda 187
Fores 187
Forfex 113
Forica 256
Forma 196
Forma vocis 22
Formica 186
Formido 196
Fornacalia 407
Forpex 113
Fors 187
Forſan 187
Forſex 113
Forſitan 187
Fortè 187
Fortis 187
Fortitudo 187
Fortitudo olim magna virtus 400
Fortuitus 212
Forum 187
Foveo 266
Fragor 196. 307
Frago 196
Framea 415
Franciſcus 148
Francus 148
Frango 196
Frater 197
Fratrare 197
Fraxare 196
Fraxator 196
Fremo 301
Frendeo 238
Frequens 196

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Fressa faba 302
Fretum 189
Frico 198
Fridericus 422
Friganum 198
Frigilla 413
Frigo 198
Frigus 413
Frigus noxium 47
Frigus urit 92
Frigutire 413
Fringilla 413
Fritillare 306
Fritinnire 306
Frons 198
Frugis 66
Frumentum 198
Fruniscor 238
Fruns 198
Fruor 198
Fruſtrum 173
Frutex 66
Fruti 517
Frutinal 517
Frutum 198
Fucus 199
Fuga 199
Fugax 199
Fugio 199
Fulbertus 442
Fulcio 372
Fulcrum 372
Fulmen 200
Fuligo 200
Fulmentum 372
Fulvus 200
Fumus 476
Funale 200
Funda 149
Fundus 369
Funera 199
Funeſto 199
Funus duplex. vet. 447
Fungus 91.191
Funis 191. 199
Funus 199
Fuo 192
Fur 187
Furca 187
Furcifer 187
Furo 200
Furiæ 143. 200
Furvus 200
Fuſcum 200
Futo 410

G.

Gæta 74
Gagates 201
Γάϊω 203. 261
Gal 246
Γάλα 246
Galactites 246
Galatea 246
Galaxia 246
Galbanum 201
Galea 201
Γαλέη 201
Galenus Philologus 6
Galerita 201
Galerus 201
Gallus 134
Γάμος 89
Gandolfus 415
Ganeum 202
Gangræna 202
Gannio 202
Γάνος 202
Ganymedes 202
Gargarizare 202
Gargarus 203
Garibaldus 433
Garrio 205
Garum 281
Gaudeo 203
Gaudium 203
Gaza 203
Γῆ 207
Gebrath 146
Gelaſinus 477
Γελάω 477
Gehenna 203
Γείρω 341
Gemino 203
Geminus 203
Gemma 204
Gemo 204
Γέμω 204
Gemurſa 204
Gena 204
Gener 206
Genero 207
Generoſus 207
Geno 206
Γένω 206
Genitor 206
Genitrix 206
Genius 206
Gentiles 207
Genu 205
Genus 206
Gens 206
Geometra 541
Georgius 340
Geranium 213
Geren 215
Gerium 213
Germani 74
Germanica lingua an prima 18
Gemmen 206
Gerræ 205
Gerulus 41
Γέρων 443
Γηρύω 205
Geſtio 41
Gibber 205
Gibbus 205
Gigas 205
Gigno 206
Gingrio 306
Gingrum 306
Girus 207
Glaber 191. 209
Glacies 207
Glamæ 207
Glans 208
Glaucoma 209
Glaucus 209
Gliſco 209
Globus 209
Glocire 306
Glocitare 306
Glomus 209
Gloria 260
Glos 528

Нь Оувимени! Мечнико

γλῶσσα 261
Glossarium 261
Glubo 209
Gluma 209
Glumus 209
Glus 204.210
Glutio 209
Gluto 209.213
Gluttus 210
Gnatho 210
Gnaruro 321
Gnarus 321
Gnatus 207
Gnavus 210
γράω 267
Gomer 210
Gorgo 213
γόμος 211
Gorgoneus 211
Gorgon 211
Goropius refutatus 19.20.
21
Gosvvin 534
Gothardus 95
Goti 74
Grabatus 211
Gracere 211
Gracilis 211
Græca è Lat. 16
Græci Lat. antiquiores 15
16
Grallator 212
Gramen 206
Gramiæ 207
Gradarius 212
Grande 41
Gradior 212
Grandiri 41
Grandivus 212
Grando 212
Granum 212
Graphicus 481
Graphis 481
Graphium 481
γράφω 481
Grassor 212
Gratianus 240
Gratia 212
Gratitare 306
Gratuitus 212
Gratum 212
γρύω 282
Grillus 4
Groma 143
Gruere 213
Grumus 212
Grundilis 252
Grundio 252
Grunnio 4.253
Grus 213
γρυλλίζω 4
γρὴν 252
Gryps 443
Guber 213
Guberno 213
Gula 213
Gulo 213
Gumio 213
Gurges 202
Gutta 213
Guttum 147
Guttur 213
Gutturnium 213
Guttus 213
Gymnasium 213

Gymnochrisum 214
Gynæceum 202

H.

Habena 214
Habeo 215
Habitior 215
Habito 215
Hadrianus Imp. Græcè 7
Ἅγιος 41
Αἱρέω 215
Hæreses Iudæorum 215
Hæresis 215
Hagar 215
Hagareni 215
Halare 303
Halcedo 216
Halcyon 216
Halec 216
Haleces 215
Haliæetus 216
Hallucinor 217
Hallux 217
Halo 216
Halophantæ 216
ἅλς 240
ἅμα 50
ἁμαρτάνω 362
Hamadryades 159
Hammon 29
Hannibal 240
ἁπλοῦς 446
Hara 217
ἅρπον 111
Harpago 410
Harpa 31.410
ἁρπάζω 410
Harpyiæ 410
Haruga 65
Haruspex 65
Hatto 358.415
Haveo 79
Haurio 217
Hausbrenner 94
Haut 217
He 306
Hebenus 50
Hebe 186.397.469
Heber 469
Hebes 469
Hebræa lingua 17
Hebræus 478.479
Hecate 154
Hecatombe 91
Hedera 168
Hedus 218
Ἥλιος 455
Heinricus 242
Helciarius 218
Helcium 218
Helicops 176
Heliocaminum 29
Helicon 353
Helix 514
Helleborus 218
Ἕλος 346
Helucum 218
Heluo 348
Heminæ 219
Heri 306
Herbam porrigere 507

НБ ОНУ Мечникова

Herciſco 324
Herctum citum 324
Hercules 219
Herculeus 273
Heres 219
Heri 190.237
Hermannus 75
Hermes 290
Hermon 316
Hernia 220
Hernica 220
Herodes 219
Heroina 219
Heros 219
Ἔρπω 437
Herus 219
Heſperus 520
Heſsi 415
Heſternus 190
Ἑστία 190
Hetta 220
Hetto 415
Hetrila 443
Hetruria 220
Hettvvig 267
Hexaſtichon 214
Hic 242
Hiems 13
Hieracium 220
Ἱέραξ 221
Hilaris 221
Hiltebertus 442
Hiltebrand 94
Hilum 319
Hinnio 304
Hinnom 303
Hinnulus 221
Hinnus 221
Hio 193
Hippaco 222
Hippago 222
Hippocrene 363
Hoppomanes 221
Hippuris 222
Hippus 222
Hirundo 222
Hiſco 193
Ἱστορέω 223
Hiſtoria 29.222
Ἵστωρ 221.223
Hiſtrix 506
Hitta 220
Hittio 220
Hittus 220
Hodie 152
Ὁδός 292
Hoi 306
Holocauſtum 119
Ὅλον 456
Holophanta 216
Homicida 99
Homilia 222
Homilus 401
Homo 401
Homonyma 222
Homulus 401
Honor 223
Ὅπα 535
Hora 208
Horæum 209
Horatius 223
Horatius explic. 161
Ὁράω 223.487
Horda 187

Horizon 223
Hornotinum 209
Hornum 209
Ὄρος 224
Horreum 185
Horripilor 224
Horror 224
Hortor 297
Hortus 224
Horus 208
Ὅς, ὅς 408
Ὅσιον 42
Hoſpes 41
Hoſtia 522
Hoſtilitas 41
Hoſtis 40
Huldericus 240
Humaniores literæ 224
Humanitas 224
Humanus 224
Humerus 144
Humilis 13.174
Humor 225
Humus 225
Hurpices 270
Hyas 226
Hyacinthus poëtarum 46
Hyades 225
Hybernus 226
Hydrus 316
Hyems 226
Hydrargyros 69
Hygiea 226
ὑγιὴς 226
ὕλαξ 304
Hylax 304
Hymen 227
Hymenæus 227
Hymnus 227
ὑπόκαυμα 119
Hypocauſtum 119
Hypocrita 228
Hyſſopus 3.314
ὑστέρημα 389

I.

Ia 230
Iacio 228
Iacobus 228
Iactura 228
Iaculum rete 228
Ialemus 250
Ἰαμβίζειν 228
Iambus 228
Ianua 193.241
Ianuarius 240
Ianus 16.193.240
Iapetus 229
Iaphet 229
Iaſon 34
Iaſpis 229
Iavan 241
Iccirco 129
Ἰκμὰς 463
Icon 235
Idea 524
Idem 242
Identidem 242
Idoleum 524
Idolum 524
Iduare 229
Idulis 229

НБ ОГУ Мейнингеровка

Idus 229
Idyllion 524
Iehova 230
Iejus 631
Ieruſalem 458
Ientaculum 234
Ientare 234
Ieſus 231. 234
Ignarus 321
Ignitabulum 235
Ignis 235
Ignominia 321
Ignoro 321
Ilia 199
Ilex 235
Ille 243
Illecebræ 248
Illex 248
Ilicet 173
Illex 248
Illico 264
Illimis 261
Illuvies 268
Imago 235
Imbecillis 383
Imbellis 387
Imber 416
Imbulbitare 512
Imbuo 235
Imitor 235
Immanis 276
Immolo 171
Imparatum 353
Impero 353
Impetritum 359
Impetro 359
Impeſco 356
Impetigo 379
Impeto 379
Impetus 379
Imploro 236
Impluviùm 64
Impluviatus color 64
Impomenta 386
Impono 386
Impoſsibile 390
Impos 390
Improbus 215
Improles 470
Imputatum 404
Imus 236
In 218. 236
Ina 199
Inane 199
Inaudio 78
Incalationes 101
Incaſſum 115
Inceſtus 117
Incieo 126
Inchoo 237
Incita 126
Incitega 150
Inclino 130
Inclitus 131
Incolumis 145
Increbeſco 141
Increpo 142
Incubus 144
Inculco 105
Incunabula 127
Incurvicervicum 146
Indago 44
Inde 236
Indemnis 148

Index 156
Indico 154
Indigena 206
Indigito 156
Indipiſco 61
Indo 236
Indoles 470
Induciæ 160
Inductio 160
Inducula 521
Indulgere genio 206
Induo 521
Induſium 521
Induſtrium 236
Induviæ 521
Inedia 168
Ineptia 62
Ineptus 61
Inermis 71
Iners 400
Infans 183
Infenſus 149
Inferilia 236
Inferna 236
Infra 236
Infitior 183
Infit 192
Infligere 237
Inforo 187
Infractus 196
Infrunitus 238
Infuſco 201
Ingeniculo 205
Ingenium 206
Ingens 206
Ingenuus 206
Ingluvies 213
Ingratijs 212
Ingratitudo 212
Ingratum 212
Ingruo 213
Inhibeo 215
Iniquum 36
Initium 173
Innocens 318
Inquilinus 238
Inquino 329
Inſecta 455
Inſidiæ 329
Inſignis 239
Inſipare 396
Inſtar 238
Inſtauro 239
Inſtigo 103. 239
Inſtilla 469
Inſto 462
Inſtitor 464
Inſula 239
Inſulſum 239
Intaminatus 136
Integer 485
Intelligi 163
Intercapedo 113
Intercus 438
Interdiu 152
Intergerrivi 205
Interpolare 385
Internecivum 318
Interpretor 240
Intervallum 513
Inteſtinus 237
Intimare 237
Intus 237
Invenio 515
Inveſtitura 521

Invidendus 523
Invidia 523
Invisitatus 523
Invisus 523
Invocatus 534
Involare 280
Iò 243
Joachimus 240
Jobus 240
Johannes 240
Johannis Fungeri etymologicum 7
Ionia 241
Joseph 242
Josquin 534
Josua 234
Jota 278
Jova 230
Jovis 231
Ipse 243
Ipsillices 248
Ipsiplices 249
Ira 537
Ira quid 537
Iris 242
Irnea 220
Irpices 270
Irrito 537
Irrumo 418
Irus 242
Is 528
Iste 242
Ἴστημι 431
Ἰχὺς 528
Isidori Etyma 6
Isis 450
Iste 243
Italia 529
Ἰτέα 49
Iter 173
Iterum 173
Itidem 242
Jubilo 243
Jucundus 243
Judæus 243
Judico 154
Juga 244
Jugerum 244
Jugis 244
Jugites 244
Juglans 208
Jugula 208
Jugum 243
Jugus 244
Jul. Cæs. de Analog 7
Julius 244
Julus 244. 251
Jumentum 244. 266
Jungo 243
Junij 246
Junior 274
Junius 274
Junix 274
Juno 244
Jupiter 23
Jureconsultus 245
Jurgo 281
Juro 245
Jus 244
Jus jurandum 244
Jussum 244
Justum 244
Juvenalis 518
Juvenis 274

Juvo 231. 266
Juxta 243
Ἰὺ 306
Ἰύζειν 306

L.

Labes 245
Λαβὴν 245
Labeo 245. 247
Labor 245
Labradæus 233
Labrum 245
Labrusca 245
Lac 245
Λαγχάνειν 301
Lacero 248
Lacessio 248
Lacrima 249
Lachesis 355
Lacio 248
Lactes 246
Lactuca 246
Lactucini 246
Lacuna 248
Lacunar 248
Lacus 248
Lælaps 249
Læna 249
Lætamen 249
Lætus 249
Lævus 250
Lagena 250
Lagopus 368
Λαλῶ 250
Lallare 250. 304. 317
Lama 207
Lamia 207
Λαμβάνω 245
Lambo 304
Lamentum 250
Λαμία 207
Lamina 36
Lampas 250
Lampertus 442
Lampetra 370
Λάμπω 250
Lana 250
Lancea 264
Λαγχάνω 264
Λάχω 264
Landolphus 415
Λανθάνω 256
Languco 251
Λαὸς 522
Lapicida 251
Lapis 232. 251
Lapit 251
Λάπτω 304
Laquear 248
Laqueus 104
Lares 252
Largus 349
Lar cunctalis 252
Lar 252
Lars 252
Laryæ 252
Lascivus 252
Λάσκω 255
Laser 246
Laserpitium 246
Lassus 252
Latebræ 256

Нь ОЗУ имени Мечникова

Lateo 256
Later 256
Laterna 256
Latex 256
Latialis 232. 257
Latina è Græcis 14. 15
Latina & Græc. ex Hebr. 17
Latinus 257
Latium 257
Latrare 304
Latrina 256
Latrocinari 256
Latro 256
Latus 256
Lavacrum 266
Laucus 269
Laudare 252
Lavernalis 252
Laverna 252
Lavernio 252
Laus 252
Lautia 269
Lautumiæ 251
Lax 248
Laxo 248
Lebes 253
Lectica 253
Lectisternium 253
Lectus 253
Lecythus 253
Ledo 249
Legare 163
Legatus 163
Legio 164
Legitimum 164
Lego 163
Legumen 164
Lema 207
Λήμη 207
Lemma 255
Lemniſci 254
Lemuralia 254
Lemures 254
Lenæus 526
Lentulus 246
Leo 254
Lepeſta 254
Lepidium 209
Lepidum 254
Lepis 255
Λέπτος 521
Lepus 255
Λέχη 255
Leſſus 255
Lethargus 256
Lethe 256
Lethum 256
Levi 257
Levidenſa 257
Levigo 250
Levinus 257
Levir 528
Levis 250
Lex 164
Libanotis 259
Libanus 259
Liber 191
Liber 259. 262
Liberi 247. 259
Liberum 259
Libitina 259
Libitinarius 259
Libo 259
Libra 259

Libum 259
Libya 259
Λίγυς 213
Licium 260
Lictor 260
Ligare 259
Λίγδην 303
Lignum 273
Ligures 220
Lilium 262. 513
Lima 303
Limax 261
Limen 260
Limes 262
Liminium 260
Limpha 319
Limpidus 319
Limus 261
Linctus 104
Linea 263
Lingo 261
Lingua 261
Lino 263
Linquo 162. 408
Linteum 263
Lipa 374
Lipire 261
Lippa 374
Lippus 261
Lipſia 374
Liquo 408
Liquor 104
Liquus 475
Lira 271
Lirare 271
Liropipium 316
Lis 262
Λίσσομαι 263
Liſta 475
Lita 263
Litania 263
Litera 263
Literarum mutatio 25. 26
Litigo 261
Lito 262
Litura 263
Litus 263
Lituus 262
Lix 104
Lixæ 104
Lixivium 104
Λόχος 264
Locuples 264. 330
Locus 264
Locutuleius 264
Lœmius 63
Logicæ regulæ 13
Longa à brevibus 266
Longævus 39
Longus 264
Loquendi quæ cauſa 2
Loquor 264
Lora 349
Lotharius 415
Lotium 269
Lotos 265
Λαίβη 245
Λαῖον 287
Λαῦρος 521
Lua 268
Lucæ 265
Lucar 268
Lucerna 265
Lucetius 232

Lucia 270
Lucidus 265
Lucina 268. 270
Lucini 217
Lucius 246
Lucrum 268
Lucta 265
Lucubro 265
Lucumones 269
Lucunculus 266
Lucuns 266
Lucunter 266
Lucus 270
Lude 415
Ludicer 266
Ludius 267
Ludo 266
Ludolphus 415
Ludovicus 267
Lodus 266
Lues 268
Lugeo 267
Lumen 270
Luna 268
Luo 268
Lupa 269
Lupanar 269
Lupa rava 304
Lupatum 269
Lupercal 269
Luperci 269
Lupinus 270
Lupulus salictarius 49
Lupus 269
Lura 349
Lurcho 349
Luridus 349
Luscinia 373
Luscini 217
Luscioſus 217
Luscus 217
Luſtrum 268
Luteus 270
Lutum 268
Lux 265. 270
Luxo 265
Lya 268
Lyæus 262
Lycaon 269
Lychnus 270
Lyciſca 270
Lycius 63
Lydia 266
Lympha 319
Lyncurium 537
Λύπη 251
Lyſius 262
Lyrierſe 251

M.

Macedonia 241
Macellum 80. 372
Maceo 271
Maceria 271
Macer 271
Μαχίμης 241
Machæra 271
Machina 271
Macies 271
Macreo 271
Macrobius 271
Μαχρὸς 271

Macte 80
Macto 80. 514
Mactus 80. 514. 372
Macula 271
Μαδὰν 533
Μαδαρὸς 376
Madeo 533
Madidus 533
Μαδὸς 376
Maduſa 533
Magale 272
Magaria 272
Magdalena 272
Magis 273
Magiſter 272
Magiſtratus 273
Magiſtro 273
Magmentum 80
Magnes 273
Magnus 273
Magus 272
Maja 273
Majalis 518
Majeſtas 273
Majus 518
Malus deus 273
Mala 287. 372
Malacia 274
Malacio 274
Malacus 274. 296
Malagma 274
Malaxo 274
Malleolus 274
Malleus 274
Μαλὸς 514
Malluvium 269
Malo 191
Maltha 274
Malva 274
Malum 287
Mali non eſt efficiens 162
Malus 274. 287
Maners 400
Mamma 96. 486. 283
Mammare 283
Mammon 275
Manaca 175
Mamphula 275
Mamphur 276
Μανιὰς 166. 175. 289
Man 74
Manare 278
Mancipium 279
Mando 167. 294
Mane 276
Maneo 277
Maneros 277
Manes 276
Manicæ 279
Manifeſtum 279
Manipularis 279
Manipulus 279
Manius 247
Manna 277
Manſtutor 279
Manſuetus 279
Mantare 277
Mantelium 279
Materia vocis 22
Mantica 277
Manticulari 279
Mantile 279
Mantiſa 279
Manubiæ 279

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Manubrium 279
Manuare 276
Manuarius 276
Manus 278
Manus piceata 380
Mapalia 272
Marc. 280
Marcellus 246
Marceo 50
Marchio 280
Marcor 50
Marcipor 399
Marcus 246
Mare 280
Mare cur ſalſum 239
Margarita 282. 416
Maria 281
Maria polliceri 282
Maritus 400
Marmor 281
Maro 246
Marquardus 146
Mars 282. 400
Marſchallus 281
Marſpiter 232
Mars ſtella 380
Marſupium 283
Mart. Luth. Etyma 7
Martinus 282
Martius 63. 282
Mas 400
Maſſa 283
Maſſaris 283
Maſſo 372
Maſtico 372
Maſtix 283
Maſtupratores 474
Maſtus 95
Mathematica 284
Mater 283
Matertera 284
Materia 283
Μαθεῖν 284
Matrona 283
Matrix 284
Matthæus & Matthias 284
Mattia 255
Mattici 284
Maturus 284
Maurus 285
Mauritania 285
Maxilla 372
Maxo 372
Me 314
Μὴ 320
Mecare 304
Μηχᾶος 304
Mechanicum 271
Mecœnas 285
Meddix 410
Media 285
Medica 285
Medicina ars muta 226
Medicina 286
Meditor 285
Meditrina 286
Meditullium 492
Medius Fidius 151. 314
Medioxumum 286
Medium 285
Medulla 285
Megaleſia 273
Mehercule 220
Meio 287
Μείρω 323
Μέρων 273
Melampus 368
Melanchthon de Iing. 11, 19
Melanurus 250 3, 32
Melchior 287
Melere 394
Mel 287
Melia 238
Melicraton 287
Melimela 284
Melion 287
Melior 287
Melis 288
Meliſſophyllon 62
Melita 287
Melon 319
Melos 288
Melos Chromaticum 124
Melpomene 309
Memini 297
Memorare 297
Memoria 297
Mena 439
Μὴν 288
Menda 294
Mendacium 294
Mendicus 294
Menelaus 522
Menerva 294
Mens 288
Menſa 285
Menſch 402
Menſis 288
Menſtruum 289
Menſurnum 289
Menuo 297
Mentum 288
Meo 289
Merces 323
Mercor 289
Mercurius 289. 381
Mercuri, med. brev. 289
Merendare 234
Merco 323
Mergæ 290
Merges 290
Mergo 281
Mergus 281
Meridies 286
Meridies noctis 286
Meritrix 323
Meritum 323
Merops 363
Merula 280
Merus 290
Meſa 285
Meſancylum 291
Meſenterium 286
Meſſata 247
Meſſalæ liber 6
Meſſias 235
Meta 541
Metæos 382
Metallum 292
Metari 541
Meteoron 293
Methodus 292
Metior 541
Meto 292
Metreta 541
Metrum 541

НБ ОГУ имени И. Мечникова

Metuo 224
Metus 224
Mico 292
Mictilis 287
Midas 524
Migro 292
Mihi 176
Miles 292
Milium 293
Mille 293
Milliare 293
Milvus 293
Mimus 293
Mina 277
Mina ovis 294
Minera 492
Minerva 294
Minimè gentium 293
Miniſtro 280
Minor 293
Minulſus 415
Minuo 293
Minurio 293.306
Minuritio 293
Miſceo 294
Μισγάω 294
Miſer 360
Miſeret me 389
Miſericordia 137
Μισέω 332
Miſſa 295
Miſsilia 295
Miſſus 186.295
Mithridates rex πολύγλωσσος 7
Mitis 294
Mitra 295
Mitto 295
Μιτόομαι 296
Μνήμη 288
Mnemoſynon 297
Moderor 287
Modeſtia 286
Modialis 287
Modius 287
Modulor, modulus 287
Modus 286
Mœchus 296
Mœne 308
Mœnia 307
Mœror 323
Moim 296
Μοῖρα 323
Mola 171
Molech 287
Moles 171
Molitrina 171
Mollis 296
Molluſca 296
Moloche 274
Molochinarius 274
Molochites 274
Moloſſus 508
Molucrum 171
Mœnar 296
Momen 312
Momentum 312
Momus 296
Monachus 296
Monas 296
Monedula 297
Moneo 296
Moneta 297

Monialis 296
Monoceros 138
Monos 296
Mons 298
Monſtro 298
Monſtrum 298
Monumentum 297
Mopſus 176
Mora 143
Morbus 322
Mordeo 168
Mordices 168
Moretum 298
Mors 322
Mortalis 323.402
Mortarium 298
Morum 299
Morus 299
Moſes 299
Moſchi 510
Moſtellum 298
Motacilla 312
Moveo 312
Mox 312
Muccinium 299
Muccus 299
Muceo 299
Mucerda 308
Mucidus 299
Mucro 299
Mucus 299
Mugio 4.304
Mugo 299
Mulceo 298
Mulciber 191
Mulctare 300
Mulgeo 300
Mulier 300
Mullare 300
Mulleus 300
Mullus 300
Mulſum 296
Multare 300
Multifariam 184
Mundus 140
Mundus muliebris 140
Mungo 299
Municeps 308
Munio 308
Munis 308
Munus 308
Muræna 246
Murcia 312
Murex 300
Muria 281
Muricidus 309
Murmur 301
Murus 307
Muſcipula 308
Mus 308
Muſa 309. 311
Muſca 310
Muſcovitæ 510.
Muſcus 310
Muſeum 309
Muſſo 311
Muſtela 487
Muſteum 527
Muſtricula 309
Muſtum 527
Mutilus 89.300
Mutire 311
Muto 311
Mutus 311

НБ ОГУ Меню | Мечникова

Mutuum 311
Μυκάω 4
Mycenæ 312
Myia 310
Myjodes 310
Myobarbum 122.220
Myon 121
Myoparo 121
Myops 176
Myrmecia 186
Myrmecium 186
Myrmidones 186
Myrrha 312
Myrtus 312
Μύσσω 299
Mysta 313
Mystax 312
Mysterium 309. 313
Μυστιζειν 316
Myxa 299
Μύζω 299

N.

Nabathæa 313
Nablium 313
Nacæ 315
Næ 314
Naim 308
Nam 237
Nanus 324
Napæa 314
Napus 314
Narcissus 314
Nardus 314
Nares 315
Narita 315
Narro 321
Narthecia 315
Nascor 207
Nasiterna 315
Naso 247
Nassa 315
Nasturtium 315
Nasus 315
Nathan 284
Natinare 216
Nato 53.316
Natrix 316
Natus 207
Nauci 315
Navarchus 316
Nauclerus 316
Naufragium 316
Navigo 316
Navis 316
Naulum 316
Nausea 315
Naustibulum 463
Nauta 316
Nautea 315
Navus 210
Nè 218.14
Ne 314.320
Nebula 318
Nebulo 318
Nec 320
Necesse 391
Necia 318
Neco 318
Νεκρὸς 318
Nectar 316
Netandus 183

Nefastus 183
Nefrendis 302
Negligo 163
Nego 44
Negotium 343
Nemesis 325
Nemo 401
Νέμω 288
Nemus 316
Nemtm 320
Nenia 317
Νέος 328
Νέος 439.324
Nepa 320
Nepenthes 317
Νήπιος 183
Nepos 317
Neptunus 318
Neque 320
Nequam 36
Nequeo 174
Nereides 416
Nereus 416
Nero 247.318
Nervus 318
Neuter 538
Nex 318
Nice 522
Nicodemus 522
Nicolaus 522
Nidus 318
Niger 318
Nihil 319
Nilus 319
Ninguidus 319
Ninguo 319
Nitor 365
Nitor 319
Nitrum 319
Nix 319
No 53.316
Nobilis 321
Noceo 318
Noctiluca 324
Noctua 325
Nocturnus 324
Noctuvigila 324
Nodus 319
Nolo 190
Nomades 316
Nomen 321
Nomenclator 321
Nomisma 325
Nomius 134
Nonæ 320
Nonaria 320
Non 320
Νόος 265.320
Norma 321
Nosco 320. 431
Nosocomeon 321
Νόσος 322
Noster 176
Nostras 176
Nothus 323
Notio 321
Notum 321
Notus 324
Novacula 324
Novale 40
Novem 439
Novensiles 439
Noverca 324
Novissimum 439

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Novo 324
Novus 324
Nox 324
Noxa 328
Nubes 327
Nubo 327
Nudiustertius 153
Nugæ 317
Nullus dubito 533
Nullus 533
Numella 325
Numen 327
Numero 325
Numerus 325
Numidæ 316
Numus 325
Nunc 326
Nuncius 326
Nundinæ 320
Nuo 327
Nuper 335
Nupta verba 327
Nuptiæ 327
Nuto 327
Nutrio 328
Nutus 327
Nux 328
Nycteris 520
Nympha 319

O.

Ob 27
Obba 383
Obedio 78
Obeliscus 330
Obelus 330
Obesum 168
Obex 229
Objicio 228
Obiter 173
Oblecto 248
Obliquus 475
Oblitero 263
Oblucinasse 217
Obrizum 328
Obrussa 328
Obrussum 328
Obscœnus 329
Obscurus 137
Obses 329
Obsidio 329
Obstipus 474
Obthuro 161
Obtrectatio 52
Obviam 273.521
Obulus 330
Occasio 98
Occentare 194
Occillo 331
Occiput 114
Occo 330
Occulo 331
Occupo 112
Oceanus 331
Ocha 79
Ocellæ 331
Ocimum 331
Ocior 331
Ocrea 30
Ocris 30
Oculissimus 331
Oculus 331

Odi 332
Odor 332
Oedipus 368
Oenotrij populi 16
Oesophagus 370
Oestrum 332
Officina 182
Officium 181
Offucare 477
Offuciæ 199
Offusco 201
Oh 307
Ὀιμώζω 305
Ὄϊς 365
Olea 332
Oleo 470
Oleum 332
Olim 332
Olla 333
Ὄλυμπος 333
Ὁλολύζω 306
Olor 333
Olradus 146
Olus 348
Olympus 38
Omen 343
Omnipotens 390
Omnis 334
ὠμὸς 144
ὠμῶς 144
Onager 77
Onagus 76
Onco 76
Ὀνέω 223
Ὄνημι 223
Ὄνηρος 458
Oniscus 77
Onobatis 77
Onochelus 77
Onocrotalus 77
Ὄνος 322
Onus 76
Opacum 335
Opes 335
Ophiuchus 335
Ὄφις 335
Ophthalmia 332
Opici 247.335
Opido 335
Opidum 335
Opificina 182
Opilio 344
Opimus 335
Opiparum 335
Opium 336
Opobalsamum 84
Oppeto 535
Opportunus 388
Oppuviæ 218
Ops 335.336
Ὄψον 337
Opsonium 337
Opratio 534
Opto 537
Opus 245
Ora 338
Oraculum 342
Orata 246
Oratio 276.342
Orbare 535
Orbis 535
Orbus 342
Orca 338
Orchesis 339

Orcheſtra 339
Orcus 339
Ordino 339
Ordium 180
Ordo 3. 339
Orea 79
Ὀρέγμεα 441
Orexis 441
Organon 339
Orgia 340
Ὀργὴ 537
Orichalcum 340
Oricilla 79
Originatio duplex 4
Origo 341
Orion 208
Orior 341
Oriundus 341
Ὄρις 224
Orno 491
Ornus 342
Ὀρὸς 224
Oro 342
Orphanus 342
Ὄρφνη 342
Oryza 342
Osbaldus 433
Os oris 342
Os ſublinere 343
Os oſsis 342
Oſcillum 342
Oſcines 111
Oſcitæ 343
Oſcito 343
Ὀσχὴ 311
Oſcum 343
Oſiris 343
Oſtium 343
Otium 343
Ὀφθὴ 489
Ὀποπίζειν 306
Ottilia 357
Otto 357
Ovis 344
Ovo 344
Ovum 344

P.

Paco 356
Pactum 356
Παχὺς 149
Pæan 63
Pædicare 418
Pagina 150
Pago 150
Pagus 363
Παῖς 399
Palæſtra 345
Palæus 345
Palalicium 226
Palatium 345
Palare 380
Palea 345
Palinurus 537
Palla 346
Pallium 346
Pallas 141
Pallor 346
Πάλλαξ 363
Palma 346
Palmarium 345

Palmare 346
Palmes 346
Palus, udis 345
Palus 371
Palpo 346
Panacea 347
Pancia 350
Pandecta 347
Pandora 157
Panegyris 347
Pango 150. 347. 372
Panicæ 348
Panicum 347
Panis 347
Pantheon 350
Panthera 350
Pantheron 350
Pantices 350
Panus 348
Papa 95. 358
Papaver 358
Papæ 218
Papilla 350
Papiſſare 358
Pappa 358
Papo 96
Papare 358
Pappæus 233
Pappas 358
Pappus 351
Papula 350
Papus 358
Parabole 351
Par 351
Paracletus 101
Paradiſus 351
Paradoxum 158
Parapherna 352
Pararius 165
Paraſanga 352
Paraſitus 210
Paraſceve 365
Parcæ 354
Parco 354
Parcus 352
Paredrus 330
Pareo 354
Pariare 351
Paries 351
Parnaſſus 352
Paro 351. 353
Parœmia 395
Paron 121
Paronyma 223
Parricida 359
Parra 354
Paropſis 338
Pars 354
Parſimonia 354
Parthenium 355
Parthenopipus 355
Parthenius 355
Particeps 354
Parum 355
Parvum 355
Paſcales 356
Paſcelus 355
Paſceolus 355
Paſcha 356
Paſco 356
Paſſer 356
Paſſio 359
Paſſus 356. 357
Patagium 356

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

Patalia 357
Patalisbos 60. 357
Patella 356
Patellani 357
Pateo 357
Pater 357
Πατέω 469
Patibulum 359
Patina 357
Patior 359
Patria 358
Patriarcha 358
Patrimus 359
Patro 358
Patulcius 241
Paucitas 355
Pavera 258
Paulus 360
Pavidenſis 258
Pavimentum 258
Pavo. Pavus 408
Pavire 258
Paver 258
Pauper 355. 360
Pauſa 356
Pauxillum 372
Pax 356. 361
Paxillus 371
Pazion 501
Pecco 262
Pecten 361
Pecto 361
Pectus 361
Peculium 362
Pecunia 362
Pecus 361
Pedamen 368
Peda 368
Pedale 367
Pediſequa 368
Pedicoſus 368
Pedarij 368
Pederentim 489
Pediculus 368
Pedo 8. 362
Pedor 362
Pedum 367
Pedidoſus 362
Πηγὴ 263
Pegaſus 363
Pejero 245
Pelagia 402
Pelagus 281
Pelaſgi 363
Σπίλεχυς 182. 363
Pelecanus 363
Πελ'ω 378
Pellego 163
Pellecebræ 363
Pellex 363
Pellis 438
Pello 438
Pelluvium 269
Peloponneſus 363
Pelops 363
Pelta 364
Penates 364
Pendeo 364
Pendo 264
Penes 364
Penitrale 364
Penitro 364
Penitus 364

Penna 366
Pentathlus 400
Pentecoſte 365
Penus 364
Pepo 365
Penuria 365
Peplus 316
Per 326
Pera 365
Peragro 40
Perbibeſia 168
Percello 120
Percunctari 335
Perdius 152
Περδὶξ 305
Perdo 757
Πεδ'ω 362
Peredia 268
Peredo 167
Per ger 40
Peregrinus 40
Peremne 56
Perenticida 365
Perendie 153
Perenne 56
Perſica 180
Perfrictæ frontis 198
Pergo 411
Pergula 411
Perio 412
Periculum 412. 173
Peripatetici 469
Perire 173
Periſtera 365
Perjurium 246
Perna 365
Pernicies 318
Pernix 365
Pero 365
Perorigæ 471
Perperam 366
Perperus 366
Perpes 366
Perpetuum 38. 366
Perſia 366
Perſona 366
Perſpicua vox 2
Perſpicuitas ſignif. qualis. 2
Pertendo 489
Pertica 485
Perſinax 489
Pes 367
Pes 399
Peſcia 361
Peſſulus 372
Peſſum 369
Peſtis 369
Petaſites 370
Petaſus 370
Petauriſta 370
Πέτ'ω 380
Peto 379
Πέτρα 370
Petora 408
Petoritum 370
Petra 370
Petrones 370
Petelæon 332
Petulans 379
Petulcus 379
Φάζω 370
Phædria 370
Phædrus 370

Phaëthon 194
Phago 370
Phalæna 44
Phalanx 371
Phalerata 345
Phaleræ 345
Phaneta 63
Phantasia 372
Pharao 373
Pharetra 187
Pharisæus 374
Pharmacon 373
φᾶρος 480
φάσκω 355
Phaselus 373
φάος 372
φάω 194
φήμη 194
φέρβω 196
φεύγω 199
Phiala 447
Philippus 222
Philologia commendata 4
Philomela 373
Philosophia 425
Philyra 374
φλᾶν 194
φλέγω 194
Phlegethon 194
Phlegma 194
φλοῖσβος 307
Phlyus 83
Phœbus 63
Phrasis 374
Phrath 178
φρέαρ 105
Phy 306
φυσάω 193
φυλακὴ 375
Phylacterium 375
φωλεὸς 141
φωτίω 534
Phrygia 374
Phryx 374
Picea 380
Pictor 246
Piger 375
Piget 375
Pigritia 375
Pila 375
Pilani 505. 375
Pilentum 376
Pileta 375
Pileum 375
Pileus 375
Pilo 375
Pilum 375
Pilumnus 246
Pilus 376
Πιμελὴ 335
Pinax 376
Pincerna 141
Pingo 190
Pinguis 373
Pinna 376
Πινύσσω 238
Pinso 377
Pinus 377
Piper 377
Pipilo 378
Pipulum 377
Pipio 378
Pipulo differre 194. 378
Pipus 377

Pirata 228
Pisare 377
Pistrinum 377
Piso 126
Pison 178
Πίσις 379
Pisum 377
Pituita 378
Pitisso 384
Pithecium 445
Pix 380
Placenta 90
Plaga 382
Plagipatidas 382
Plancæ 371. 382
Plancus 371
Planeta 380
Plango 382
Plangon 382
Planta 381
Planus 380
Plastes 381
Platæa 90
Platanus 90
Platra 90
Plato Philologus 5
Plato 90
Plaudo 203
Plaustrum 371
Plautus 382
Plebes 383
Plebs 383
Πλίσσω 446
Plecto 446
Plectrum 382
Πλημμέλημα 288
Plejas 381
Plenus 382
Plerique 383
Plerique omnes 383
Plenus 383
Plica 446
Ploro 236
Plumare 376
Plura 387
Plus 387
Pluvia 64
Pocillator 383
Porulum 383
Podex 362
Ποιεῖν 384
Ποινάω 384
Pœna 384
Pœnitet 384
Poëta 384
Ποιμαίνω 344
Polæ 385
Polemos 346
Polenta 539
Policus 233
Polimenta 385
Polio 384. 388
Polypus 368
Polleo 280
Pollex 280
Polliceor 295
Polinctor 384
Polingo 384
Pollio 385
Polonia 385
Pollux 116
Polvinar 385
Polus uterque 67
Polymnia 309

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Polyphemus 182
Polymitus 295
Polyxenus 539
Pomarium 303
Pompa 386
Pompæus 386
Pomum 386
Pono 386
Πονῶ 386
Pons 281
Pontia 281
Pontifex 386
Pontigena Venus 517
Pontius 281
Popanum 386
Popa 386
Popina 386
Poples 446
Poppyſmus 303
Πορπύζω 303
Populus 387
Porcæ 67
Porceo 67
Porcus 387
Porricio 229
Porphyrius 402
Porro 229
Porta 388
Por πὸρ 398
Portiſculus 388
Portitor 388
Porto 388
Portorium 388
Portumnus 388
Portus 388
Porus 160
Poſca 380. 384
Poſculenta 384
Poſco 380
Poſt 326. 389
Poſterus 389
Poſthumus 225
Poſtliminium 260
Poſſibile 390
Poſſideo 330
Poſſum 389
Poſtridie 152
Poſticum 60
Poſtumus 225
Potina 384
Potio 383
Præ 393
Præbeo 113
Præcanis 109
Præbitum 215
Præcedaneum 99
Præceps 215
Præcidaneum 99
Præcipere 112
Præcipuum 113
Præco 100
Præconius 246
Præcox 44
Præditus 157
Prædium 391
Præfica 180
Præfiſcine 185
Progenerare 207
Prægnare 207
Præhendo 149
Præmium 393
Præpotens 396
Prænomen 322
Præputium 405

Præpes 366
Præpetere 366
Præſagire 420
Præs 390
Præſens 391
Præſegmina 454
Præſeſſe 391
Præſertim 434
Præſidero 441
Præſtega 150
Præſtes 461
Præſtigia 150
Præſto 461
Præſtolor 462
Præſtulus 462
Præſul 456
Prætexta 52
Prætor 174
Prævaricator 513
Prandium 391
Pratum 354
Pravus 392
Precor 392
Precium 410
Πρήθω 392
Preſter 392
Pridem 393
Priamus 392
Priapus 393
Pridie 152
Pri 393
Prior 393
Primus 393
Primoris 393
Princeps 113. 505
Priſcus 393
Priſtinus 393
Priſtis 393
Privignus 394
Privus 373. 387
Pro 369
Probus 215
Procalare 101
Proceleuſmaticus 120
Procella 120
Procare 410
Procellere 120
Proceres 393
Procidaneum 98
Proconſul 49
Procyon 109
Prodigium 298
Prodigo 43
Prodigus 43
Prodo 157
Profligo 237
Programma 481
Profundus 210. 369
Proh 307
Prolicebræ 248
Proles 470
Proletarius 470
Prologium 69. 165
Promitto 295
Promulgo 300
Promulſis 296
Promus 157. 394
Promoveo 311
Promellere 394
Prometheus 394
Promulco 394
Pronus 395
Proœmium 394
Propediem 153

Нб Оцифр. НЛО Чкова

Prope 368. 393
Propero 353
Propino 267
Propitius 395
Propola 165
Propria vox perſpicua 1. 2
Proprium 533
Propter 369
Propudia 398
Prora 396
Proreta 396
Prorſum 396
Proſa 396
Proſapia 396
Proſeda 463
Proſerpina 154
Proſper 187
Proſecta 163
Proſicia 163
Proſequor 453
Proſtibulum 463
Proſtibula 463
Protelare 487. 472
Protelum 487. 472
Protervus 493
Provideo 523
Proventus 515
Provincia 522
Proverbium 518
Proxeneta 530
Prudens 525
Pruina 536
Pruna 536
Prytaneum 397
Ψάω 490
Ψ[illegible]ω 490
Ψ[illegible] 492

Ψάμμος 523
Pſantherim 275
Ψαλίζειν 303
Ψιθυρίζειν 301
Ψὶξ 397
Ψιττάζειν 303
Pſomus 397
Pſora 397
Πτερυφόρος 188
Ptiſana 539. 377
Ptolomæus 86
Pubes 397
Publicus 387
Publius 247
Pudor 398
Pudet 398
Pudicus 1. 98
Puella 399
Puera 399
Puer 398
Puerpera 527
Pugil 278
Pugillares 278
Pugillus 278
Pugio 278
Pugna 278
Pugnus 278
Pulcher 39
Pulchralia 157
Pullaſter 401
Pullulo 400
Pullus 400
Pullus adject. 474
Pulmentum 542
Pulmo 54
Pulpa 347
Plus 542

Pulvi-

Pulvinar 385
Pulvis 438
Pumilio 401
Pumilus 401
Pungo 278
Pupa 397
Pupilla 397
Pupis 395
Pupus 397
Purgo 537
Puro 536
Purpura 402
Pus 398
Puſillus 399
Puſula 398
Puſio 399
Puſtula 398
Puſus 399
Puteal 384
Puteo 398
Puteus 384
Putidus 398
Putilla 404
Putillum 403
Putiſſimus 403
Putus 403
Putum purum 536
Pyga 404
Pygmæus 278
Pygon 278
Πυκκάζειν 303
Πῦρ 536
Pyralis 84
Pyra 536
Pyramis 536
Pyrgus 536
Pyrites 536

Q.

Pyrrhichius 536
Pyrus 36
Pythius 63
Python 63
Pyxis 278

Quadra 405
Quadrageſima 406
Quadrans 406
Quadrantal 406
Quadrantaria 406
Quadriga 243
Quadro 406
Quale 405
Quaſi 237
Quatio 405
Quatuor 405
Quaxare 305
Que 320
Querquerus 406
Quia 340
Quinare 329
Quinctilis 405
Quinctus 405
Quinire 109
Quinquatria 406
Quinquertio 400
Quinque 405
Quinqueviri 45
Quirinalia 407
Quirinus 241. 407
Quiris 407
Quiriter 407
Quirito 407

Qui

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Qui 408
Quis 408
Quisquiliæ 408
Quocirca 129
Quoniam 340
Quotannis 56
Quot diebus 153
Quotidie 153
Quotus 408

R.

Raca 408
Ῥαχὼ 93.518
Radius 408
Radius non reipsa in sole 409
Radix 409
Ralla 258
Rama 414
Ramus 409
Rana 305
Ranceo 409
Rancor 409
Rapax 410
Raphael 496
Raphanus 410
Rapio 410
Rapum 410
Rapus 410
Rapsod 275
Rastrum 24
Ratio 412
Ratum 412
Raucus 304
Raudum 408
Ravis 304
Ravus 304
Raymundus 442
Reales 8
Reckrat 146
Recidivum 98
Reciprocam 150.410
Ῥεκτὼ 413
Recoctus 44
Recordor 137
Recupero 410
Recutitus 438
Redimiculum 229
Redimio 229
Redivivus 530
Reduvia 269
Referiva 187
Refero 188
Refocillo 195
Refragor 197
Refricare 198
Refuto 410
Rego 266.410
Regifugium 411
Regimen 266
Regulus 410
Regula 266.420
Rejicio 229
Rejiculæ 229
Religio 260
Remeligines 394
Remus 507
Ren 416
Reor 412
Repedo 504.368
Reperio 411
Repo 437

Repotia 383
Repudium 398
Res 412
Resina 416
Restauro 239
Restibilis 40
Restis 412
Rete 412
Reticulum 413
Revenio 515
Reus 412
Rex 266.410
Ῥέζω 410
Ῥαδιεργὸς 339
Rhamnus 413
Rhamnusia 413
Rhapsodia 275
Ῥάπτω 413
Ῥάπτω 480
Ῥαφαγεῖον 302
Ῥαφὶς 480
Rhea 416
Ῥέω 413
Rhetorica 417
Rhetor 417
Ῥίζα 303
Ῥέω 416
Rhinoceros 138
Ῥοιζεῖν 302
Rhonchus 302
Ῥοθεῖν 302
Rica 413
Richardus 146
Ricinium 413
Ricidipna 413
Rictus 437
Rideo 8.437
Rigo 416
Rigeo 413
Riguus 416
Rima 413
Ringo 315
Ripa 264
Rivalis 416
Rivus 416
Rixa 413
Ῥίζα 409
Roboraria 414
Rubor 413
Rudolphus 415
Roma 414
Romani græci orig. 15
Romphæa 415
Romulus 414
Ros 416
Rosa 416
Rostrum 24
Rota 416
Rotundus 416
Ruber 417
Rubus 417
Ructo 177
Ructus 177
Rudera 408
Rudens 76
Rude 408
Rudo 76
Rudus 408
Ruga 419
Rugio 305
Ruma 418
Rumen 417
Rumito 417
Rumo 417
Rumor 417

НБ ОГПИ имени И.Мичурина

Runcina 418
Runco 418
Ruo 418
Rupices 370
Rupertus 442
Rurſum 396
Rus 72
Ruſpari 302
Ruſſum 328
Ruſus 396
Rutilus 417
Rutrum 418

S.

Saba 419
Sabbatum 170
Sabadius 419
Sabæa meſsis 419
Σαβάζειν 419
Sabini 419
Sabulum 419
Saburra 213.419
Saccatum 420
Sacchar 440
Saccus 419
Sacer 421
Sæla 421
Sæpe 421
Sæpes, ſæpus 421
Sævum 421
Sag 420
Saga 420
Sagax 420
Sagena 420
Saggi 420
Sagire 420
Sagitta 420
Sagmen 421
Sagum 420
Salacia 239
Salacio 49
Sal 239
Salaputium 403
Salaui 239
Salarium 239
Salax 49
Salebra 49
Salem 458
Salere 239
Sales 239
Salij 49
Salio 49
Salire quid 49
Saliva 422
Salivam movere 422
Salivatum 428
Salix 49
Salomon 422
Saltim 49
Salto 49
Saltus 49
Saluber 422
Salum 239
Salus 422
Samen 423
Sambucus 447
Sanctus 423
Sancus 423
Sandalium 424
Sanè 422
Sanguis 421
Sanna 424

Sanqualis 423
Sanus 422
Saperda 424
Sapio 424
Sapphirus 425
Sara 425
Saraceni 215
Sarcasmus 425
Sarcina 184
Σαρξ 425
Sarculum 426
Sardanapalus 425
Sardinia 426
Sardoa 425
Sardonius riſus 425
Sarmata 126
Sarmenta 426
Sarra 403
Sarrio 426
Sart 426
Sartago 426
Sartor 426
Sat 426
Satago 43
Sataras 5
Σάτραι 501
Satias 426
Satira 427
Σάτη 257
Satrapa 228
Satis 426
Satius 427
Σάτη 500
Satio 426
Satum 428
Satura 427
Satur 427.428
Saturnalia 257
Saturnus 257
Saturnus ſtellâ 380
Σατύρος 501
Satyrus 500.501
Σάπω 420.426
Sauffen 319
Savium 428
Sauritæ 426
Sauromata 426
Saxum 420
Scaber 191
Scabinus 429
Scabo 428
Scæva 421
Scævola 421
Scævum 426
Scala 429
Σκαίρω 440
Scaliger utérq; linguar: do-
ctiſs. 7
Scalpo 429
Scamnum 429.471
Scando 429
Scandalum 421
Scapha 429
Scaptenſula 429
Σκάπτω 429
Scapus 430
Scarifico 429
Scarroſus 19
Scatco 429
Scaturigo 429
Scaturio 429
Σκεπάζω 405
Σκηνάω 430
Scena 430

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Σκίπων 431
Sceptrum 430
Schamaim 423
Scheda 430
σχίσμα 513
Schida 430
Schidirim 430
Schofft 512
Σκεύος 365
Schisma 193. 453
Σχίζω 193
Schola 430
Σχολὴ 430
Scientia 431
Scilicet 173. 431
Scindo 193
Scindula 193
Scintilla 193
Scio 431
Scipio 247. 430
Scirpus 35
Sciſco 431
Scitari 431
Sciurus 23
Sclopus 302
Scolopendra 421
Σκοπέω 432
Scopulus 431
Scopus 431
Scoria 468
Scorpius 432
Screo 4
Scribo 481
Scriptum 482
Scropha 4. 247
Scrupeda 432
Scrupulus 432
Scrupus 432
Scruta 433
Scrutor 432
Sculna 452
Scurra 468
Scurus 137
Scutica 438
Scutum 438
Scylla 124
Scyphus 432
Se 218
Sebaldus 433
Sebaſtianus 126. 433
Sebaſtus 433
Σέβω 433
Seceſpita 454
Secius 454
Seco 266. 452
Secors 136
Secta 453
Seculæ 453
Seculum 266. 454
Secundus 454
Securis 454
Securus 137
Secus 454
Sedare 433
Sedes 330
Sed 218
Sedeo 330
Sedile 330
Sedilio 174
Sedulus 158
Seges 434
Segeſtria 149
Segeſtus 75
Segmen 454

Segnis 235
Σείω 312
Σείρας 268
Seleucus 433
Σελήνη 268
Selenites 268
Sella 330
Semel 445
Σημεῖον 239
Semen 434
Semeſtre 289
Semidei 219
Semi 219
Semiplotia 382
Semita 219
Semones 401
Semper 435
Sempiternus 38
Senaculum 39
Senatus 39
Seneca 40
Seneo 39
Senex 39
Senes honorandi 138
Senſibilis 435
Senſilis 436
Sentio 435
Sentis 436
Sepia 436
Sæps 436
Septem 439
Septemtrio 491
Septimana 439
Σήπω 436
Sequeſter 452
Sequius 61. 453
Sequor 451
Σερὰ 436
Sera 436
Seranus 246
Seraphim 436
Serapis 436
Serenus 437
Seres 436
Sericum 436
Series 434
Serium 437
Sermo 334
Sero 434
Serpens 437
Serpo 437
Serpyllum 437
Serra 303. 453
Sertum 434
Servitudo 434
Servo 438
Servus 434. 438
Seſsilis 330
Sesquata 219
Sesqui 219
Sex 439
Sexus 454
Si 320
Sibda 175
Sibilo 302
Sibylla 151
Sica 453
Sicarius 453
Siccus 440
Sicelire 453
Sicera 440
Sicilia 454
Sicilices 453

НБ ОНУ імені І.Мечникова

Siclus 440
Siculus 296
Sideratio 441
Siderites 273
Sidon 441
Sidus 441
Sigaleon 302
Sigillatim 239
Sigillum 239
Σιγὰν 302
Sigismundus 442
Sigma 131
Significare multa quid 1
Sigbertus 442
Signum 239.273
Σίζω 4
Silenus 500.443
Sileo 302
Silex 251.454
Silicernium 443
Silva 444
Simia 445
Similis 445
Simillimus 445
Simitu 445
Simplus 446
Simplex 446
Simpuvium 236
Simpludiarium 447
Simpo 447
Simpulum 446
Simulo 445
Simulter 445
Simus 445
Sinai 435
Sinapi 447
Sincerus 445
Sinciput 114
Sindon 447.448
Singulare 448
Singulatim 239
Singuli 448
Siniſtrum 448
Sinus 449
Σίνω 447
Sion 449
Siparium 396
Sipo 396
Siphon 313
Siphra 287
Siremps 445
Siren 449
Sirenes cur tres 449
Sirius 449
Sirpe 246
Sirpi 35
Sis 190
Siſara 500
Siſto 163
Siſtrum 450
Siſyphus 450
Sitia 156
Siticines 111
Sitis 150
Sititor 450
Sito 210
Situla 450
Σῖτος 210
Σιτῶ 303
Sive 320
Σιωπᾶν 302
Σιζω 303
Sixtus 450
Σμαραγεῖν 302

Sma-

Smaragdus 450
Smegma 22
Smintheus 310
Smyrnion 312
Σόβη 310
Sobrius 450
Soccus 451
Socer 528
Socius 451
Socors 136
Sodalis 330
Sodes 190
Sol 455
Solatium 458
Soldanus 455
Solea 456
Solemne 57
Solenne 57
Solers 400
Solicitare 458
Solitaurilia 456
Solium 330
Solœciſmus 455
Solœcus 455
Solon 456
Solox 456
Solſtitium 455
Solum 456
Solvo 456
Solus 458
Solyma 458
Somnium 469.459
Somnus 226
Sons 447
Sonus 189
Σοφία 425
Sophiſta 428
Sopor 459
Soracum 460
Sorbeo 459
Sorbillo 459
Sordes 460
Soriculata 460
Sorites 460
Σωρὸς 460
Soror 197
Sororiare 197
Sors 187
Soſia 234
Soſpes 234
Soſpitator 234
Soſtrata 234
Soſtrum 234
Spado 461
Spargo 323
Spartium 323
Spartiaria 323
Spaſmus 461
Spatha 461
Spatiari 461
Σπάω 461
Species 494
Specio 494
Spectaculum 494
Specto 494
Spectrum 494
Specula 494
Speculum 494
Specus 494
Spelæum 494
Spelunca 494
Spelta 539
Sperno 323
Spes 465

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Sphalma 182
Σφάλλω 465
Sphæra 119
Σφίγξ 542
Sphinx 542
Σπιν 303
Spica 408
Spiculum 409
Spinther 465
Spinthurnix 465
Σπόγξ 303
Spolio 78
Spondeo 465
Spondæus 465
Spongia 91
Sponte 13. 461
Spuma 542
Spuo 542
Spurius 247. 323
Squalere 465
Squalidum 465
Squarra 465
Squarrosus 465
Stabilio 462
Stabulatitium 461
Stabulum 463
Stadium 461
Stagnum 462
Stamen 464
Σήμων 464
Stannum 467
Stapeda 463
St 302. 466
Stater 462
Statera 462
Stathmus 461
Statim 461
Statio 463
Stator 233. 463
Statuliber 463
Statuo 462
Statua 462
Statumen 462
Στήθ 522
Stella 268
Στέλλω 469
Stellio 268
Stemma 467
Στέφω 468
Sterculinum 468
Stercutius 468
Sterilis 468
Sterno 100
Sternuto 101
Sterquilinium 468
Sterto 459
Stichi 438
Stigma 239
Stigo 239
Stilla 469
Stimulus 239
Stipes 473
Stipo 473
Stipulor 473
Stiria 468
Stirps 381
Stiva 461
Stloppus 302
Sto 461
Stoici 469
Stola 469
Stolidus 469
Stolo 469
Storia 101
Strabo 471

Strabus 471
Strages 100
Stragula 24. 100
Stramen 101
Strangulo 470
Stranguria 470
Strategema 45
Strationa 45
Stratum 100
Streblita 471
Strena 505
Strepo 471
Stribligo 471
Strideo 307
Stridor 307
Striga 471
Strigare 471
Strigil 471
Strigillo 471
Strigosus 471
Stringo 471
Strix 472
Stropha 471
Strophium 471
Stroppus 471
Struppus 471
Strutheum 472
Struthio 472
Struthiocamelus 472
Στρόφος 473
Studium 182. 461
Stultus 469
Stupa 473
Stupeo 473
Stuprum 474
Stylus 474
Styx 474
Suada 378
Suasus 474
Sub 474
Sub dio 152
Subare 474
Suber 191
Subire 191
Subjices 229
Subjicio 229
Subselta 475
Sublicium 475
Sublimis 261
Suboles rectum 470
Subrumus 418
Subsidium 505
Subtegmen 464
Subtemen 464
Subtilis 3. 487
Subucula 521
Subulcus 91. 226
Succenseo 121
Succidia 100
Succinum 538
Succisivum 99
Succulæ 226
Sucerda 309
Sucula 90
Sudor 531
Sudum 532
Suffarcinatus 184
Sufes 476
Suffio 476
Suffoco 475
Suffragor 197
Suggestus 41
Suggillo 477
Suggrundia 41

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Suillus 246
Sulcus 477
Sulmo 477
Sulphur 478
Sultis 190
Sum 391
Sumen 479
Summa 478
Summanare 276. 280
Summanus 276
Sumo 479
Sumtus 479
Summuſsi 311
Suo 480
Supellex 253
Superbire 174
Supero 474
Superbus 174
Superficies 456
Superſum 391
Super 478
Supervaganea 44
Supo 396
Superſtes 461
Superſtitio 461
Supinus 226
Suppar 351
Supparus 480
Suppetiæ 379
Supplicium 446
Supplico 446
Supercilium 135
Sura 480
Surculus 480
Surgo 396. 411
Surſum 396
Surus 480
Sus 396. 126. 475
Suſanna 240
Suſcitare 126
Σώσαν 240
Suſpicio 495
Suſque deque 369
Suſtento 489
Suſtuli 396
Suſurrus 449
Suſum 396
Sutilis 480
Sutor 480
Sycaminus 299
Sycomorus 299
Sycophanta 216
Sylla 151
Syllogiſmus 481
Symmetria 541
Symmyſta 313
Sympathia 359
Σων 411
Syncope 481
Synecdoche 347
Synedria 330
Synedrus 330
Syngrapha 481
Syrinx 449
Σύριγξ 449
Syrma 35
Syrorum dialectus 17
Syrtis 35
Syrupus 482
Σύρω 453
Σύω 480

T.

Taba 482

Tabellarius 483
Taberna 482
Tabes 482
Tabeſco 482
Tabida nix 482
Tabula 483
Tabulerna 482
Tabum 482
Τάκω 482
Tæda 483
Tænia 489
Tæganita 228
Tagax, tago 485
Τάλαντον 42
Τάλως 486
Talaſſus 484
Talea 493
Talentum 484
Talorum jactus 530
Talmud 284
Talpa 484
Talpa non cæca 484
Ταμίας 394
Tamino 136
Tango 485
Tantalus 486
Tantarara 303
Tantzen 139
Tapes 486
Tapetia belluata 486
Ταραχόω 493
Taratantara 303
Tardus 83
Tarpæus 232
Taura 487
Taurus 486
Tax 485
Taxatio 485
Taxo 485
Τάσσω 482
Τάω 489
Τέγω 400
Tectum 150
Τήκω 482
Tegimen 150. 266
Tego 150. 266
Tegmen 150
Tegula 150. 266
Τείνω 489
Τείρω 490
Tellus 492
Telones 487
Telonium 487
Τέλος 488
Telum 487
Τέρμων 488
Temeſe 502
Temetum 488
Temir 205
Temno 502
Tempe 488
Tempero 488
Templum 488
Tempora 488
Tempſa 502
Tempus 488
Temulentus 488
Tenax 489
Tendo 489
Tenebræ 489
Teneo 488
Tener 490
Tenereſco 490
Tenor 489

НБ ОГУ имени И.С. Никитина

Tentigo 489
Tentipellium 489
Tento 485
Tentorium 489
Tenuis 489
Tepeo 490
Τίφρη 128
Tera 491
Terebrum 491
Teredo 491
Teres 491
Τρίω 489
Tergemini 204
Tergo 490
Termentum 491
Termes 490
Terminalia 490
Terminus 490
Ternio 506
Ternus 506
Tero 491
Terpsichore 309
Terra 491
Territorium 492
Terſum 490
Tertiata verba 506
Tertio 506
Tertum 490
Teſqua 493
Teſſella 406
Teſſera 406
Teſta 490
Teſtamentum 493
Teſtes 493
Teſtis 493
Teſtudo 490
Teſum 379
Tetralice 500
Τέτλα 486
Teucer 67
Τεύχω 400
Teucrion 67
Teut 442
Teuto 74
Θάκος 330
Thalamus 493
Thalaſsius 484
Thalaſsio 484
Thalia 309
Θάμβος 493
Θαῦμα 242
Thaumantias 242
Theatrum 494
Thebæ 495
Thenſa 496
Theodorus 284
Therapia 496
Θηρεύειν 305
Θήρ 496
Θηρίον 496
Θεῖον 292
Theriaca 496
Thermæ 490
Θέρος 490
Θέρω 490
Theſaurus 81
Theſmophoria 497
Θέσφατα 493
Theuda 439
Thraſus 497
Θηλάζω 485
Θήγω 485
Thion 478
Thiras 497
Thlaſias 461
Thiron 496
Θολὸς 497
Thlibias 461
Tholus 497
Thomas 155
Thomices 497
Thorax 497
Threnus 306
Θρυλλεῖν 301
Thronus 197
Thummim 535
Θύρα 161
Thura 161
Thuſcum 497
Thyades 497
Thymbræus 63
Thymiama 497
Thynnus 498
Thyonæus 497
Thyone 497
Thyrſus 497
Θύω 476. 497
Θώραξ 330
Tiara 498
Tibicen 111
Tibris 498
Tignum 485
Tilietum 374
Timeo 498
Timpora 488
Tina 498
Tingo 498
Tinnio 499
Tintinabula 499
Tipula 499
Tipold 433
Tiro 499
Tiſiphone 200
Titia 96
Τιτύβιζειν 306
Titillo 499
Τίτλειν 306
Τίτθος 283
Titivillitium 499
Titulus 500
Tirus 247. 500
Tityrus 500
Τόξον 195
Tocullio 501
Toga quid 10. 150
Tollo 501
Tollutim 513
Tomacula 502
Tomentum 502
Tonitrus 489
Tono 489
Toniſtrina 268
Tonus 489
Τορτοζίζειν 301
Topazium 205
Toper 435
Tophet 203
Topiarium 502
Topium 502
Τόρνος 502
Torcular 503
Torculum 503
Tormentum 502
Toreuma 491
Torno 491
Tornus 491
Torquatus 246
Torqueo 502
Torques 502
Torrens 490
Torris 490
Torreo 490
Torus 491
Tortor 502
Torvus 493
Tortila 443
Toxicum 32
Τόξον 32
Trabs 503
Tractatus 514
Tracto 514
Trado 157
Trafax 503
Tragicocom. 135
Tragœdia 503
Traho 514
Trama 464
Trames 503
Tranſenna 503
Trauslata unde 1
Tranſtrum 173
Trapezita 4
Traſcurria 469
Τραυλίζειν 303
Τρέχω 507
Tremor 504
Trepidatio 504
Trepo 508
Tres 505
Treſsis 505
Τρέω 504
Tribrachus 94
Triarij 505
Tribula 505
Tribulis 505
Tribulo 505
Tribulus 505
Tribunus 505
Tribus 505
Tribuo 505
Tributum 505
Tricæ 506
Tricinus 506
Trico 506
Triclinium 130
Tridens 23. 168
Trident Nept. 168
Triens 505
Triga 243
Trigla 506
Triobolon 505
Triones 491
Trimus 56
Trinunus 533
Trinacria 454
Tripudium 258
Triremis 507
Triſto 507
Triticum 491
Tritura 491
Trituro 491
Trivia 154
Triumphus 507
Τρόξειν 307
Trochæus 507
Tróchus 507
Tropæum 508
Tropica obſcura 1
Tropica norant multa 1
Troſſulus 508
Trua 508
Truare 508

Trucido 99
Trudo 508
Trulla 508
Trutillare 306
Trutina 508
Trux 99
Trygodęmonis 508
Tu 176
Tubalcain 509
Tuber 191. 509
Tubuccinor 96
Tubus 511
Tudes 511
Tudito 511
Tumba 510
Tumeo 509
Tumor 510
Tumultus 509
Tumulus 509
Tundo 511
Tunica 510
Turba 510
Turbo 510
Turca 510
Turgeo 509
Turingia 497
Turma 511
Turris 511
Turtur 305
Turunda 491
Tus 511
Tuſculum 511
Tuſcus 497
Tuſsis 303
Tympanum 511
Typhoëa 511
Typhon 511
Τυφω 511
Typographia 481
Typus 511
Tyrannus 512
Tyrigetæ 497
Tyrus 403
Tyrrheni 511
Τυῦὼ 325

V.

Vacillo 83
Vadari 513
Vado 513
Vadum 513
Væh 306
Vah 307
Vagio 304
Vago 44
Vagor 44
Valdè 512
Valetudo 512
Validus 512
Valitudo 512
Vallo 512
Vallus 513
Vallum 513
Vannus 345
Vappa 475
Vari 513
Varius 513
Varicari 513
Varro etymolog. 6
Varrones 513. 370
Vas vaſis 365
Vas vadis 513. 390
Vaſalli 513
Vates 183
Vaticanus 304
Uber 533
Udor 533
Udum 533
Vecors 136
Vectigal 514
Ve 306
Vehemens 13. 288
Veho 514
Vejovis 231
Veles 514
Velitatio 514
Vello 514
Velo 346. 372
Vellus 514
Velox 514
Velum 346. 372
Vena 199
Vendico 154
Vendito 517
Venenum 32
Veneo 516
Veneror 412
Venetus color 515
Venia 515
Venilia 515
Venor 199
Venter 516
Ventilo 515
Ventriculus 516
Ventus 515
Venum 516
Venundo 516
Venuſtus 517
Venus 517

Venus cur è mari 518
Vepres 518
Ver 518
Verba facta 301
Verbum 518
Verculum 518
Verecundia 412
Vereor 412
Veriloquium 164
Veritas quid 164
Vermis 518
Vermiculor 518
Vermiculatum 518
Verna 518
Vernalis, Vernilis 518
Vernus 518
Veronica 522
Verpus 438
Verriculum 426
Verſe arſe 235
Verſicolor 519
Verſutus 519
Verſus 519
Vertex 519
Verto 519
Vertumnus 519
Vervactum 40
Veſcor 125
Veſculi 125
Veſcus 125
Veſica 193
Veſper 521
Veſpertilio 521
Veſperna 521
Veſperugo 521
Veſperum 521
Veſpillo 521
Veſta 190
Veſtales virgines 190
Veſtibulum 464
Veſtiſpex, veſtiſpica 521
Veſtigium 239
Veſtis 521
Veteratores 39
Veternus 256
Vetus 39
Vexillum 372
Vexo 514
Vexum 514
Via 521
Vibex 522
Vices 528
Vicinus 528
Victima 522
Vicus 521
Videlicet 524
Video 523
Vidua 229
Vieo 528
Vigeo 528
Vigil 527
Vilhelmus 93
Villa 521
Villum 526
Vinco 522
Vinculum 127
Vindemia 526
Vindico 154
Vinea 525
Vinibuæ 95. 236
Vinnulum 526
Vinum 415. 525
Viola 527
Vipera 527
Vira 528
Virago 528
Vireo 524
Vires 528
Vir 528
Virga 528
Virgilius 527
Virgilius explicatus 45, 61. 81. 92. 108 146. 183. 196. 215. 227. 306. 310. 427. 464.
Virgo 528
Virgultum 528
Viridis 524
Virtus 521
Virtus ſermonis 2
Vis 528
Vita 529
Vitiligo 533
Vitilitigator 262
Vitis 525
Vitricus 528
Vitrum 524
Vitula 529
Vitulor 529
Vitulus 529
Vitupero 353
Vivarium 330. 381
Vivo 529
Vix 528
Ulcus 532
Uligo 533
Ullus 533
Ulna 531

HBC Utrecht Medicina

Ulva 533
Ululo 306
Ululo 306
Umbilicus 531
Umbo 531
Umbra 532
Umbri 220
Uncia 316
Uncus 510
Unda 532
Undulatæ veſtes 460
Unguſtum 137
Unicus 533
Unimamma 283
Unio 533
Voces παίδων 250
Voco 534
Vola 280
Volaticus 514
Volguinus 534
Volones 190
Volo 190
Volpes 534
Wolrath 146
Volſella 514
Volsgræ 448
Volucris 514
Volumen 331
Volvo 331
Volupe 190
Voluptas 190
Volutabrum 331
Vomer 178
Vomica 178
Vomo 178
Vorago 534
Voro 534
Votum quid 534
Voveo 534
Vox 534
Vox eſt ſignũ 23
Vox Latina 21
Vox propria 1
Vox translata 1
Upupa 535
Uranie 309
Uranos 38
Urbare 535
Urbs 535
Urceus 338
Urgeo 535
Urim 535
Urina 537
Uro 535
Uropygium 404
Urtica 537
Usque 370
Ut 320
Uterqȝ 538
Uter 538
ὕδωρ 533
Utor 538
Uvidum 533
Vvilibaldus 433
Vvolfgangus 514
Vulcanus 509
Vulſella 514
Vultur 514
Vultus 190
Uxor 539

X.

Ξέειν 303
Xeniola 539
Xenodocheon 539
Xenium 539
Ξυλον 539
Xiphias 540

Y.

Ὑεσι 226
Ὑς 226
Ὑλη 533
Ὑπαρ 459
Ὑπνος 226
Ὑπὸρ 226
Ὑφοβὸς 226

Z.

Ζάλη 249
Zamia 539
Zamin 539
Zea 539
Zebaoth 540
Zelotypia 52
Zεν 449
Zeonyron 539
Zephyrus 540
Ζητέω 441
Ζεὺς 152. 232
Zizanium 540
Zodiacus 540
Zona 127
Ζόστος 142
Zygia 244
Ζυγὸν 244
Ζύμη 189
Zythum 122

Errata

18755
H-86825

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова